HIPPOCRATIS

ET

ALIORUM MEDICORUM VETERUM

RELIQUIAE.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΚΑΙ

ΑΛΛΩΝ ΙΑΤΡΩΝ ΠΑΛΑΙΩΝ

ΛΕΙΨΑΝΑ.

HIPPOCRATIS

ET

ALIORUM MEDICORUM VETERUM

RELIQUIAE.

MANDATU ACADEMIAE REGIAE DISCIPLINARUM QUAE AMSTELODAMI EST

EDIDIT

FRANCISCUS ZACHARIAS ERMERINS.

Volumen Tertium.

TRAIECTI AD RHENUM
APUD KEMINK ET FILIUM.
CIƆIƆCCCLXIV.

LIPSIAE
APUD T. O. WEIGEL.

PARISIIS
APUD BENJ. DUPRAT.

L. S.

Accipis, L. B.! tertium idemque postremum volumen editionis nostrae Hippocratis. In cuius praefatione primum continuabo, quae in praefatione ad alterum volumen inchoavi, — nempe locos aliquot attingam, de quibus monere operae pretium fore videtur et indicem conficere pergam vocabulorum partim ne Graecorum quidem, partim male explicatorum, quae mihi obviam facta sunt; denique alia nonnulla subiungam, quae tibi usui fore confido.

Primum quidem locos duos ex Epid. I. describam ita ut simul uncinis intersepiam, quae eximenda nunc videntur, quum adnotationem lectoris nescio cuius referant. Aegro 4. (vol. I. p. 188.) legimus: *οὖρει δὲ μετὰ σπασμῶν ἀθρόον πουλὺ ὀλιγάκις ἀναμιμνησκόντων, παχὺ, λευκόν,* (*θολερόν·* addo) [*ὁκοῖον γίγνεται ἐκ τῶν καθισταμένων, ὅταν ἀναταραχθῇ·*] *κείμενον πουλὺν χρόνον οὐ καθίστατο· χρῶμα καὶ πάχος ἴκελον οἷον γίγνεται ὑποζυγίου· τοιαῦτα οὖρει, οἷα κἀγὼ εἶδον.* Et aegro 11. (p. 195.) *οὖρα παχέα, λευκὰ, θολερά·* [*οἷα γίγνεται ἐκ τῶν καθισταμένων, ὅταν ἀναταραχθῇ·*] *κείμενα χρόνον πουλὺν οὐ καθίστατο· νύκτα οὐκ ἐκοιμήθη.* — Ne prorsus sine causa verba intersepta pro adnotatione marginali expellere videar, compara mihi locum ex aegro 5. (p. 190.) *οὖρα δὲ πάχος ἔχοντα, θολερὰ, ὑπέρυθρα· κείμενα οὐ καθίστατο,* — et ex Epid. III. aegro 6. post statum pestil. (vol. I. p. 228.) *οὔρησε πουλὺ, θολερὸν, λευκόν· κείμενον οὐ καθίστατο.* Quibus collatis certum mihi videtur verba, quae uncinis inclusi, esse insiticia et priore loco *θολερόν* periisse.

In libro de Aëre, aquis, locis, cap. 32. (vol. I. p. 281.) editum est: *τὸ δὲ ἀνδρεῖον καὶ τὸ ταλαίπωρον ἐν τῇ ψυχῇ Φύσι μὲν οὐκ ἂν ἐνείη, νόμος δὲ προσγενόμενος ἀπεργάσοιτ' ἄν.* In praefatione ad vol. II. p. XII. acquievi in Cobeti emendatione pro *ἀπεργάσοιτ' ἂν* reponentis *ἀπεργάζεται.* Credo tamen *ἀπεργάζοιτ' ἂν* ab Hippocratis manu esse. Nempe praeterquam quod vitium scripturae inde facilius quam ex *ἀπεργάζεται* nasci potuit, Hippocrates loquitur de re, quam fieri posse credit, non de re, quam certo fieri affirmat; itaque *νόμος δὲ προσγενόμενος ἀπεργάζοιτ' ἂν* scripsisse censendus est.

Libro de Capitis vulneribus cap. 24. (vol. I. p. 389. vs. 19.) post *τό τε ἕλκος* nescio quo modo excidit *καὶ τὸ ὀστέον*, quo locus carere nequit, quare reponatur.

Epid. V. 19. (vol. I. p. 725. vs. 17.) legitur: *ταύτῃ ἐδόθη ἀσθενεούσῃ ἐλατήριον ἀσθενὲς, ποτὸν, ὑδαρὲς καὶ ὀλίγον καὶ ἤμεσέ τε ἀπ' αὐτοῦ πουλὺ καὶ κάτω διῆλθε πλέον κ. τ. λ.* In quibus *καὶ ὀλίγον* vitium scripturae est natum ex *κατ' ὀλίγον*, quod quantocius repo-

nendum. Tum vero ibidem versu penultimo post *ὕδατι* periisse videtur *εἰ*, ut legatur velim: *ἐπεὶ δὲ ἐψύχθη ἡ ἄνω κοιλίη ἀποκαθαρθεῖσα τῷ ὕδατι, εἰ χυλὸν μεταπιοῦσα ψυχρὸν, οὕτω μετακλυσθείη.*

Volumine II. p. 151. vs. antepenultimo error typographicus est *λαβῶν* pro *λαβεῖν*.

Eodem volumine p. 161. vs. 1. legis: *ἢν δὲ μὴ διαχυθῇ (τὸ αἷμα) καὶ μεταστῇ, ἐνσήπεταί τε καὶ ἔμπυος γίγνεται καὶ ἀπόλλυται.* In quibus *ἐνσήπεται* et *ἔμπυος γίγνεται* manifesto ad duo diversa subiecta, sanguinem in pulmone collectum et ipsum aegrotantem referuntur, ita ut *τε καί* eo loco ferri non posse videatur. Quapropter vellem *ἢν δὲ μὴ διαχυθῇ καὶ μεταστῇ, ἐνσήπεται καὶ ἔμπυός τε γίγνεται καὶ ἀπόλλυται.*

Libro de Morbis II. cap. 4. (vol. II. p. 185.) e contextu expuli adnotationem marginalem, quam in notulis descripsi. Sed postea demum perspexi ipsam illam adnotationem corrupte circumferri. Ecce igitur eam tibi do emendatam: *τὸ μὲν οὔνομα οὐκ ὀρθὸν τῇ νούσῳ· οὐ γὰρ ἀνυστὸν ὑπεραιμῆσαι οὐδὲν τῶν φλεβίων, οὔτε τῶν ἐλασσόνων, οὔτε τῶν μειζόνων· ὀνομαίνουσι δὲ καὶ φασὶν ὑπεραιμέειν· εἰ δ' ὡς μάλιστα ὑπεραιμήσειε, νοῦσος ὑπ' αὐτοῦ οὐκ ἔοικεν ἂν γίγνεσθαι· ἀπ' ἀγαθοῦ γὰρ κακὸν οὐχ οἷόν τε γενέσθαι, οὐδ' ἀγαθὸν πλέον τοῦ δέοντος οἷόν τε γενέσθαι. ἀλλ' ὑπεραιμέειν δοκέει, ὅταν ἐς τὰς φλέβας χολὴ ἢ φλέγμα ἐσέλθῃ· μετεωρίζονταί τε γὰρ αἱ φλέβες καὶ σφύζουσι.* — Quodsi iam ita scriptam adnotationem legas, vides certo constare eam ad *ὑπεραιμήσῃ* fuisse adscriptam; tum vero vides minus ineptum esse adnotatorem qnam esse videbatur, qunm corruptam scripturam ob oculos habebam et meam adnotationem adponebam, in qua quid falso statuerim iam sponte intelligis.

Libro de Locis in homine cap. 6. (vol. II. p. 401. vs. 18.) edidi cum Littréo, aliis: *κάτω δ' ἐν τῷ ἀγκῶνι [κάτω] μὲν περόνη ἤρθρωνται κατὰ τὸ πεφυκὸς κοιλανῶδες, ἄνω δὲ σμικρῷ τῆς περόνης ἐς τὸν ἀγκῶνα τό τε ὀστέον καὶ ἡ περόνη ἐς τὸ αὐτὸ ξυμβάλλοντα ἄρθρον ἐν τῷ κυβίτῳ ποιέουσι.* Haec verba non intelliguntur, quamcumque codicum lectionem sequi lubeat; sed unum quid observare licet, quod certum est, de his ita scriptis: nimirnm *κοιλανῶδες* non est vocabulum Graecum: exstitit ex *κοιλ*, i. e. *κοῖλον*, ut opinor, et ex *ἄνω δέ* cum $\overline{\sigma}$ initiali adiectivi *σμικρῷ*. Hoc, inquam, certum est; nec tamen hoc reperto locum intelligo, quin multum ut eum aliquis expediat vereor.

Libro de Natura pueri in partu cap. 26. (vol. II. p. 515. vs. 10.) dubito num *ἕλκον* servari possit, an vero in *ἕλκων* sit mutandum, ut ad *ὁ ὀφθαλμός* referatur; dubito nempe, quum paulo post *τὰ ἔνθετα τῶν δενδρέων* inferatur, ita ut *ἕλκον* ideo fortasse ab auctoris manu esse possit. Ipse, quaeso, locum inspicias et mecum consideres L. B.!

Libro de Morbis mull. I. 78. (vol. II. p. 629.) relictum est versu 25° *καὶ πιτύην ἐρίφου*, ubi e cod. *θ*. recipi oportuit *καὶ πυτίην ἐρίφου*.

Libro de Sterilibus cap. 12. (vol. II. p. 670. vs. 23.) fertur *ὑποθυμῆσαι*, pro quo *ὑποθυμιῆσαι* lege.

Libro de Morbis mulierum II. cap. 5. (vol. II. p. 700. vs. 19.) editum est *καὶ ὀλύνθους ἐαρινοὺς αὐήναντα*, codices vero habent *ἐρίνους*, *ἐριναίους*, Littr. *ἐρινεούς*. Et Littréns quidem recte vidit in vulgata et codicum lectione latere *καὶ ὀλύνθους ἐρινεοὺς αὐήναντα*; neque tamen hoc modo si locum scribas, habebis quod auctor dedit. Dioscorides I. 185. *οἱ δὲ ὄλυνθοι ὑπό τινων ἐρινεοὶ καλούμενοι κ. τ. λ.*, quem locum si teneas, dixeris solum *καὶ*

ὀλύνθους fuisse scriptum, ἐρινεούς esse glossema, quod in textum irrepsit. Sed Theophrastus, alii distinguunt ὀλύνθους et ἐρινεούς, sive ἔρινα, ita ut καὶ ὀλύνθους ἢ ἐρινεούς scribi potuisse a nostro auctore dixeris; neque facile discernas, utrum horum, quae dixi, dandum sit, sed ὀλύνθους ἐρινεούς saltem constare non potest. Certum est me temere ἐαρινούς dedisse: nam licet ὄλυνθοι χειμερινοί saepe memorentur, non ideo etiam ἐαρινοί habentur. Sed computatis omnibus maxime inclino in scripturam καὶ ὀλύνθους αὐήναντα, quia aliis etiam locis soli ὄλυνθοι in his formulis medicinalibus memorantur.

Tandem libro de Nat. mul. cap. 34. (vol. II. p. 863. vs. 14.) occurrit formula: ῥητίνην αὔην ἐπὶ σποδὸν ἐπιβάλλων ὑποθυμιῆν. Adnotavi ῥητίνην αὔην nusquam memoratam me vidisse et incertum haerere. Scilicet non significare volui me existimare ῥητίνη αὔη dici non posse; nihil obstat; sed incertum me esse de loci lectione. Nescio num ῥητίνην αὔην καὶ μάννην κ. τ. λ. legere oporteat, an solum ῥητίνην αὔην, an ῥητίνην αὔην ἢ μάννην κ. τ. λ. Notissima est resinarum divisio in ῥητίνας ὑγράς et ῥητίνας ξηράς, vide Diosc. I. 92. Sed verum est me in his libris alterum exemplum non novisse, ubi ῥητίνη αὔη s. ξηρή, aut ῥητίνη ὑγρή memoretur.

Continuabo iam indicem vocabulorum partim reiiciendorum, partim male explicatorum.

* θέρετρον lectio est a Galeno memorata et in glossario exposita ex Epid. I. (vol. I. p. 178.), ubi vide adnn. Vera lectio est θέητρον; illud θέρετρον non est nisi corruptela, quam explicare non debuerat Galenus, et quae in lexica recipi non debebat.

* μαδαρὰ ὑφιστάμενα ex Epid. VII. (vol. I. p. 691.) in Oeconomiam Hipp. translatum est, licet dubitaret Foësius. Sine dubio vitium est scripturae; vide adnn. ad l. l.

* ναυσιώσιες φλεβῶν receptum est in Oecon. Hipp. e libro de Fractis et Articulis (vol. III. p. 17.); absurda dictio et falsa forma est, de qua vide adnotata ad l. l.

σιμοῦται a Foësio in voce σιμότης exponitur καταδαπανᾶσθαι e loco libri de Fractis et articulis (vol. III. p. 69.); sed falso illa significatio verbo tribuitur; cf. adnn. ad l. l.

* ἀναύξησις in lexica receptum vidi ex Hippocrate; est autem vitiose scriptum ἀναυξησίη. Vid. de Fractis et articulis in adn. p. 116. vol. III. Eiusdemque farinae est * ἀναρίστησις, quod ex libris περὶ διαίτης cap. 90. (p. 496. vs. 2. vol. III.) in lexica introductum est pro ἀναριστίη; cf. adnn. ad l. l.

* ἐξίσχια ἄρθρα Foës. in Oecon. exponit „exerti et prominentes articuli." Deceptus est vitio scripturae loci Mochlici a Littréo recte restituti, de quo vide vol. III. p. 181. in adn. — Nec tamen nego recte dici ἐξίσχιον σκέλος, recteque homines ἐξισχίους dici, modo videas exempla a Foësio in Oecon. laudata.

σπάθην in libro de Glandulis (vol. III. p. 194. vs. 6.) obvium exponitur a Foësio voce σπάθαι „scapulae." Si Rufum Ephesium et Pollucem contuleris, videbis parum recte Foësium existimare σπάθην esse *scapulam*, nedum *scapulas*. In adn. ad l. l. reticui quod nunc non pro certo scribo, sed ut tu mecum diiudices L. B. Vide nempe num pro σπάθην apud scriptorem πάθην sit legendum; habebimus: μαραίνεται ὁ ἄνθρωπος καὶ ὧδε ζώειν οὐκ ἐθέλει· ταχὺ γὰρ πονέει τὴν πάθην καὶ ἅμα τῷ πόδε καὶ μηρῷ παρέπονται καὶ αἰεὶ τελέως ὄλλυνται κ. τ. λ. Intelligis in his ἐθέλειν valere δύνασθαι et me πονέειν τὴν πάθην dictum existimare, quemadmodum νοσεῖν νόσον.

ἐνεόν duce Galeno in Oecon. „vanum, inefficax, inutile" exposuit Foës. e libro de Off. medici (vol. III. p. 211.). Locum tamen ita se habere videbis, ut propter corruptelam nihil intelligas. Si quid video, probabile est ἔνεον esse participium verbi ἐνεῖναι. Vide num dandum sit: τὸ δὲ ἅμμα μήτε ἐν τρίβῳ, μήτε ἐν ἔργῳ, μήτε ἐκεῖ, ὅκου ἐνεὸν . . . . κείσεται. Quid perierit non coniicio.

λιβηρῷ a Galeno exponitur et a Foësio in Oecon. refertur ad locum libri de Officina medici (vol. III. p. 216. vs. ult.); quod mihi non faciendum videtur; cf. adnn. ad partem postremam capituli 12. l. l. Quin dubito num λιβηρῷ sit proba scriptura vocabuli.

χαλκῖτις στυπτηρίη Foësius duce Galeno in Oecon. intelligit ita ut στυπτηρίη sit adiectivum, quo species χαλκίτιδος definiatur. Galeni glossam recte retulit ad lib. de Ulceribus cap. 18. (p. 259. vol. III.) additque „quidam tamen tum chalcitida, tum alumen accipiunt." In sententiam paene similem adductus eram, cum adnotationem ad illum locum describebam; sed quum in priore formulae parte duae species aluminis memorentur, probabile est in altera parte chalcitida solam memorari et esse legendum: καὶ ἡ χαλκῖτις ὀπτή· ὀπτᾶν δὲ ἕως ἂν φλογοειδὴς γένηται. Certum est Galeni opinionem esse longe falsissimam.

* ἀναιτίην legebatur in libello περὶ εὐσχημοσύνης (p. 340. vs. 2. vol. III.); reposui ἀναίδειαν, nec nunc de re monerem, nisi vidissem monstrum vocabuli ἡ ἀναιτίη in lexica hodierna ex Hippocrate scilicet illatum esse!

ἀνατείνεσθαι „contentis viribus esse" exponit Foës. in Oecon. ex Prorrh. II. 6. (vol. III. p. 367.); sed locus insiticius, ubi olim legebatur, ita est comparatus, ut intelligi non possit, ideoque nec talis verbi significatus iure ex eo deducatur. Vide adn. ad l. l.

* ἀπόζυμος γαστὴρ recepit Foës. in Oecon., licet suspectam esse lectionem ipse dicat. Recipiendum non esse, quum ne vocabulum quidem Graecum sit, dixi in adn. ad Prorrh. II. 23. (vol. III. p. 382.)

ἀμβλυωσμός) ἤτοι ἔκτρωσις, inquit Gal. in exegesi, παρὰ τὸ (τοῦ?) ἀμβλώσκειν. ἀλλαχοῦ δὲ καὶ ἀμβλυωπία, ὡς ἐν τῷ μείζονι προρρητικῷ. Respicit Prorrh. II. 27. (vol. III. p. 386.), ubi in adn. dixi illum manifesto ἀμβλωσμός et ἀμβλυωσμός confundere. Res non latuit Foësium in Oecon.; sed vide quantam fidem Galeno habere liceat!

φοινικίη νοῦσος e Prorrh. II. cap. ult. (vol. III. p. 393. vs. penult.), ubi vide adn., exponit Gal. in glossario. Relege utramque glossam φοινίκινος et φοινικίη νόσος. Foësius in Oecon. φοινικίνη νόσος coniicit. Equidem a coniectura qualicumque abstineo; Galeni interpretatio utriusque vocabuli mera est bariolatio. Loci lectio me iudice prorsus incerta est.

* ἐμινύθει praebent codd. alii et Marc., ubi olim ἐμινύθη libro de Artic. cap. 101. (vol. III. p. 118. vs. ult.) et rursus ἐμινύθει de coniectura Bosquilloni et Littréi libro de Off. medici cap. 24. (p. 221. vs. 3. vol. III.), ubi ἐμινύθη codd. — Falsae formae sunt ex ἐμίνυθε natae. Sunt autem, qui in hoc verbo errores admittant, quare de eo moneo. Foës. in Oecon.: „μινύθειν, inquit, et μινυθῆσαι *minuere* aut *imminuere* et μινυθῆναι *imminui* significare apud Hipp. contrariumque esse τῷ αὐξάνειν scribit Gal. lib. 2. περὶ δυσπν. (p. 179. 27.) indeque μινύθησιν *imminutionem* indicare et passim usurpari apud Hipp. eo significatu ut repugnet τῇ αὐξήσει." — Apud Gal. l. l. in ed. Basil. et in Kühniana, quae nunc in promptu sunt mihi, lego: μινύθειν et μινυθῆναι et μινύθησιν, non μινυθῆσαι. Sed quod

μινυθῆναι babet Pergamenus potius librariorum culpa eum babere existimo quam sua. Puto illum recte μινυθῆσαι dedisse. Certum saltem μινυθῆναι nihili formam esse; probum est μινύθειν, μινυθῆσαι, quemadmodum ἕψειν, ἑψῆσαι. Tum μινυθῆναι, tum ἐμινύθη codicum librariorum commenta sunt passivi aoristi formam babentium. Est autem apud Hipp. etiam μινύθω tum transitivum, tum intransitivum. Intransitivo sensu frequens est; transitivo legitur v. c. cap. 17. libri de Off. medici. Occurrunt quoque perfectum μεμινυθηκέναι et futurum μινυθήσειν (in Mochl. p. 184. vs. 8.). Ἐμινύθεε, unde orsus eram, licet in Marciano legatur, item est falsum, nam μινυθέω non datur, nec magis quam ἑψέω Graecum est. Quivis novit, inquit, ne molestus sis! Lego tamen in Lexico: „μινυθέω kleiner wirden, abnebmen, Hippocr." — Imo vero nego: solum μινύθω in his libris medicorum scribitur, nam ἐμινύθη emendandum est, sicuti dixi. Quodsi haec teneas, intelligis quo sensu Cobetus nostras „abiiciantur lexica" dicat.

* ἐξαπάται, falsa forma pro ἐξαπατηταί, in lexica irrepsit e loco libri I. de Diaeta (p. 414. vol. III.); ubi vide adnn.

τὸ ἄρθρον a Foësio in Oecon. exponitur κατ' ἐξοχὴν coxendix; idque e loco libri περὶ ἀρχῶν p. 516. vol. III.; vide adnn. ad p. 515. Omnem ego fidem bac in re Foësio denego.

Huc usque continuavi indicem, quem in vol. II. describere coeperam. Addo aliquid: Nimirum de verbo ἄγνυμι baec noto. Eius compositum ἀπάγνυμι raro, κατάγνυμι frequenter in libris de Fractis et artic. et in Mochlico legitur. Occurrunt autem praesens passivi, quod κατάγνυμαι semper scripsi; perfecti forma activa notione passiva κατέηγα, quam semper per η̄ protuli; — tum aoristus passivus subiunctivi, optativi, infinitivi, participii, quem semper sine augmento καταγῇ, καταγείη, καταγῆναι, καταγείς exhibui. Quod aoristum eo modo scripsi, ideo feci, quia formae sine augmento multis locis in omnibus mss. leguntur. Sed tenendum lectionis fluctuationem esse tantam, ut si quis praeferat κατεαγῇ, κατεαγείη, κατεαγῆναι, κατεαγείς, me vix babiturus sit adversantem. Vitiosae formae mibi sunt κατηγνύμενα, κατήγνυνται, quas codd. subinde ferunt. Magis etiam vitiosa κατεηγμένα, quae uno loco in margine ms., altero a Bosq. de suo, uti opinor, invecta reperitur; perfectum est κατέηγα non κατέηγμαι. In perfecto non vitiosum est κατέαγα, quod codd. nonnumquam praebent, sed si frequentiam locorum, ubi κατέηγα legitur, respicias, non dubitabis quin per η̄ auctor constanter scripserit. Forma, qualis κατηγυίης (p. 46. vs. 31.), mihi vitiosa videtur et tamen substantiva κάτηγμα, κάτηξις certa auctoritate munita in mss. omnibus obveniunt. In aoristo passivo fluctuatio est inter κατεαγῇ, κατεηγῇ, καταγῇ, κατηγῇ, similiterque in participio. De κατεηγῇ in adn. dixi me opinari eam formam ex confusione aoristi et perfecti esse natam; nempe utrumque in antiquis libris ΚΑΤΕΗΓΗΙ scribi potuit; verum p. 33. vs. 13. κατεηγότα ἔῃ est subiunctivi perfectum; itaque illud κατεηγῇ aoristi quidem forma est, sed eadem vitiosa pro κατεαγῇ. Pag. 27. vs. 13. fluctuatio est inter κατεηγότος, κατεαγέντος et κατεηγέντος; legitur κατεηγέντος in mss. sex, sed vitiosum est, quia in aoristo ᾰ apud Iones, licet producatur, non videtur transire in η̄. — Quod dixi formas aoristi subiunctivi, cett. in his libris frequenter sine augmento scribi, exempli loco sint baec: p. 13. vs. 17. καταγῇ, omnes, nam Bosq. de suo κατεηγῇ; item p. 22. vs. 21., p. 27. vs. ult. καταγῆναι omnes; p. 32. vs. 16. ἀπαγῇ omnes; — p. 53. vs. 21. καταγείς

omnes; p. 54. vs. 6. καταγῇ omnes, item p. 76. vs. 4.; p. 85. vs. 8. καταγείσης omnes quod attinet ad rem, de qua agimus; p. 92. vs. 17. καταγῇ omnes; — item p. 103. vs. ult.; et p. 111. vs. 4. — Haec hactenus!

Itaque unum debitum persolvi; antequam ad alterum persolvendum pergo, noto me codicis Marciani collatione usum esse ad librum de Fractis a libri principio usque ad διεστράφθαι p. 24. vs. 18.; ad librum totum de Articulis, i. e. a capite 49., p. 55. huius voluminis ad extremum usque; item ad Mochlici partem priorem, i. e. ad capitis 18. finem usque, p. 167.; denique ad partem libri IV. de Diaeta s. de Insomniis. Ad quaenam scripta Vossianum librum adhibere licuerit, quum eius lectt. textui subiecerim, sponte lectori patet.

Ad alia iam transeo.

Fuit, qui me admoneret ut de Hippocratis erga rem medicam meritis editioni aliquid adderem; cui quidem invitationi deesse nolo, quamquam procul abest ut huno locum esse existimem, ubi historiam medicinae Graecae antiquae scribi oporteat. Sed sunt sane scripta, quae edidimus unâ cum recentiorum de veteribus narrationibus et fragmentis horum apud illos servatis huius historiae, cuius non exigua pars est Hippocrates, fontes. Atque utinam horum fragmentorum nobis concinnaret aliquis editionem criticam, qualem fragmentorum comicorum, tragicorum, historicorum, philosophorum sibi compararunt philologi. Hippocrates vero quid in medicina praestiterit, quae fata eius doctrinae fuerint, maxime sane ex hac veterum medicorum sylloge discere licet, quae tum ipsius, tum coaevorum, tum posterorum, qui aetate proxime ab eo distant, reliquias continet. Non desunt tamen, quae rem premant difficultates: ignorantia temporum, quibus unusquisque liber sit compositus et nominum eorum, qui illos conscripserunt. Scilicet Hippocrati ipsi quae tribuere liceat vidimus, vidimus unum de venis fragmentum Polybi esse, alterum de eodem argumento Syennesis Cyprii, de reliquis operibus, quae longe maximam huius sylloges partem faciunt, non constat a quibus viris sint scripto mandata. Ad temporum vero rationem quod attinet, novimus aetatem Hippocratis, annum quo natus sit, quo obierit fere novimus; probabile est librum Epidemiorum VII. referendum esse ad tempora Philippi Alexandri magni parentis eiusdemque aetatis esse libros de morbis II. et III., de quorum orationis similitudine cum Epid. VII° in prolegomenis vol. I. § 11. p. CXVII. monui; ceterorum auctorum aetatem accurate scire non datur, licet aliquid ad eius definitionem fieri posse videamus, si libros ipsos inter se conferamus, quippe nonnulli certas notas continent, quibus constat eos ante vel post alios esse conscriptos. Summatim patere dixerim haec scripta longe maximam partem nata esse ante eruditionis Alexandrinae aevum, nisi quod epistolae fortasse ad ipsum hoc tempus referendae sunt.

At distinguemus saltem, inquis, qui libri a diversis auctoribus, sive nomina noverimus, sive non noverimus, qui ab eodem scriptore sint compositi. Ne hoc quidem semper poteris: quominus fiat impediunt ea scripta, quae collectiones continent locorum diversissimae originis et aetatis.

Verumtamen quantum licebit duo agamus: primum libros sylloges nostrae singulos suis auctoribus summatim distribuamus; seiungamus ea scripta, de quibus hoc nomine certi nihil affirmare liceat. Quo facto personas nonnullas, qui auctores fuerint, sive nomina cognita sint sive incognita, nobis repraesentemus; ita enim sponte patebit quis Hippocrates fuerit cum eru-

ditis antiqui aevi comparatus et quid in arte et doctrina medica praestiterit et qui fructus ex eius laboribus in posteros redundarint.

Ad scripta, quae non sunt nisi syllogae locorum e diversis auctoribus excerptorum adeo ut de illorum collectore tantum sermo esse possit, quem auctorem dicere non liceat, referimus:

Praenotiones Coacas.
Prorrheticum primum.
Aphorismos.

Et cum Aphorismorum nonnullis cohaeret pars interpolatorum in Epid. II. IV. VI.; cum altera vero istius interpolationis parte maxime conveniunt libri:

de Humoribus et
de Alimento.

Alius quidem generis scripta, sed quae item ex aliorum librorum locis conflata sunt, sed post tempora, quibus v. c. Aphorismi collecti sunt, supersunt in libris

de Crisibus et
de Diebus iudicatoriis.

Ad libros, qui ita per se constant, ut cum aliis nexus nullus appareat et ut ex iis, quod ad medicarum doctrinarum incrementa aestimanda parum proficias, refero libellos

de Dentitione.
de Anatome.
de Medico.
fragmentum quartum libelli περὶ ὀστέων φύσιος,
partem spuriam libri de Victu acutorum.

Ne putes tamen me omnes, de quibus huc usque dixi libros nihili facere: sunt quidem inter eos, qui perexigui sunt pretii, licet vix ullus sit, e quo nihil discas, ex aliis plurimum discere licet; sed nunc quaero ea, de quibus sine controversia constet. Ex enumeratis minimi sane aestimo libros de Crisibus et de Diebus iudicatoriis; sed qui reliquos eorum, quos enumeravi, cum sequentibus comparat, videbit in sequentibus tales observari sive nexus, sive repugnantias, sive characterem adeo manifestum, ut certiora de medicinae conditione eo tempore, quo scripta sint, indicia praebeant.

Ad Hippocratis scripta in prolegomenis retulimus dubitanter

Ius iurandum,

confidentius

locos non paucos Praenotionum Coacarum;

sine controversia huic tribuere licet:

Epidemiorum I. et III.
de Aëre, aquis, locis.
libri de Victu acutorum partem priorem.
de Capitis vulneribus.

Hippocrateis subiungo fragmenta descriptionis morborum quum epidemiorum, tum singularium, quae leguntur in

Epidemiorum II. IV. VI.

Aliaque de causa, quod postea patebit, libris vere Hippocrateis item subiungo
interpolata in Epid. I. et III.
Prognosticum.
Prorrheticum II.

Iam vero nos convertimus ad aliam partem et scripta e schola Cnidia colligimus. Sunt hi sequentes:
Epid. VII. et V.
pars secunda, tertia libri de Morbis I.
de Morbis II. III.
de Affectionibus.
de Affectionibus internis.
de Ulceribus.
de Haemorrhoïdibus.
de Fistulis.
de Locis in homine.
de Visu.
de Morbis IV.
de Natura pueri in partu.
de Morbis mulierum I.
de Sterilibus.
de Morbis mulierum II.
de Superfoetatione.
de Foetus exsectione.
de Natura muliebri.
de Fractis et articulis.
Mochlicus.
de Glandulis.
de Corde.
de Officina medici.
fragmentum primum et quartum libri περὶ ὀστέων φύσιος, quorum hoc etiam Epid. II. legitur.

Quemadmodum hi Cnidiorum libri sunt, ita dogmaticorum, sophistarum, rhetorum sunt:
libri de Victus ratione I. II. III. cum libro de Insomniis.
de Principiis.
de Aetate.
de Septimestri partu.
de Octimestri partu.
de Hebdomadis.
de Flatibus.
Lex, de Arte, de Vetere medicina.
de Decenti habitu et Praeceptiones.

de Morbo sacro.
de Iis, quae ad virgines spectant.
de Natura hominis et de Victu salubri.
de Morbis I. pars prima.
Ultimo loco recensendae Epistolae, orationes, vita Hippocratis, quorum auctorem quo nomine appellare possis, nescias fere.

Ecce! percurrimus et in classes, ut aiunt, distribuimus apparatum, unde magnam partem historiae Hippocratis et veteris medicinae Graecae componere datur. Anatomica fragmenta Polybi et Syennesis accedunt. Pergimus summatim de nonnullis dicere.

Ante Hippocratem quid in rebus medicis in Graecia factum sit, e collectione horum medicorum non constat. Hunc vetustissimum omnium de rebus medicis scriptorem hic offendimus. Sunt tamen in eius operibus indicia manifesta illum non esse primum quendam, quod fabula voluit, medicinae parentem, inventorem, si mavis. Ipse Cnidias sententias earumque ἐπιδιασκεύασιν memorat, initio libri de Victu acutorum, et in libello de Capitis vulneribus de terebrae usu loquitur, tanquam de re illo tempore omnibus nota, minime recens reperta; quod sane chirurgiam dudum cultam fuisse abunde testatur. Eum autem audimus in libro de Victu acutorum decessoribus suis adversantem; quid contra iis debuerit, non liquet. Quod enim olim crediderunt Prognosticum Hippocratis ipsius opus esse, quod hauserit e Praenotionibus Coacis, eam opinionem vanam et erroneam esse in prolegomenis abunde demonstravimus. Quae de viri praeceptoribus traduntur in vita κατὰ Σωρανόν, apud Suidam, merae sunt fabulae, neque enim veterum philosophorum, aut rhetorum et sophistarum rationem in eius scriptis deprehendimus, sed aliquid quod ab ea longissime, quin toto coelo distat.

Veterum testimonia ferunt Hippocratem senem obiisse, nonagenarium, centenarium et ultra. Quid superest de laboribus viri tanti nominis et tam longaevi, qui sane non silentio vitam transegit? Responsio facilis est: pauca supersunt operum fragmenta, in quibus de nonnullis tantum in arte medica momentis sermo est, non de universo eius ambitu. Chirurgici argumenti tractatum unum possidemus de Capitis vulneribus; de ceteris chirurgiae partibus, de ceteris κατ' ἰητρεῖον, ut Hippocratica formula utar, nihil; de mulierum morbis, de re obstetricia nihil! — Semeiotices fragmenta aliquot; — aetiologici argumenti partes supersunt libri de Aëre, aquis, locis; — de morborum curatione introductio superest ad opus, quo de omni in morbis victus ratione egit; — observationes morborum epidemiorum quatuor, morborum singularium quadraginta duae supersunt. Plura ab illo relicta non habemus; — qualem vero auctorem fuisse hae operum reliquiae testantur?

In semeioticis diligentem et ingeniosum cernimus observatorem, conditionem, in qua aegrotantes versarentur e concursu phaenomenorum prudenter diiudicantem, — quae conjuncta rerum natura obfert, non distrahentem, sed singula suo loco et tempore observantem et tanquam naturae artificio depingentem. In morborum observatione summis lineamentis eorum initium, incrementum, decrementum, exitum describit, ita ut filum unum continuum appareat per totam narrationem a principio ad finem usque pertingens, neque interruptum; ipsa autem factorum enarratio tam clare proposita est, ut eam legens iis, quae ante multa saecula observata sunt, praesens adesse tibi videaris et probe scias quid viderit. Morbos

epidemios per variam anni temporum conditionem horumque consecntionem delineat, eorumque formas diversas per aetates hominum, sexum, corporis habitum diversum persequitur. De therapeia in morborum descriptionibus vix loquitur, memorat tamen medicaminum administrationem, ubi ad symptomatum rationem et morbi decursum vim habere potuisse videntur. Quantum vero in morborum intelligentia aevi sui medicis praestiterit, docet eius Cnidiorum methodi nosologicae reprehensio, quae tam est vera, ut in eius iudicio aequo et leniter prolato ne tantillum qnidem hoc ipso, quo vivimus, tempore mutatum cupias, aut mntare posse credas omnino, nisi desipere velis. Quid enim? aestimare rem, nt ipse Hippocrates aestimavit, nobis licet: nam testes habemus vitiosae methodi ipsorum Cnidiorum scripta. Hippocratis methodus ea fnit, unde omni aevo boni quid nasci necessario debuit; Cnidiorum ea, unde numquam aliquid, quod praestans esset in sno genere, nasci potuit. Nec minus iusta mihi videtur Hippocratis eorum curandi rationis reprobatio; quae quorsum medicos abduxerit, luculenter apparet ex Epidemiorum quinto. Quae ab Hippocrate de morborum tractatione scripta legimus einsmodi sunt, ut aptum, prudentem, peritum artificem testentur; monita practica profert, quae nostra etiam aetate, post tot saeculorum lapsum, teneri debent; quod nisi artis praestantiam testetur, non video quomodo artis praestantia in quoquam demonstrari possit.

In aetiologia morbos e rerum natura, inter quas vivat homo, repetit, non ut philosophi antiqui e dogmate aliquo imaginarias factorum interpretationes repetebat, sed observavit naturam et observatione observationem illustrat, animadversis anni temporibus diversis et annis diversis inter se comparatis, exploratis regionibus diversis, aquarum in iis natura, ventorum ratione, situ vario, coelo diverso, hisque omnibus inter se collatis et compositis. In quibus omnibus hominem respiciebat in natura viventem, rerum externarum actioni submissum, et rerum illarum externarum facultatem, qua hominis indoles tum psychica, tum physica definiatur, mutetur. Omnia quae scripsit testantur ingeniosum natnrae observatorem, semper naturae scenam respicientem, non e dogmate praeconcepto rerum naturam interpretantem, naturae opera ad dogma detorquentem, sed naturam semper interrogantem et e singularibus observationibus universalia deducentem.

Et quemadmodum ingenii praestantiam viri praeclara illa methodus testatur, ita eandem testatur pura, simplex, nitida oratio, qua suas observationes et meditationes aliis tradidit. Nisi forte rideas me puram Graecam orationem laudi ducere viro veteri praestanti. Temporum nostrorum ratio fere facit ut risum exspectes, cum talia tangis. Sed vide, cui ridiculi videntur, qui talia suo pretio aestimant, num tu patrio sermone tuo tam recte scribas, quam vir Graecus hic suo. Et sic habeto pulchram hominis praestantis cuiusvis animi et mentis imaginem perinde atque Hippocratis, pulchro sermone repraesentari, qnippe qui virtutis internae signum sit externum. Hominis sermo ipse homo est!

Ecce! summis quibusdam lineamentis Hippocratem tibi dedi, qualem equidem cognovi. De chirurgia viri non sum locutus; infra eam attingam; nunc pergamus ad alios.

Et hic quidem statim nomen se mihi offert, quod in historia medicinae antiquae legitur, sed quod quid significare debeat, si veterum scripta haec reputemus, vix scias. Volo nomen Hippocraticorum, quo indicare voluerunt discipulos senis Coi et viri imitatores. De quo no-

mine quum egerimus, apparebit quam sive insignes sive exiguos fructus doctrina Hippocratica prisco illo aevo tulerit. Quid igitur de Hippocraticis discere licet ex his veterum operibus?

Fortasse, — neque enim res certa est, — fortasse fragmenta descriptionum morborum in Epidemiorum II. IV. VI. obvia, quae si sermonem respiciamus et formam narrationis, prope ad Hippocratea accedere dixerim, ab eius discipulis, ab Hippocraticis igitur sunt conscripta. Sed in libris serioris temporis in hac sylloge medicorum veterum frustra aliquid quaeris, quod Hippocrateae artis imitationem referat, adeo ut brevi post eximii viri tempora hanc veterem artem exstinctam esse dixerim, ita ut posteri ex Hippocratis laboribus perexiguum ceperint fructum. Sentio me non decere leviter hoc proiicere, quapropter paulo enucleatius de hac re dicam.

Nemo sane scriptores, quales Pythagoreus ille, qui librum de Hebdomadis et qui cum eo coniuncti sunt, conscripsit, vel Heracliteum illum, qui libros de Victus ratione et de Insomniis reliquit, vel Anaximandri et Anaximenis asseclam, qui librum de Flatibus composuit, Hippocraticos, i. e. imitatores, discipulos Hippocratis dixerit. Res ipsa loquitur non esse.

De Cnidiis postea dicam: hos sane Hippocratis discipulos non dicemus, quippe iis adversatum esse novimus. Attamen aliquid nunc notandum, quod ad rem praesentem facit: nempe morborum historias specto, quas Cnidii recentiores reliquerunt. Nimirum si in penuria monumentorum veterum de hac re iudicium ferre liceat, Hippocrates primus omnium artem morbos epidemios et singulares scriptis mandandi et depingendi in medicinam introduxit. Fortasse morem illum servarunt proximi aetate ab illo discipuli. Num veteres Cnidii, Hippocratis decessores et aequales historias morborum conscripserint, non novimus; nullae ab iis scriptae supersunt. Quin si parvam illam, seu potius pravam Cnidiorum intelligentiam morborum cogitemus, probabilius esse existimo eos non scripto mandasse observationes, quam periisse. Sed relicti sunt libri Epidemiorum VII. et V. a Cnidiis recentioribus. Itaque probabile dixerim veteres Cnidios historias morborum non conscripsisse, recentiores vero Cnidios, qui Hippocratis opera legerint, facere coepisse. Ita ut hac in re fructum aliquem artis Hippocrateae apud posteros agnoscere mihi videar. Nemo negabit magni faciendam esse istam historiarum morborum descriptionem, semperque mihi mirum est visum praeterquam apud Hippocratem et, qui proxime illi successerint, Coos et recentiores hos Cnidios, nulla huius rei vestigia apud Graecos et Romanos apparere. Quodsi iam antiquissimas historias ex Epid. I. et III. cum recentioribus ex Epid. VII. V. comparemus, statim apparet illas ab ingenioso medico esse conscriptas, has contra a mediocribus artificibus; at fecerunt saltem illi Cnidii recentiores et hac in re Hippocratem imitati esse videntur.

Quid in chirurgicis recentiores Coo seni debuerint, sciri non potest. Summa eorum, quae ex his, de quibus nunc agimus, fontibus hauriri potest, petenda est e libro de Capitis vulneribus et e libris de Fractis et articulis, iisque quos eidem auctori adscripsimus. Liber de Capitis vulneribus Hippocratis scriptum est, qui quid in eo scribendo decessoribus debuerit, plane ignoratur. Item nescimus num seriores inter veteres hunc chirurgiae locum magis excoluerint, nec ne; nam scripta recentiora de hoc argumento in hac sylloge non habentur. Auctor libri de Fractis et eorum, qui cum illo coniuncti sunt, fuit Cnidius, legerat idem Hippocratis opera, sed quid hic in chirurgicis, de quibus agit, sive Hippocrati, sive Cnidiis

antiquioribus debuerit, non novimus. Itaque num chirurgia Hippocratis ad seros Graecos transmissa sit, numquid in ea ab Hippocrate didicerint praeter tractationem vulnerum capitis, pariter res sunt, quas plane ignorare nos ingenue profiteri oportet.

At Hippocraticus est interpolator Epidemiorum I. et III., qui Prognosticum consarcinavit, et Prorrheticum II. composuit? Equidem vix Hippocratis imitatorem hunc dixerim. Probabile est illum Epidemiorum libros vere Hippocrateos in praesentem formam redegisse; e Praenotionibus Coacis, idque e locis, qui Hippocrati tribuendi videntur, Prognosticum composuisse. Probabile est illum utrumque librum eâ formâ edidisse in usum discipulorum, sed licet id fecerit, non ideo existimandum est illum Hippocratem intellexisse. Quin testis est Prorrheticus II., quem librum eundem illum virum composuisse probabilem esse opinionem in prolegomenis ad hoc vol. III. abunde demonstravimus, quam longe ab Hippocratis ratione et praestantia abesset; idem autem testantur plura ex interpolatis in Epidemiorum primo et tertio. Licet hic igitur Hippocratis opera triverit, compilaverit, in aliam formam redegerit, vix hunc quoque, qui ceteroquin esse videri possit, Hippocraticum dicere ausim.

In prolegomenis demonstravi, vestigia imitationis orationis Hippocrateae in nonnullis libris apparere; sed observantur in libris, qui a methodo et ratione omni et praestantia Divini senis, quam longissime recedunt.

Itaque medici post Hippocratem multo magis Euryphontis quam Hippocratis discipuli fuerunt; quod mirum videri non debet, sed intelligitur inde, hunc quam illum imitari longe fuisse difficilius iis, qui ingenii praestantia cum Hippocrate comparari nequirent.

Hoc autem ne rursus leviter affirmare videar, de Cnidiis nonnulla adnotare lubet.

Initio libri de Victu acutorum Hippocrates reprehendit Cnidiarum sententiarum auctores, simulque profitetur *τοὺς ὕστερον ἐπιδιασκευάσαντας ἰητρικώτερον δή τι ἐπελθεῖν περὶ τῶν προσοιστέων ἑκάστοισι.* Itaque Hippocratis aevo sententiae illae Cnidiae exstiterunt, aut paulo ante; recentior *ἐπιδιασκεύασις* vero ipsa illa aetate nata est. Apud Galenum Euryphonti tribuuntur sententiae Cnidiae. Fuit hic Cnidiae, quemadmodum Hippocrates Coae scholae antistes. Sed Cnidiorum ratio elucet in libris certo certius diu post scriptis, nam ad Philippi Macedonum Regis tempora referendi videntur. Hac de causa locutus sum de Cnidiis veteribus, Hippocratis fere aequalibus et de recentioribus, quorum opera multo post Hippocratem et Euryphontem scripta supersunt. Quod inter haec scripta interesse puto huc redit. In Cnidiorum recentiorum operibus dogma pellucet quovis fere loco, de bile et pituita in plurimis, de quatuor humoribus in paucioribus libris. Hoc puto novum est et dogmaticum illud elementum veteri doctrinae seriore aevo accessisse existimo. Ceterum perparum profecerunt recentiores et Cnidiorum veterum methodum nosologicam, therapeuticam secuti, etiamsi nonnulli Hippocratis scripta legerint et eius sermonem locis nonnullis imitati sint, longe magis Euryphontei quam Hippocratei sunt habendi, alii vero ex iis nulla omnino imitationis Hippocratis vestigia obferunt.

Vitia methodi Cnidiorum ad seram illam aetatem usque cernuntur eadem, quae Hippocrates antiquis obiecit; quin alia apparent, quae non constat senem Coum respexisse.

Hippocrates vitiosam esse methodum nosologicam eorum contendit: nimis multos morbos distinxerunt, a fortuitis quibusdam differentiis distinctionem repetebant, non a signis, quae

perpetuo adessent, cum ipse adesset morbus, sed ab iis, quae genera et species morborum notare non possunt, quum nimis sint mutabiles. Cum qua re proxime coniunctum est quod illos dicit ea quidem recte conscripsisse, quae aegrotantes patiantur in morbis singulis et quem exitum morbi nonnulli habere soleant, quatenus quidem, etiamsi quis medicus non sit, recte exposuerit, modo ex aegrotantibus singula quae patiantur audiverit; eos vero magnam partem eorum, quae medicum praenovisse oporteat, aegro de illis non monente, praetermisisse. Scilicet, quod supra iam dicere coepi, Cnidii morborum recta intelligentia carebant; signorum nexum inter se non rite perspectum tenebant. Ad hanc autem lucem ab Hippocrate ipso acceptam exige iam Cnidiorum libros et senties saepe morborum formas describi, de quibus quid iudicandum sit plane nescias, quia non intelligis quid describant. Is fructus est methodi nosologicae et parum rectae intelligentiae morborum, quae Cnidiis erant. Estne iam Hippocrates suis aequalibus et posteris inter Graecos praestantior an non est? Me iudice non parvum praestantiae viri indicium est, quod coaevorum medicorum non obscurorum, sed illo tempore nobilium, errorem perspexit et claris verbis notavit.

Altera res, quam Cnidiis vitio vertit haec est, quod vix alia in curatione morborum praeceperunt quam φάρμακα ἐλατήρια διδόναι et ὀρρὸν καὶ γάλα τὴν ὥρην πιπίσκειν; profitetur tamen recentiores aliquanto meliora de iis, quae administranda sint, tradidisse. Hoc quoque iure illis obiicit et in Cnidiorum scriptis continenter obstrepunt illa ἐλατήρια et lac et serum. Ista vero non sufficere in morborum therapeia iure affirmat Hippocrates: quin subinde nocere debuerunt. In Epidemiorum V. horrenda legimus, quae per vehementium ἐλατηρίων usum provocata fuerunt; fieri tamen potest, ut qui ibi loquitur aliis esset imprudentior aut imperitior. Sed unum quid, quod maxime memorabile est et cum Hippocratis animadversione cohaeret, in libris Cnidiorum observamus, quod apud Hippocratem longe alio se habet modo: nempe Cnidii singulis morbis certam methodum therapeuticam adscripserunt et vel hoc nomine minus aptos se praebent artifices, sed simul doctrinam et artem profitebantur, quae imitatu faciliores erant quam Hippocratis ars et methodus observandi.

At praeterea aliud quid advertit in Cnidiorum therapeia. Qui de se narrat in Epid. V. plane horrenda, quod dicere coepi, de se narrat; errores confitetur pessimos, qui rudi purgantium administrationi debebantur. Rude erat illud ἰσχυρῶς βλιμάζειν, de quo loquitur. At fac verum esse, quod supra dixi; — largiamur huno aliis fuisse rudiorem; sed ruditas quin crudelitas quaedam in curando ab Euryphonte inde his Cnidiis erat propria. Eius autem indicia passim apparent: exempli loco sit ustio corporis phthisicorum pluribus locis, ita ut Φθοῆς προφήτης ἐσχάρας κεκαυμένος πλείστας ὑπ' Εὐρυφῶντος ἐν τῷ σώματι a Comicis in scenam produceretur; exempli loco sit ista concussio mulieris in partu, ut situs foetus emendaretur, cui ipsi phthisin inductam tribuunt Ep. VII. 49. Concussio phthisicorum, seu potius empyemate laborantium, ut de puris sede certiores fierent, — rudis tussis provocatio, item indicia sunt. Quin rudes curationes chirurgicae, de quibus in libris de Fractis et articulis sermo est, in scripto Cnidiae originis leguntur. Quid Hippocrates? Dolendum eum in chirurgicis cum Cnidiis comparari non posse propter monumentorum defectum, aut saltem penuriam; dolendum idem esse affirmandum de re obstetricia. Sed tamen de huius rudibus curationibus non constat, neque in libro de capitis vulneribus, neque in alio quoquam; quin

prudentiam miraris in libro de Victu acutorum et in una alteraque historia morbi, quae eiusmodi sunt, ut hac in re lucem aliquam praebeant. Nostria vero temporibus illi etiam, qui de Hippocrate plane nihil scirent, eum proposuerunt tanquam artificem, qui nihil fecisset, sed tranquille sive sanitatem, sive mortem curae suae mandatorum exspectavisset; quae opinio nimis ridicula quam ut serio eam refellas!

Vidimus summas quasdam res fuisse, quibus Cnidii Hippocrati cederent; ne tamen videar nihil boni in illis agnoscere velle, de duobus scriptoribus singillatim aliquid dicam: de auctore librornm de Morbis IV., de Natura pueri in partu, de Morbis mulierum primi, de Sterilibus, — et de auctore libri de Fractis et articulis ceterisque anatomicis et chirurgicis, quae cum illo libro coniuncta esse diximus.

Ille eo nomine dogmaticus fuit, quod quatuor humores morborum causas esse opinatur. Advertit autem in eius opere comparatio continenter facta eorum, quae extra corpus fiunt, cum phaenomenis vivi corporis, ita ut haec ex illis comparatione illustrare studeat. Embryologiae prima rudimenta in huius opere de natura pueri in partu legimus. Hic quoque in ovo avium, gallinaceo, novi organismi ortum est contemplatus, qua in re, quod illa aetate sane mirum non est, fere incepit ubi hodierni eruditi observandi finem faciunt, ut ita dicam, sed hunc primum reperi de his rebus seorsim et fuse agentem; ut hic physiologus plane eo sensu sit, quo hodie eruditi illo nomine appellantur. A nostris temporibus sane multum differunt illa, quibus demonstrari debuit potum, quem sumimus, non in pulmonem, sed in ventriculum deferri; verum lepidum est physiologorum hunc antiquissimum ἱστόρια sua expromentem audire, quibus quod verum esse videt defendit. Nimirum hic, licet dogma de humoribus amplexus sit, observavit naturam, ut eam explicaret; experimenta physica ad phaenomena corporis vivi explicanda adhibet, phaenomenis in plantis observatis eundem in finem utitur; qua in re omnia, quae profert, disciplinae quidem primam aetatem testantur, sed bene tamen meruit de rebus medicis, qui prima illa initia tanquam fundamenta erigendo aedificio subiiceret. Praxios medicae monumenta huius viri non supersunt, nisi quae de morbis mulierum habet; sed hac in re non se praebet, nisi ἐπιδιασκευαστὴν operum Cnidiorum antiquiorum.

Alter est chirurgus ille, de quo supra iam sum locutus, quem quodammodo saltem et in anatomia et in arte chirurgica aestimare licet. Galenus huius fragmentum de venis cum Polybi fragmento, sicuti in prolegomenis scripsi, comparavit. Hippocratem ipsum illum fuisse credidit Pergamenus, sed falso. Luce clarius apparet eum vixisse aetate, qua anatome non parvos progressus fecisset, si ex Hippocratis aetate rem aestimes. Hic in libro de Capitis vulneribus suturas capitis formae cranii ratione habita ita describit, ut pro parte descriptionem imaginariam esse dixeris et ut eam forsitan intelligeres, si ipse Cous eam tibi explicaret, nunc non ab omni parte perspicua videatur. Sed chirurgus noster plura habet quae manifesto ostendunt eum corpora hominum exploravisse. Merito Galenus eius descriptionem venarum Polybianae praefert. Polybi descriptio falsa et ficta est et tuto statuere licet Hippocratis huius rei scientiam non fuisse meliorem, saltem si Polybus senis divini gener fuerit, quemadmodum esse putatur. Sed praeter hoc argumentum, quo de parva anatomes scientia in illustri medico Coo constat, aliud est: nempe in Hippocratis operibus non apparet hunc arterias a venis distinxisse, sed potius constat illum utrumque vasorum genus communi φλεβῶν nomine ap-

pellavisse; at noster iam aperte distinxit utrumque genus vasorum et diversis nominihns nuncupavit. Quin descriptio anatomica cordis in libello *περὶ καρδίης* omnino eximia dicenda est pro illa aetate et ex adnotatione de vertebris § 2. fragmenti primi libri de Ossium natura patet, quam ad rerum natnram, qualem ipsum corpus bumanum eas obferehat, mentem sedulo adverterit; quod item apparet e ratione, qua redarguit eos, qui falso iudicavissent humerum in anteriorem partem fuisse luxatum (p. 53. vol. III.). Possim vero sane plnra adferre, v. c. descriptionem spinae dorsi in lihro de Articulis, alias ossium et articulorum in illo libro descriptiones, sed subsisto: duhium non est, quin hic in anatomicis noverit plura, quae Hippocratem latuerunt; et tamen fatendum primum pauca superesse, in quibus divini Coi scientia anatomica aestimari possit; tum descriptionem diploës ossium cranii, et horum ipsorum rationis, quod attinet ad partes debiliores et robustiores, esse rehus ipsis consentaneam. Chirurgus autem noster inter veteres in hac sylloge contentos scientia anatomica unus inter omnes plane elucet.

De cbirurgia, quam fecit, haec ohservo: nominatim enm audimus saepius, quin statim operis initio refellentem praeiudicatas coaevorum opiniones; qua in re est studiosissimus veritatis, quam semper quaerit et diligenter demonstrat. Apparet illum ostentationem in apparatu cbirurgico contemnere, ahhorrere a rudibus methodis, quas alii commendarent, eumque prae aequalibus sagacem se et prudentem chirurgum praehere, qui lande sit dignissimus.

Et bic quidem aliquid observare liceat, qnod tenere est operae pretium: scilicet primum locum quin iure inter veteres illos Hippocrati omni tempore trihuerint, duhitare non licet; sed procul abest ut praeter hunc unum omnes, qui in Graecia antiqua artem fecerint, despicatui sint habendi. Mirum profecto esset, si plura saecula non protulissent qui laude digni essent in arte, qua bominum aetas nulla carere potuisse videtur.

Sed pergimus in cursu incepto; — quid de sophistis illis dicendum et dogmaticis? Hi sane non sunt Hippocratici: in eorum operihus nihil est quod magni Coi medici rationem redoleat. Pbilosophorum placita aliquot arripinnt et tbeorematis illis suam doctrinam superstruunt. Hoc faciunt ii, quos dogmaticos maxime hac de causa appellaveris. Sophistae partim magna verborum pompa talia profundunt, quae vix ullius sunt pretii; partim talia, quae ad disceptationem de rebus medicis faciunt; ad artem emendandam, doctrinam amplificandam frustra aliquid a vanis hominihus exspectas.

Ecce! cum quibus comparare liceat Hippocratem, qui quam omnihus his praecellat, indicavimus. Eius artem et methodum fuisse derelictam non trihnendum est vitiis, quibus lahoraverit, sed minori facultati posterorum. Facilius erat theorematis philosophorum systema quoddam superstruere, quam naturam ohservando ad eius interpretationem sensim progredi; et in arte facienda definitas morborum formas, male licet observatas, curandique methodos singulis formis destinatas, quas scbola Cnidia protulerat, amplecti facilius erat quam morhos intelligere et conditionem aegrotantis in singulis morbis rite aestimare et huic curationem accommodare, quod Hippocrates et voluit et re ipsa fecit.

Et haec qnidem sufficiant de re, quam exponere suscepi: plenam historiam medicam huius temporis scribere aliis relinquo; sed his indiciis nti poterit, opinor, qui eam scribere velit. Hippocrates solum cognosci potest ex ipsius operihus cum aliorum lihris eiusdem vel proximae

aetatis comparatis. Quin ad eius intelligentiam facit eum cum Herodoto comparavisse quod attinet ad descriptionem eorum, quae in regionibus peregrinis observarant, et videre quam in naturae explanatione sibi sint similes aut dissimiles. Quod equidem de utroque cognovi me in opinionem induxit, Hippocratem esse ingeniosum naturae observatorem, quem cum Humboldtiis nostri aevi conferre oporteat; Herodotum esse minus ingeniosum observatorem, sed suavem narratorem eorum, quae vidisset.

Sed hac de re plura proferre nunc non lubet; sunt alia, de quibus aliquid dicendum habeo. Ego iam qualicumque tandem modo, attamen ut potui, hanc medicorum Graecorum vetussimorum editionem absolvi. Licet omni tempore pauci fuerint, qui in eiusmodi labore operam ponerent, non defuerunt tamen qui per saeculorum cursum eum susciperent. Itaque tempora, quae vivimus, duas protulerunt Hippocratis editiones, neque causa est, cur non novas editiones eruditi post hanc nostram parent. Quin ut faciant, eos quam officiosissime invito. Qui rem actam se agere putabit, si ad eiusmodi quid se accingat, magnopere falletur. Qui sedulo operam ponere velit in horum medicorum studio non poterit non ad eorum intelligentiam proficere. Quod alii et ipse attulimus firmandum, refellendum, corrigendum, emendandum erit, nova in medium proferendi occasio non deerit. Condicio, in qua ipse haec scripta reperi, eiusmodi erat, ut ne multo quidem me peritiorem iure quis exspectaverit omnia vitia vidisse, quae insint, ut omnia, quae viderit, recta et debita ratione sustulerit, ut nusquam in errores inciderit. In tam corruptorum textuum restitutione non nisi sensim sensimque ad verum propius accedimus, neque accedimus nisi plurium opera coniuncta. Dubium non est, quin qui sedulo in hac re operam navare velit, cum fructu id faciat. Quod quum verum nec dubium, sed certum esse noverim, aliud quid dicam. Fieri possit, ut quis his studiis operam dare vellet, sed ut eum deterreret instrumentorum inprimis manuscriptorum subsidiorum inopia. Quare hoc dicam: Hippocrates primum edi debuit e mss., quia libris manu scriptis ad nos pervenit: profuit editoribus deinceps collatio codicum, quos quisque in promptu haberet. Sed post Foësii, aliorum et Littréi editionem codicum collatio non multum lucis adferre poterit: optimus cod. Marcianus perpauca mihi praebuit, Vossianus, qui deterior illo, nec tamen negligendus, item perpauca mihi suppeditavit. Quapropter ego sic sentio: codicibus mss. si quis uti possit, eum eos negligere sane non debere; sed non hoc ante omnia in futuro editore ego requiro, ut multa mss. conferre possit; — sed hoc ut sit ei Graeci sermonis universi et horum medicorum sermonis recta scientia usu diuturno comparata. Longe certissimum, plus sine codicibus profecturum eum, qui debita linguae Graecae cognitione instructus sit, quam qui leviter tantum eâ cognitione imbutus sit, licet insignem manuscriptorum numerum contulerit. Causa, quare a mss. minus exspectem, quam ab editoris ipsius praestantia, manifesta est: vitia, quae lectionem maxime impediant, nata sunt temporibus antiquissimis et recentibus nostrorum temporum codicibus transmittuntur, non tolluntur. Qui probe Graecum textum legere et emendare noverit si utatur apparatu hodie edito, facile operae pretium praestabit in nova editione adornanda; qui id non noverit, ne praestantissimo quidem ac ditissimo novo apparatu, — si, quod non credo, haberi possit, — instructus, multum efficiet. Itaque qui medicus ipse his medicis Graecis operam navare velit, Graecam linguam bene discat, cetera omnia sponte sua, ut ita dicam, accedent.

Quorsum haec? Ut aliorum studia excitem! Non is ego sum, qui existimem medicum his rebus operam navantem talia facere, quae prae aliis magni sint aestimanda. Probe scio hanc rem pertinere ad artis et doctrinae medicae historiam illustrandam, non ad novorum in arte medica inventionem. Certo scio rem ridiculam postulaturum, qui velit omnes medicos libros Graecos intelligere, emendare. Sed aegre tuli subinde harum rerum contemtum in iis, qui in nulla alia re quod operae pretium esset praestiterint. Non ideo aegre tuli, quia sententia leviter suscepta me a proposito abducere unquam possit, sed quia alii minus cauti et minus probe quid ipsi agant intelligentes contemtum illum propagant et ita malum vires acquirit eundo. Qui rem recte reputat, necessario sentit utilia esse haec studia pluribus de causis. Medicis sunt utilia historiam artis suae colentibus; quin ne iis quidem, qui non data opera ad artis historiam mentem applicant, inutilia habenda sunt. Medico practico utile est antiqui aevi experientiam cum recentiorum experientia contulisse; veterum, licet ea aetate viverent, qua ars nasceretur, facultates observandi, ex observatis regulas practicas deducendi dignae sunt, quas hodie in memoriam revocemus; sapientia medica illius aevi antiqui nostro tempore non plane est negligenda, sed ad artem faciendam aptiores medicos reddit, si coniungatur cum recentiorum accuratiore, ampliore corporis humani et variorum valetudinis generum cognitione. Quin philologis etiam lectio horum scriptorum ad Graecitatis scientiam et historiae philosophiae cognitionem prodesse poterit.

Sed philologi quid agant ipsi satis scient. Medicorum tamen causa lectionem et emendationem horum scriptorum illis commendatam cupio. Non exspecto ab omnibus emendationem locorum e libris, qui plane anatomici, chirurgici argumenti sint, neque lectionem et emendationem formularum medicinalium; sed integri sunt ipsius Hippocratis loci, integri loci Cnidiorum, opera adeo integra sophistarum, aliorum in hac sylloge, quae legere et emendare poterunt, ut quemvis alium scriptorem Graecum; quin melius quam medicos eos id facere posse certo mihi persuasum est. Talia igitur iis commendata velim ut medicis nobis praeëant et viam sternant.

Quid autem medicus, qui Hippocratis quae vocant opera cognoscere velit? Loquor iam de illo, qui res, ut aiunt, curans scire velit, quid vetere illo aevo in arte medica et doctrinis medicis factum sit. Debetne is libros hos eo ordine, quo descripti sunt in hac editione, singulos deinceps perlegere? Equidem ipse tale quid illi non suaserim, quia multum vereor ut forte fortuito ad hanc rem delatus Prorrhetici primi et praenotionum Coacarum lectionem ad finem perducat. Hic incipiat a vere Hippocrateis: videat quomodo in Epid. I. et III. Hippocrates morbos epidemios, singulares depingat; quomodo geographiae medicae fundamenta in libro de Aëre, aquis, locis iecerit; quae praecepta tum nosologica, tum therapeutica in libro de Victu acutorum reliquerit; quid de Capitis vulneribus scripserit et quo modo anatomicam partium cognitionem substernat vulnerum cognitioni et curationi. Comparet haec cum Cnidiorum methodo et artis ratione omni. Videat quam a medicis practicis utriusque scholae differant sophistae; quomodo recentiores dogmatici, quos indicavi, philosophorum placita ad illustrationem observationum practicorum vetustiorum adhibuerint. Ita cognitionem sibi comparabit illius aevi, quo anatomiae et physiologiae, praxeos omnis medicae prima initia exstiterunt. Non est otiosa, neque inutilis haec cognitio; veritas non est unius temporis, aut

loci et ab Hippocrate inde ad nostra tempora usque perpetua est doctrinae medicae variae ad posteros traditio eaque non interrupta. Artis hodiernae forma origine Graeca est; recentiorum temporum medicina recte demum intelligitur, si quomodo nata sit prisco tempore primum ars, tum doctrina medica rite perspexerimus. Neque vero historiam medicinae disces e solis eius compendiis, quae circumferuntur. In scriptis decessorum nostrorum expressam habemus imaginem ipsorum et temporum, quibus vixerunt. Veteres autem minus facile etiam e compendiis historiae medicae cognosces quam recentiores; nec mirum: — meliores scilicet requiruntur editiones, ut illi ipsi, qui compendia scribant, antiquos cognoscant. Illum quidem in finem hunc ego laborem suscepi, quem ad finem perducere me potuisse gaudeo; fuit enim tempus, quo morbus oculorum, qui me tenet, ne impedimento foret timebam.

Tu, igitur L. B.! hac Hippocratis editione nostra utere et nobis favere perge!

Scripsi Groningae
mense Januario anni CIƆIƆCCCLXIIII.

PROLEGOMENA.

§ 26.

De libris de fractis et de articulis.

Coniunxi in unum utrumque librum huuc; quod quare fecerim et quare librum de fractis primo loco posuerim, postea dicam. Videudum etiam erit, quo iure hoc opus chirurgicum Hippocrati abiudicem, quin medico Cnidio receutiori tribuam. Inquireudum erit porro in locos, ubi alia opera sua, sive supersiut, sive uou, memorat scriptor noster. Apparebit inscriptiones περὶ ἀγμῶν et περὶ ἄρθρων recentes esse, quin argumentum utriusque partis vix apte significare. Praemitto autem brevem descriptionem materiae huius scripti antiqui.

Capite primo usque ad finem septimi sermo est de fractura ulnae et radii, primum de utroque osse fracto, tum de alterutro. Agitur de repositione, deligatioue, ferularum usu, victus ratioue: uon pauca traduutur, quae ad aliarum quoque fracturarum curationem transferri possuut et re ipsa trauslata voluit auctor noster.

Cap. 8. de humeri fractura scripsit.

Cap. 9. de luxatioue ossium digitorum, aliorum pedis. Capite vero 10. de luxatione ossium pedis, quae cum crure communionem habent.

Cap. 11. de illis, qui de alto loco desilientes calcem offenderunt; de gangraena et necrosi, — σφακελισμόν appellat, — periculisque inde profluentibus.

Capite 12. breviter describitur utrumque cruris os, tibia et fibula.

Capitibus 13. 14. exponitur de luxatione pedis.

Capite 15. et 16. de fractura utriusque cruris ossis et de usu canalium, τῶν σωλήνων, in deligatioue cruris fracti.

Capite 17. de fractura alterutrius cruris ossis. Capite autem 18. tibia sola fracta curatu difficilior dicitur quam fibula sola.

19° femoris fractura tractatur; 20° femoris os describitur et quid ossis forma valeat ad repositiouem corrumpendam docet.

Agitur capite 21. de tumoribus ortis ad poplitem et in pede in fracturarum curatione et quomodo tractandi sint significat.

22° sermo est de canalium usu in femoris fractura.

23° de calce et cautelis circa hanc partem in curatione fracturarum cruris ossium et femoris.

Capitibus 24. 25. 26. traduntur fracturarum cum vulnere partium mollium curandi modi aliorum medicorum minus laudandi et proponit noster eum, quem ipse probat.

27. De vulneribus in ipsa fracturarum curatione ex deligatione, ferulis, ortis.

28. 29. De ossium maiorum, minorum abscessu.

30. De iis, in quibus deligatio fracturarum fieri non potest, et de modis posituram idoneam membris praebendi et servandi in eiusmodi casibus.

31. De lanae succidae et linteorum usu in fracturarum deligatione.

32. 33. De repositione fracturarum vectium ferreorum ope.

34. De ossibus non repositis et abscessum facientibus; de resectione ossium abscedentium.

35. De reliqua horum curatione.

36. De iis, quibus femoris, humeri os fractum foras prominet partibus mollibus vulneratis.

37. De curatione eiusmodi casuum, ubi ossa reponere contigerit.

38. De luxatione genu, et 39. de cubiti luxatione.

40. De subluxatione in latus alterutrum et 41. de luxatione eiusdemmodi perfecta.

42. Luxatio cubiti in partem posteriorem; 43. in anteriorem.

44. Luxatio radii in latus.

45. Fracturae olecrani et apophyseos coronoïdeae.

46. De fractura extremi inferioris humeri.

47. De curatione fractorum, disiunctorum, luxatorum in illa regione et 48. de illorum deligatione sive cum ferulis, sive sine his.

49. De humeri luxatione; redarguitur medicorum opinio, os humeri frequenter in anteriorem partem elabi.

50. De reductione humeri luxati, quam ipsi aegri facere solent; item de methodo, qua medicus solus, vel cum administro sine instrumentis eam perficiat.

51. De restitutione humeri luxati calcis ope in axillam aegri immissae.

52. De restitutione humeri luxati supra humerum alterius, qui subeat membrum luxatum, aegrum sustollat et concutiat.

53. De einsdem luxationis reductione supra lignum pistilliforme; 54. supra lignum transversum scalae.

55. De reductione humeri prolapsi ligni ope extrema parte rotunda et prominentem marginem habente. *Amben Hippocratis* vocare solent.

56. De faciliore, difficiliore restitutione articuli luxati pro variis hominum naturis, cett.

57. De cautelis post reductionem luxationum.

58. Signa humeri luxati.

59. De curatione eorum, quibus humerus frequenter excidere soleat.

60. De sequelis humeri luxati nec restituti, sive congenitum sit vitium, sive alia aetate acciderit.

61. Luxatio claviculae ad acromium.

62. 63. Claviculae fractura.

64. De luxatione claviculae in latus alterutrum.

65. De subluxatione cubiti in latus alterutrum, et 66. de luxatione perfecta laterali eiusdem articuli.

67. De cubiti luxatione in partem anteriorem, posteriorem.

68. Signa diastasios ossium in cubito; radii luxatio.

69. Luxationes cubiti non restitutae sive congenitae sint, sive non.

70. Luxationes perfectae cubiti laterales (cf. cap. 66.)

71. Eiusdem luxationes in anteriorem et posteriorem partem (cf. cap. 67.)

72. Subluxationes in partem alterutram laterales (cf. cap. 65.)

73. De methodis restituendi luxationes summatim.

74. Subluxationes in articulo carpi manus cum ulna et radio in anteriorem et posteriorem partem. 75. Eiusdem articuli luxationes perfectae in anteriorem et posteriorem partem et in latus utrumque.

76. De eiusdem partis luxationibus non reductis et sequelis rei, sive vitium sit congenitum, sive non.

77. Articuli digiti luxatio eiusque non repositae sequelae.

78. De maxillae subluxatione, eius repositione, aliis; 79. de maxillae exarticulatione ab utraque parte.

80. De fractura maxillae inferioris non per totum os penetrante. 81. De fractura maxillae, ita ut os prorsus diffractum sit. 82. Fracturae maxillae inferioris in symphysi ad mentum.

83. Fractura nasi eamque curandi methodi. 84. Contusio nasi. 85. Fractura eius ita ut depressione simus fiat. 86. Fractura nasi, ita ut in latus inclinet. 87. Fractura eius cum vulnere.

88. De auris fractura.

89. Spinae dorsi curvaturae ex morbo. 90. De eius curvatura ex lapsu et de conquassatione aegri, ut restituatur. 91. De conquassatione capite infimum locum tenente. 92. De eadem pedibus infimum locum tenentibus.

93. Descriptio spinae dorsi, unde 94. deducit auctor nonnulla ad curvaturas spectantia.

95. Curvaturae spinae a causa externa. Methodus reducendi eas.

96. Luxatio vertebrarum in anteriorem partem.

97. Costarum fracturae.

98. Contusio pectoris.

99. Luxationes femoris ac primum quidem in anteriorem partem. 100. De sequelis huius luxationis, non reductae, sive vitium congenitum sit, sive non.

101. De effectu luxationum non restitutarum in partes summatim.

102. Luxatio femoris in exteriorem partem.

103. De hac luxatione non reducta, sive alias, sive vitio congenito.

104. Luxatio in exteriorem partem utrinsque femoris, sive congenitum sit vitium, sive non.

105. De luxatione femoris versus posteriora.

106. De huius luxationis non repositae sequelis, sive vitium connatum sit, sive non sit.

107. De femoris capite in anteriorem partem elapso. 108. De huius mali sequelis, si non reducatur.

109. Nonnulla de luxationibus summatim.
110. De varis.
111. Luxationes ita factae ut ossa extra cutem promineant. Luxatio eiusmodi cruris articuli ad tarsum pedis.
112. Luxatio eiusmodi in articulo carpi manus et ulnae radiique.
113. De tibia ad genu extra cutem prominente itemque de femore ad genu foras prominente.
114. De ossibus in cubito eodem modo affectis.
115. De ossibus digitorum manns et pedis cum vulnere partium mollium, ita ut foras emineant. De eorum reductione vectis ope.
116. De praecisis ossibus digitorum, aliis ad articulos; item de alio loco praeterquam in articulo praecisis.
117. De gangraena in membris orta ex compressione qualicumque.
118. Reductio luxationis capitis femoris in anteriora suspenso aegrotante.
119. Methodus reductionis per extensionem et contraextensionem homine in planum extenso.
120. Descriptio apparatus, quo pluribus modis quis utatur ut luxata et fracta extendat et reducat, reponat.
121. Methodus reducendi caput femoris interiora versus prolapsi ope ligni ad crus adligati.
122. De luxatione capitis femoris versus exteriora.
123. De femoris capitis procidentia in partem posteriorem.
124. De eiusdem procidentia in anteriorem partem.
125. Restitutio luxati femoris utris ope.
126. De variis, quae fors obtulerit, usurpandis, ut luxatio femoris reducatur.
127. Monita circa articulos et luxationes summatim.
128. Luxatio digitorum eiusque reductio.
129. Curatio aegrotantium post reductionem.
130. Genu luxationes.
131. Luxatio articuli tibiae et tarsi pedis.
132. Digitorum pedis et ossium metatarsi luxatio.
133. Luxatio ossium in tarso pedis.
134. De calcanei ex saltu aliave de causa laesione.
135. De pedis luxatione in articulo ad malleolum.

Statim ex hoc contentorum indice patet, nisi alia obstent, probabile esse duo illa scripta quorum prius usque ad finem capitis nobis 48[i] continuatur, reliquis capitibus alterum referentibus, unum esse compendium de loco chirurgiae, qui circa luxationes et fracturas, exceptis laesionibus ossium cranii, versatur.

Patet inscriptiones utriusque partis περὶ ἀγμῶν et περὶ ἄρθρων non respondere singularum contentis. Nempe in altera saltem non solum de articulis, si velis de articulis luxatis, exponitur, sed agitur etiam de ossibus fractis. Et licet prima parte praecipne agatur de fractis, nonnulla tamen postremorum de luxatis perscripta sunt. Neuter igitur titulus auctori libri debetur, sed uterque recens et a describentibus profectus esse videtur; antiquus autem libri titulus periit. Qua de re confer, quae in adnotatione ad principium libri ex Galeno adscripsimus.

Sed liber noster non ab omni parte integer est. Prima capita principium operis integri vix referre videntur; credo potius partis operis alicuius initium esse; num postrema pars eius conclusio dici possit, merito dubitaveris. Sed praeterea mirum boc est: de nonnullis bis agitur; sicuti v. c. capitibus 70. 71. 72. de iisdem rebus iterum agitur, de quibus capitibus 66. 67. 65. erat dictum.

Scriptorem nostrum cbirurgum fuisse, qui artem ipse factitaverit, certo constat.

Pergimus iam ad alia, unde scriptorem eiusque opus melius etiam cognoscere licebit, ut spero.

Certa indicia libros *περὶ ἀγμῶν* et *περὶ ἄρθρων* unum opus esse et eum, qui de fractis dicitur, priorem istius operis partem esse, mihi baec sunt:

Primum indicium est orationis forma plane sibi similis per utrumque librum, licet negari non possit subinde occurrere capitula, quae potius excerpta brevia videantur locorum, qui olim prolixius descripti fuerint ad modum longe plurimorum.

Alterum boc est: capite 120. legimns *Εἴρηται δὲ καὶ πρόσθεν ἤδη, ὅτι ἐπάξιον ὅστις ἐν πόλι πολυανθρώπῳ ἰητρεύει, ξύλον κεκτῆσθαι τετράγωνον κ. τ. λ.* Manifesto autem eo loco respicitur alter e fine capitis 13[i] ubi: *Ἄριστον δέ*, inquit auctor, *ὅστις ἐν πόλι μεγάλῃ ἰητρεύει κεκτῆσθαι ἐσκευασμένον ξύλον, ἐν ᾧ πᾶσαι αἱ ἀνάγκαι ἔσονται πάντων μὲν κατηγμάτων, πάντων δὲ ἄρθρων ἐμβολῆς ἐκ κατατάσιος καὶ μοχλεύσιος κ. τ. λ.*

Itaque duo baec argumenta et tertium, quod paulo ante ex contentorum indice dednxi, omnem praecidunt dubitationem, num duo opera illa in unum coniungenda sint, nec ne. Unum opus est ab uno auctore profectum.

Quis est, qui librum bunc conscripsit? Hippocrates, quod crediderunt antiqui et voluit nuperrimus editor?

Imo non Hippocratem esse evincam curandi ratione in libro memorata et orationis forma. Ex illa autem sponte patebit Cnidium esse, eumque recentiorem esse Hippocratis aevo aliae notae longe certissimae ostendunt.

Cnidium medicum esse auctorem haec docent: cap. 11. primum legis: *ἄμεινον δὲ καὶ ἐλλέβορον πιπίσκειν αὐθημερὸν ἢ τῇ ὑστεραίῃ.* Et paulo post: *ἀλλ' ἢν μὲν ἀπύρετος ᾖ, φαρμακεύειν ἄνω χρή, ὥσπερ εἴρηται, ὅσοι ἂν μὴ ξυνεχῶς πυρεταίνωσι, ἢν δὲ ξυνεχῶς, μὴ φαρμακεύειν, ἀπέχειν μὲν σιτίων καὶ ῥοφημάτων, ποτῷ δὲ χρῆσθαι ὕδατι καὶ μὴ οἴνῳ ἀλλὰ τῷ ὀξυγλυκεῖ.* Ecce Cnidiorum curandi methodum solitis Cnidiorum verbis expressam! Sed pergimus: capite 88. legimus *ἐμέειν ἀπὸ συρμαϊσμοῦ*, qui locus, quod sciam unicus est, ubi haec formula occurrit: sed *ἐν συρμαίῃ* et *ξὺν συρμαίῃ* legis libro I. de morbis mull. (p. 623. vol. II.), qui itidem duo soli loci sunt, ubi memoratur iste liquor. Emanaverunt autem libri de morbis mull., quod fuse et certis notis antea demonstravimus, ex schola Cnidia. Porro cap. 115. legis: *ἔπειτα ἀτρεμέειν ὡς μάλιστα χρὴ καὶ κατακεῖσθαι καὶ ὀλιγοσιτέειν· ἄμεινον δὲ καὶ φαρμακεῦσαι ἄνω κούφῳ τινὶ φαρμάκῳ.* Et cap. 37. *Ἐμβαλόντα δὲ ἐλλέβορον μαλθακὸν πῖσαι χρὴ αὐθημερόν.* Rursus methodum therapeuticam Cnidiorum cernimus ipsorum Cnidiorum oratione expressam. Qui recordatur sermonem, quo scripti sunt Cnidiorum libri volumine altero contenti, dubitare non poterit.

Sed lubet notare dictiones, quales apud Hippocratem ipsum sane frustra quaeres et e quibus non minus certo constat divinum senem hoc opus chirurgicum non conscripsisse.

Ac primum quidem statim in libri introitu offendimus nomen *δίκαιος*, quod nostro familiare, sed quod miro modo usurpatur: capite primo: *αὐτὸς γὰρ ὁ ἐπιδεθησόμενος τὴν χεῖρα ἀπορέγει οὕτως ὑπὸ τῆς δικαίης φύσιος ἀναγκαζόμενος*, ubi equidem *δικαίης* fere *οἰκείης* valere dixerim, quemadmodum in paulo antecedente *αὕτη γὰρ ἡ δικαιοτάτη φύσις*. — Cap. 7. *ὥς τε ἀποβαίνειν ἀπὸ τῆς δικαίης χειρίξιος* et paulo ante *οὗτος ὁ λόγος ὥσπερ νόμος κεῖται δίκαιος περὶ κατηγμάτων ἰήσιος*. Cap. 8. *δικαιοτάτη οὖν βραχίονος κατάτασις ἥδε*. Cap. 20. *ὅκως κατάτασιν δικαίην καὶ μὴ βιαίην σχήσει τὸ κατεηγὸς τοῦ σώματος*. Et his quidem locis fere *ἐπιτήδειος* significat nostri *δίκαιος*. Cap. vero 38. *τό τε γὰρ ἄρθρον τοῦ μηροῦ εὐσταλέστερον ὡς ἐπὶ μεγέθεϊ ἢ τὰ τοῦ βραχίονος καὶ δικαίην φύσιν μοῦνον ἔχον καὶ ταύτην περιφερέα*, ubi rursus *δικείην φύσιν* illum significare opinor. Capite 41. rursus *κατάτασις δικαιοτάτη*; — cap. 55. *δικαιότατα γὰρ μοχλεύει*; — paulo post ibidem *δικαιόταται δὲ αἱ ἀντιρροπαί*; — quibus quidem locis rursus *δίκαιος* valet *ἐπιτήδειος*; sed principio cap. 58. *ἐπειδὴ δίκαιον ἔχουσι τὸ σῶμα οἱ ἄνθρωποι* aliud quid est; nempe *corpus rite conformatum* et utroque latere *σύμμετρον*, *σῶμα εὐειδές* significari videtur. Capite porro 59. *τὰ δίκαια σχήματα ἐξευρίσκειν ἐφ' ἑκάστοισι*, 86. *τοῦτο . . . . δικαίην τὴν διόρθωσιν ἔχει*, 95. *οὔκουν ἐγὼ ἔχω τούτων ἀνάγκας καλλίους, οὐδὲ δικαιοτέρας*, quibus locis singulis rursus *δίκαιος* valet *ἐπιτήδειος*. Sed cap. 110. iterum eo, quo supra diximus, sensu legimus *χρὴ ἐς τὴν φύσιν τὴν δικαίην ἄγειν*. Ibidem paulo post rursus *δίκαια σχήματα* legimus; capite 117. *καὶ ἐν σχήμασι δικαίοισι εὐθετίζειν τὸ σῶμα. δίκαια δὲ καὶ ταῦτα· μηδὲ μετεωροποιέειν, μηδὲ ἐς τὸ κάτω ῥέπειν*. Denique sequenti capite *καὶ δικαίη καὶ κατὰ φύσιν ἡ ἐμβολή*. Equidem huius usus nominis *δίκαιος* apud ipsum Hipp. exempla novi nulla.

Capite tertio legis *αὗται τοσαῦται καὶ τοιαῦται αἱ ἁμαρτάδες καὶ ἄγνοιαι τῆς φύσιος τῆς χειρός*, in quibus mira dictio *αἱ ἁμαρτάδες — τῆς φύσιος τῆς χειρός*. — Nempe significat *errores in cognitione τῆς φύσιος* manus; scilicet eâ verborum structura *ἁμαρτάδες* et *ἄγνοιαι* arctissime copulantur.

Capite 7. *χείριξις*, cap. 115. *ἀδελφίξιας* legis, passim vero occurrit *πίεξις*; cuiusmodi formae per *ξ* apud Hipp. ipsum frustra quaeruntur; quin *ἀδέλφιξις* mirum ac novum sonat!

In fine capitis 4. *ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε*, item cap. 22. 86. 98. Illud *ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε* iam reperimus in fragmento sententiarum Cnidiarum apud Galenum servatum, tum in libris de morbis, de morbis mulierum, qui Cnidiae sunt originis. Apud Hipp. nusquam legi. Vid. prolegomena ad vol. II. p. 88.

Παλίγκοτος, *παλιγκοτέειν* passim occurrit (vide cap. 11. 25.) cum derivatis; de his in vere Hippocrateis monumentis non obviis iam dixi in prolegomenis ad vol. I. p. 125. Ibidem autem de *μινύθω* ceteris monui, quae item passim in chirurgico hoc opere scripta leguntur.

Cum eo, quod in fine capitis 30. legitur, *αἰσχρὸν γὰρ καὶ ἄτεχνον μηχανοποιέοντα ἀμηχανοποιέεσθαι* confer extremum caput 95., ubi *καλὰ γὰρ καὶ ταῦτα μαθήματά ἐστι, ἃ πειρηθέντα ἀπορηθέντα ἐφάνη καὶ δι' ἅπερ ἠπορήθη*. Tales facetiae, tales lusus in sono verborum ab Hippocratis oratione sane alienissimae res sunt.

Verbum *ἀξυνετέειν* cap. 25., nomen *τύρβη* cap. 22., *μύξα*, *μυξώδης*, quod passim occurrit et pro quo *φλέγμα* Hippocrates usurpat; verbum *ἰπόω* cap. 95., *ἴπωσις* ibidem,

ἐξιποῦται cap. 98. non sunt vocabula ex Hippocratis oratione desumpta, neque ἴησις σκεθροτέρη cap. 98.

Saepius apud nostrum ἄγχιστα occurrit, quod manifesto ex Homerico ἄγχιστα ἐῴκει ductnm est et in quo solent ἄγχιστα exponere μάλιστα, sed vide iam qnam miro modo noster usnrpet principio capitis 86. ἄγχιστα δὲ ἡ ἐπίδεσίς μοι δοκέει ἄν τι ποιέειν, εἰ κατὰ μέσην τὴν ῥῖνα .... ἀμφιφλασθείη ἡ σάρξ. Ponitur pro μάλιστα, quasi ubivis ἄγχιστα pro μάλιστα usurpari possit, quia cum ἐοικέναι id significat apud poëtam. Conferri cum l. l. potest alter e cap. 111. καὶ οὐκ ἄν μοι δοκέει οὐδὲ ἐλλέβορος ὠφελῆσαι αὐθημερόν τε δοθεὶς καὶ αὖθις πινόμενος, ἄγχιστα δὲ εἴπερ τι τοιοῦτο· κ. τ. λ. — Licet autem iste usus mirus sit, imitari in his videtur Hippocratem, qui de victu acut. cap. 57.: ἄγχιστα δὲ χρηστέον αὐτῷ τοιῷδε ἐόντι, εἰ τὸ μέλι τυγχάνοι πονηρὸν ἐὸν κ. τ. λ. — Sed de Hippocratis imitatione infra plura.

Subiungo his ea, quae sequuntur: primum quidem quod capite 56. de bobus dicitur cum citatione versus illius, qui Homero tribuitur, sed qui in Homero non occurrit, item indicium est Hippocratem non scripsisse hunc librum. Non quia Hippocrates non potuerit falli in versus citatione, sed quia ipsa illa versus alicuius citatio ab Hippocratis scribendi ratione et mente omni est quam alienissima. Alterum, quod nunc specto, hoc est: capite 101. sermo est de Amazonidibus, uti eas appellat, et narrationi suae, quam μυθολογεῖσθαι dicit, subiungit: εἰ μὲν οὖν ἀληθέα ταῦτά ἐστι ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδα. Iam vero quaero, quomodo haec congruant cum iis, quae cap. 24. libri de aëre, aquis locis leguntur, si hunc librum et opus chirurgicum nostrum eidem scriptori, eique Hippocrati tribuas! — Nempe alter ea tradit, quae ipse observaverat, alter quae faudo audiverat.

Sed nunc aliud quid demonstrare conabor: equidem contendo Cnidium auctorem nostrum Hippocratis scripta trivisse et dictionem et locos eius imitatum esse. Exempla dabo sequentia: cap. 7. ἔτι δὲ τάδε χρὴ προσξυνιέναι, cap. 8. προσξυνιέναι δὲ χρή, cap. 20. προσξυνιέναι δὲ χρή, cap. 58. προσξυνιέναι δὲ δεῖ, cap. 62. καὶ τάδε δεῖ προσξυνιέναι, et ibidem aliquanto post προσξυνιέναι δὲ καὶ τάδε χρή, cap. 105. προσξυνιέναι μὲν οὖν καὶ τάδε χρή. — Formula est ex libro de victu acutorum § 52. προσξυνιέναι δὲ δεῖ.

Sed fortasse dices in his concursum non esse fortuitum utriusque scriptoris, non certo demonstrari posse! Quamquam mirum videtur, aliud quid tibi citabo; cap. 31. legis: καὶ μάλα πολλοῦ ἄξιον τοῦτο τὸ μάθημα, εἴ πέρ τι καὶ ἄλλο· τίνι γὰρ οὐκ ἐπικοινωνέει τῶν ἐπικαιροτάτων ἐν ἰητρικῇ οὐ κατὰ τὰ ἕλκεα μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ ἄλλα πολλὰ νοσήματα, εἰ μή τις φήσειε καὶ τἄλλα νοσήματα ἕλκεα εἶναι· ἔχει γὰρ καὶ οὗτος ὁ λόγος ἐπιείκειαν. — Manifesto imitatur locum e libro de victu acutorum § 9. φημὶ δὴ πάγκαλον εἶναι τοῦτο τὸ σκέμμα καὶ ἠδελφισμένον τοῖσι πλείστοισι τῶν ἐν τῇ τέχνῃ καὶ ἐπικαιροτάτοισι. — Et quemadmodum haec imitatur, ita sequentibus affirmat tale quid, quod ab Hippocrate sane non exspectas, et profert λόγον, ὃς οὐκ ἔχει ἐπιείκειαν οὐδεμίαν, nam nemo affirmabit τἄλλα νοσήματα ἕλκεα εἶναι!

Nunc puto facilius mihi credes illud προσξυνιέναι ex Hippocratis imitatione profluxisse; itemque διὰ οὖν ταύτας τὰς προφάσιας, quod sub finem capitis 18. occurrit et διὰ ταύτας

οὖν τὰς προφάσιας initio cap. 17. libri de victu acutorum. Tum ἐπαινέω δὲ τοὺς οἰνηροὺς σπλῆνας capite 24. imitatio est loci e cap. 10. libri de v. acut. καὶ ἐπαινέω γε τοὺς προκρίναντας. — Passim (cap. 31. 43. 45. 88. 96. 106. 109.) occurrit ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰρῆσθαι, quod § 61. libri de v. acut. habetur, ubi legis ἐν κεφαλαίῳ δὲ εἰρῆσθαι. Cap. 48. libri chirurgici nostri legis ἄξιον γὰρ γραφῆς ἐστι et § 7. libri de victu acut. δοκέει δέ μοι ἄξια γραφῆς εἶναι.

Capite 59. libri chirurgici habentur haec: ὅτι οὐδένα οἶδα ὀρθῶς ἰητρεύοντα, ... τοὺς δὲ τἀναντία τοῦ ξυμφέροντος φρονέοντάς τε καὶ ποιέοντας. Libro de v. acut. cap. 26. οἶδα δὲ τοὺς ἰητροὺς τὰ ἐναντιώτατα ἢ ὡς δεῖ ποιέοντας.

Initio capitis 90. ὧν γε ἐγὼ οἶδα est formula Hippocratica ex Ep. I., ubi cap. 16. in fine ἅς καὶ ἐγὼ οἶδα et cap. 20. οὓς καὶ ἐγὼ οἶδα.

Quod capite 97. legimus ἡ δὲ κένωσις κρεμασμὸν μὲν τῇσι πλευρῇσι ποιέει imitationem refert Hippocratici capite 30. de victu acutorum κρέμασθαι γὰρ δοκέει τὰ σπλάγχνα αὐτοῖσι. Sed nota simul quam distent aera lupinis; nam quod apte de visceribus dicit Hipp., idem parum apte de costis s. lateribus noster!

Non audimus in hisce Hippocratem ipsum, sed imitatorem; Cnidiorum et Hippocratis opera eum trivisse constitit. Quodsi etiam plura argumenta requiras, quibus constet scriptorem nostrum recentiorem esse Hippocratis aevo, ecce! proferam indicium ita luculentum, ut ultro illi cedere vel maxime suspicax quisque debeat. In Hippocrateis monumentis venas et arterias non memorari, sed solum φλέβας, res est notissima. Noster utrumque vasorum sanguinem vehentium genus distinguit duobus locis: cap. 93. αἱ δὲ φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν κοινωνίαι et cap. 117. τὰ νεῦρα καὶ τὰς σάρκας καὶ τὰς ἀρτηρίας καὶ τὰς φλέβας.

Sed, licet plura colligi fortasse possint, plura tamen congerere supersedeo et quid de auctore nostro sentiam his verbis declaro:

Compendii chirurgici, de quo agimus, scriptor ipse artem fecit, fuitque pro sua aetate chirurgus omnino peritus, qui non ostentationis causa praetulit magnificos apparatus prae utilibus, sed hanc nonnullorum aevi sui ἀλαζόνειαν non semel acriter reprehendit. Sollerter artem fecisse videtur et anatomes scientia, quae illo tempore haberi potuit, illi fundamentum fuit, cui chirurgiam superstruxit. Dubium non est, quin ipse corpora tum hominum, tum animalium dissecuerit. Utrum chirurgica sua, quae magnam partem ab aliis tradita accepit, potius a Cnidiis, quam a Cois acceperit, nemo facile noverit. Curandi methodum per medicamenta, diaetam, Cnidiis debet. Hippocratis opera legit et imitatus est in forma orationis, sed ad praestantiam orationis antiquae, quae in Hippocratis scriptis elucet, minime accedit; non semel ineptus est dicendus in singularum dictionum et formularum imitatione: ubi describit apparatus chirurgicos et operationes non semel longe ductis periodis et impedita membrorum consecutione obscurior est quam fuisset si aptius dicendi genus usurpare potuisset. Cuius rei exemplum non dubium tibi praebebit caput trigesimum.

Iam, ut opinor, fere novimus qualis auctoris scriptum pervolverimus. Superest ut de locis videamus, ubi alia sua opera citat.

Persequar vero locos singulos deinceps quemadmodum nobis obferuntur opus pervolventibus: ac primus quidem locus, qui advertit, legitur cap. 9. ubi: τὰ μὲν οὖν, inquit,

τιτρωσκόμενα ἐν ἑλκωσίων μέρεϊ εἰρήσεται ὡς χρὴ ἰητρεύειν. Pnto illum respicere ea, quae capite 24. 25. 26. leguntur; saltem locos, ubi de fracturis cum vulnere complicatis egit, et qnos in indice, quem confeci, initio huius capitis prolegomenorum, reperies.

Sed paulo post haec habet: *ἀναγκάζειν μὲν χρὴ ἐς τὴν ἑωυτῶν χώρην ἕκαστον, ὥσπερ καὶ τὰ ἐν τῇ χειρὶ εἴρηται.* Et tamen nihil est in superioribus de manns digitis scriptum. Quae res non fugit Littréum qni vol. III. p. 107. editionis suae de ea monnit et vere statnit locnm indicio esse librum hunc non eodem modo scriptum hodie legi, quo ex anctoris manu profectus sit. Ipsa consecutio rerum omnino mira est h. l.; nam saltus fit ab humero ad pedem. Neque hoc fugit Littréum, qui circa hunc librum maxime ea in re peccavit, quod opinatus est Hippocratis ipsius opus esse. Constat ergo, quod supra iam diximus, ex indice contentorum patere, librum hunc mutilum ad nos pervenisse.

Cap. 57. *πολλῶν δέ*, inqnit, *ἔμπειρον δεῖ εἶναι τὸν ἰητρὸν, ἀτὰρ δὴ καὶ ἀνατρίψιος* et dein *ἀλλὰ διοριεῖται ἡμῖν περὶ ἀνατρίψιος ἐν ἄλλῳ λόγῳ.* Num illud *ἐν ἄλλῳ λόγῳ* ad opus *περὶ ἀνατρίψιος* spectet, an ad locum deperditum huins operis ipsius an alius, non facile certo dixeris, sed in postremam opinionem potius quam in illas inclinare me profiteor propter § 17. libri de officina medici.

Cap. vero 59. *ἀλλὰ ἐν ἄλλῳ λόγῳ*, legimus, *περὶ ἀδένων οὐλομελίης γεγράψεται, ὅ τι τέ εἰσι καὶ οἷα ἐν οἵοισι σημαίνουσί τε καὶ δύνανται.* Quae quin ad librum de glandulis referenda sint, negante licet Galeno in commentario, nullus dubito. Nam primnm qnidem ipsum illud nomen *οὐλομελίη*, — quod ab ipso Hippocrate nemo exspectaverit, — in isto libro legitur; tum vero postea ostendam alias etiam verborum formas minus usitatas utrique operi communes esse, itemque communes esse nostro operi, de quo agimus, cum libro de corde, quem item eundem scriptorem nostrum reliquisse demonstrabo; denique ipse locus, quem nunc adferimus, ad amussim convenit cum iis, quae argumentum faciunt libri de glandulis.

Advertit etiam locus ex capite 78., ubi: *διότι μὲν οὖν*, inquit, *ἐν σπασμοῖσι καὶ τετάνοισι τοῦτο πρῶτον τὸ ἄρθρον σημαίνει ξυντεταμένον καὶ διότι πληγαὶ καίριαι καὶ καροῦσαι αἱ κροταφίτιδες γίγνονται, ἐν ἄλλῳ λόγῳ εἰρήσεται.* Quae quidem ad quem locum e libris Hippocratis nomine hodie inscriptis spectent, non video, adeo ut suspicer ad deperditum aliquod auctoris nostri scriptum esse referenda. Pertinentne forsitan ad opus aliquod anatomioum, cuius fragmenta in libris de corde, de glandnlis, fortasse in aliis fragmentis anatomicis possidemns?

Capite 81. Haec scripsit noster: *ἀλλὰ γὰρ περὶ σφακελισμῶν τῶν ξυμπάντων ὀστέων, ἄλλος μακρὸς λόγος λείπεται.* Respicitne caput 117. nobis? an vero aliud qnoddam opus deperditum? Estne caput 117. fragmentum tantum *μακροῦ* illius *λόγου*, dē quo loquitur? Incertus sum!

Capite 88. legimus: *ὅσα δὲ ὑδατώδεα χωρία ἐστὶ ἢ μύξης πεπληρωμένα καὶ ἐν οἵοισι χωρίοισι ἕκαστα θάνατον φέρει στομούμενα ἢ κατὰ ἀλλοίας βλάβας, περὶ τούτων ἐν ἄλλῳ λόγῳ γεγράψεται.* Fortasse his respicit ipsum illum librum, de quo loqui videtur verbis paulo ante e capite 78. adlatis.

Extremo capite 89.: *ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων*, inquit, *ἐν τοῖσι χρονίοισι κατὰ πνεύμονα*

νοσήμασι εἰρήσεται. Quibus quidem verbis mihi opus aliquod suum deperditum significare videtur. Quin puto ad idem opus deperditum spectare quae extremo capite 98. reperimus scripta: περὶ δὲ σφακελισμοῦ πλευρῆς ἅμα τῇ τῶν ἐμμότων ἰητρείῃ εἰρήσεται.

Quod supra ad locum e cap. 78. suspicari me dixi nostrum de anatomicis opus aliquod suum brevi conscribendum respicere, firmatur verbis capitis 93.: αἱ δὲ φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν κοινωνίαι ἐν ἑτέρῳ λόγῳ δεδηλώσονται. Eodemque spectare mihi videntur verba capitis 105.: πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα κατὰ τὸ σῶμα τοιαύτας ἀδελφίξιας ἔχει καὶ κατὰ νεύρων ξυντάσιας καὶ κατὰ μυῶν σχήματα καὶ πλέονά τε καὶ πλέονος ἄξια γιγνώσκεσθαι ἢ ὥς τις οἴεται καὶ κατὰ τὴν τοῦ ἐντέρου φύσιν καὶ τὴν τῆς ξυμπάσης κοιλίης καὶ κατὰ τὰς τῶν ὑστερέων πλάνας καὶ ξυντάσιας· ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἑτέρωθι λόγος ἔσται ἠδελφισμένος τοῖσι νῦν λεγομένοισι.

Quod autem capite 105. legitur: οἷαι δέ τινές εἰσι αἱ νοῦσοι, ἐν ᾗσι ἐξαρθρέεται τὰ τοιαῦτα, ὕστερον γεγράψεται, id fere puto spectare ad partes huius operis ipsius deperditas; quamquam certo affirmare non audeo.

Quemadmodum autem supra dixi, qualem quasi imaginem auctoris operis nobis repraesentare liceat, ita brevibus qnid de hoc opere sentiam exponam:

Opus hocce chirurgicum, praestans sane veteris artis monumentum, non sine vitiis ad nos pervenit per temporis cursum. Quae in dictionibus singulis, vocabulis singulis, periodis ab aliena manu insertis, corrigendis et tollendis fieri posse videbantur, in adnotatione pertractavimus. Sed certo constare videtur alias partes deesse, alias loco aberravisse; tum si respiciam de plurimis longe magis enucleate agi quam de reliquis, suspicor nos passim excerpta e capitibus nonnullis pro integris relicta habere. De ordine pristino revocando locorum consecutione in mochlico comparatâ cogitavi quidem; sed multum vereor, si quis hac in re aliquid tentaret, ne spe decideret.

Haec igitur de hoc scripto sufficiant.

§ 27.

De mochlico.

Mochlico praemittitur in plerisque editionibus fragmentum anatomici argumenti, quod ab eo seiunxit Lindanus et ad libellum de ossinm natura retulit, qua in re illum sequor. Postea de illo loco videbimus, cum ad libellum illum pervenerimus. Nunc dicam tantum fragmentum illud ab argumento Mochlici esse alienum, neque cum hocce quidquam commune habere, nulloque nexu cum eo teneri.

Praesecta illa parte Mochlicus summatim refert locos e libris de articulis et de fractis excerptos, de quorum ratione paucis absolvemus. Colloco autem, quod Littréus etiam facit, statim post libros de fractis et de articulis, ne in editione longe sint remoti a fonte, unde profluxerunt.

Magnum illud opus chirurgicum, unde mochlicus natus est, non integrum, sicuti ab auctore profectum est, ad nos pervenit. Sed sine dubio plura detrimenta accepit hoc compendium. Quum autem illud opus intactum ad nostra tempora non transmissum sit, non

certo constat, si quae res in mochlico occurrant, quae non memorantur in maiore opere, eas in hoc non olim fuisse descriptas. Ut tamen in summa dicam, puto mochlicum excerptum esse e maiore opere a medico, fortasse in proprium usum; hinc probabilis origo deflexionis exiguae eius generis, ut eam librario adscribere vix liceat.

Quomodo titulus μοχλικόν exstiterit, non liquet. Eum si cum argumento libelli conferas, apparet μοχλεύσεως omnino mentionem in eo fieri, sed perbreviter, adeo ut inscriptio argumento libelli non respondeat. Reliquias enim refert mochlicus compendii partis artis chirurgicae, sed non agit de ossium fractorum restitutione vectium ope.

Ac compendii quidem nostri capitibus 1—5. invenimus excerpta e §§ 85. 88. 78., 56 seqq., 61. libri de articulis.

Capitibus vero 6—18. leguntur iisdem verbis illa, quae in maiore opere occurrunt §§ 65—77. Ex capite illo sexto collato cum § 65., sicuti in editionibus, etiam in novissima, legitur, constat postquam mochlicus exstitit in maiore opere peccatum esse a librariis, quippe in vulgato textu § 65. ad παραλλάξαν adscriptum est glossema ἢ παραρθρῆσαν et Ionica forma ἰθύ cessit communi εὐθύ.

Capitulis 19—24. rursus excerpta leguntur e §§ libri de articulis 99., seqq., — 102., seqq., — 104., — 105. 106., — 107. 108., — 125. 118.

Capita 15—27. referunt ipsis verbis §§ 130—132. alterius libri. Caput vero 28. paulo aliter descripta est § 133. Simili modo res se habet in capitulo 29. collato cum § 134. et 30° cum § 135.

In reliquis mochlici partibus supersunt in capitulis 31—33. excerpta ex §§ 110, — 111. 112., — 116.

Caput 34. excerpta refert e § 117., sed quae hic illic miro se habent modo. Caput 35. similia continet ex §§ 96—98.

Capite 36. excerpta legimus e §§ 90. 89., sed vide quae ad postrema adnotavimus.

Caput 37. continet locos non cohaerentes, in quibus distinguere licet talia, quae ducta sunt e §§ 74. 96. 94. 91. 126. 120. 93.

Capiti 38. non respondent loci ex opere chirurgico illo, sed vides locos ex epidd. libris desumptos, saltem in iis obvios.

Capitibus 39—41. hîc illîc excerpta apparent e §§ 62. 56., — 26. 27. 30. 32. librorum de articulis et de fractis.

Sed in postremis illis mochlici partibus multa offendunt, quae pessime mutilata sunt, et fere ad eundem se habent modum, quo loci in Epid. II. et IV. et VI. Dixeris descripta esse e libro, qui magnam partem prae vetustate legi non amplius potuerit, ita ut librarius ea, quae discernere valebat, statim inter se coniungeret, quasi nihil omisisset; quo facto exstitit farrago, quam tuto abieceris.

Mihi summatim hic libellus illi, qui accuratiorem horum scriptorum medicorum cognitionem sibi comparare velit, sane non negligendus videtur. Sed ille, qui historiam huius temporis concinnare nobis velit et chirurgiam veterem novisse, tuto intra fines librorum de fractis articulisque se continebit, hunc salvere iubebit.

Haec de mochlico.

§ 28.

De libris de glandulis et de corde.

Horum libellorum argumentum titulo aperte significatur: continent alter descriptionem anatomicam, physiologicam et pathologicam glandularum, — alter anatomicam et physiologicam descriptionem cordis.

Liber de glandulis non ab Hippocrate conscriptus dicitur a Gal. in comm. ad librum de articulis (p. 379. ed. Kühn.): nempe ad locum, ubi supra in bis prolegomenis vidimus auctorem libri de articulis promittere se περὶ ἀδένων οὐλομελίης esse expositurum, οὐ μήν, inquit, διασώζεταί γε τοιοῦτον βιβλίον Ἱπποκράτους περὶ ἀδένων οὐλομελίης· ἀλλά τις τῶν νεωτέρων Ἱπποκρατείων ἔγραψε μικρὸν βιβλίδιον ἐπιγράψας Ἱπποκράτους περὶ ἀδένων οὐλομελίης, ὃ καὶ τῇ λέξει καὶ τῇ διανοίᾳ λείπεται πάμπολυ τῶν γνησίων Ἱπποκράτους συγγραμμάτων, οὐ μὴν ἐμνημόνευσέ τις περὶ αὐτοῦ τῶν ἔμπροσθεν ἰατρῶν, ἀλλ' οὐδ' οἱ τοὺς πίνακας ποιήσαντες ἴσασι τὸ βιβλίον.

Quod ad postremum hoc attinet, de quo Galenus loquitur, mirum quid observare licet: scilicet neque Erotianus meminit libelli de glandulis in catalogo suo scriptorum Hippocratis; at idem tamen ex initio capituli 12[1] libri de glandulis exponit λύματα) καθάρματα! Unde liquet Galeno affirmanti libellum illum nemini olim fuisse cognitum fidem haberi non posse.

Discimus simul a Galeno eius inscriptionem non fuisse solum hodiernam περὶ ἀδένων, sed περὶ ἀδένων οὐλομελίης.

Tum quod maximi momenti est Galenus librum de articulis non ab eodem viro conscriptum esse contendit, a quo libellus de glandulis. Qua in re illum sequitur Littréus. Uterque opus illud magnum chirurgicum Hippocrati ipsi, hoc vero opusculum recentiori tribuit. Vidimus autem supra in bis prolegomenis libros de fractis et de articulis Hippocrati acceptos referri non debere. Nunc autem primum ostendere conabor librum de glandulis ipsum illud ab auctore librorum illorum promissum scriptum esse.

Quod ut demonstrem redeo ad auctoris libri de articulis verba e § 59.: ἀλλὰ ἐν ἄλλῳ λόγῳ περὶ ἀδένων οὐλομελίης γεγράψεται, οἷά τέ ἐστι καὶ οἷα ἐν οἵοισι σημαίνουσί τε καὶ δύνανται, quae si conferas cum initio libri de glandulis: περὶ δὲ ἀδένων οὐλομελίης ὧδε ἔχει, mirum esset, si utroque loco illud nomen οὐλομελίη, fortasse melius οὐλομέλεια, usurparetur, nec tamen libellus noster esset ipsum illud opus promissum. — Tum vero argumentum libelli de glandulis accurate definitum est verbis οἷά τέ ἐστι καὶ οἷα ἐν οἵοισι σημαίνουσί τε καὶ δύνανται; de quibus omnibus singulatim in libello, de quo agimus, exponitur.

Sed praeterea, licet in argumenti diversitate, dictionum similitudo inter libellum nostrum et magnum illud opus chirurgicum, non ita frequenter appareat, in aliis tamen nonnullis, perinde atque in usu nominis οὐλομέλεια observatur omnino. Ita § 3. libelli de gland. ἀδένες δέ, inquit, ὅπεισι ἐν τῷ σώματι πλείονες κ. τ. λ. et cap. 59. libri de articulis: ἀδένες ὅπεισι ἢ ἐλάσσους, ἢ μείζους πᾶσι ὑπὸ τῇ μασχάλῃ, πολλαχῇ δὲ καὶ ἄλλῃ τοῦ σώματος. — Tum verbum ἀξυνετέειν § 14. libri de glandulis occurrit, quemadmodum legi cap. 25. libri de fractis et articulis supra in his prolegomenis iam monui. Porro ἐξαρύωσι

§ 3. et ἐξαρύηται § 12. libelli nostri legimus, idem autem verbum occurrit libro de fractis § 5. 48. Cap. 82. libri de artic. ἀλλ' οὐ βούλομαι ἀποπλανᾶν τὸν λόγον, quae formula iisdem verbis recurrit § 7. libri de glandulis. Cap. 83. libri de articulis ὁ ἐπιδεδεμένος κορίσκεται § 6. libri de glandulis de renibus κορίσκονται πολλῆς ὑγρασίης.

His ego indiciis conficio libellum de glandulis omnino esse illud de hac materie promissum opus ab auctore libri de articulis et re ipsa ab illo conscriptum.

De libro de corde primum dicam eum apud Erotianum non memorari: sed Foësius ad experimentum § 2. descriptum adposuit locum Galeni e fine libri VIII. de placitis Hippocratis et Platonis, ubi: ἀλλ' εἰ καὶ ζῷον, inquit, ὅ τι ἂν ἐθελήσῃς, διψῆσαι ποιήσεις, ὡς κεχρωσμένον ὕδωρ ὑπομεῖναι πιεῖν, εἰ δοίης, εἴτε κυανῷ χρώματι χρώσας, εἴτε μίλτῳ, εἶτ' εὐθέως σφάξας ἀνατέμοις, εὑρήσεις κεχρωσμένον τὸν πνεύμονα. δῆλον οὖν ἐστιν, ὅτι φέρεταί τι τοῦ πόματος εἰς αὐτόν. Unde conficiunt Galenum librum de corde novisse et, licet eum non appellaverit, tamen sua inde bausisse Foësius et Littréus, qua de re nemo facile dissentiet.

Sed iuvat iam demonstrare librum de corde ab eodem auctore esse profectum, a quo librum de glandulis conscriptum esse dixi, i. e. ab auctore librorum de fractis et de articulis.

Utar indiciis ex orationis convenientia petitis. Ac statim quidem hic mihi se obferunt verba capitis 8. sub finem: τὴν μὲν γὰρ καρδίην ἴδοις ἂν ῥιπταζομένην οὐλομελῆ. Est hoc aliquid. Illud οὐλομελής, οὐλομέλεια occurrit in libro de articulis, in libello de glandulis, in libello de corde! Sed occurrit insuper in libro περὶ τροφῆς § 22., et in epist. Democriti ad Hipp., sub finem. Verum liber περὶ τροφῆς forma sua toto coelo differt a tribus illis aliis et epistolarum auctor imitatus est plura alia et in usum suum convertit permulta e libris Hippocrati illo tempore adscriptis. Itaque licet libellum de corde propter vocabulum illud scriptori libri de articulis vindicandum censeam, non ideo etiam librum περὶ τροφῆς et epistolam illam, sive epistolas omnes illi etiam tribueris.

At plura sunt: arteriae et venae distinguuntur manifesto cum in libro de articulis, tum in libro de corde; ad quam rem postea redibo; nunc pergo in orationis similitudine.

§ 4. libri de glandulis legis ὥστε ὅκου τελματώδεα, ἐκεῖ καὶ ἀδένες· σημεῖον, — ὅκου ἀδὴν ἐκεῖ καὶ τρίχες; — § vero 2. libri de corde: οὐκ ἂν διήσει (διείῃ?) μεῖζον ποτοῦ οὐδέν· σημήϊον τοῦτο· ἦν γὰρ κ. τ. λ. — Sed praeterea libro de gland. § 4. legis: τό τε περισσὸν καὶ ἐκβρασσόμενον ἐπὶ τὰς ἐσχατιάς; — libro de corde § 4. οὐδὲ τῆς καρδίης νέμεται τὴν ἐσχατιήν. — Porro § 4. libri de gland. legis ῥηΐδια ἐς περιουσίην ὑγροῦ, et occurrit in lib. de corde § 11. καθαρῇ καὶ φωτοειδεῖ περιουσίῃ γεγονυίῃ ἐκ τῆς διακρίσιος τοῦ αἵματος.

Eae notae, quae ex usu nominum οὐλομελῆ, ἐσχατιή et περιουσίη eo nexu, quo in libro utroque occurrit, petuntur, mihi certum reddunt utrumque libellum ab eadem esse manu et deberi auctori magni illius operis chirurgici, quem ante vidimus ad opera aut operum locos, quos de rebus anatomicis conscripsit, lectorem dimittere. Quin non negligendum verbum κληΐσκεται § 8. libri de corde et κληΐζουσι cap. 90. libri de articulis.

Videtur autem auctor noster novisse scripta alia, quae in sylloge Hippocratea supersunt; videturque iis usus esse; qua de re item aliquid adnotare lubet.

Capite 11. seqq. libelli de glandulis sermo est de septem fluxionibus de capite stillantibus, qui loci in memoriam revocant locum e libro de locis in homine, de qno monui in prolegomenis ad vol: II. p. LXXIII. — Ibidem vero p. LXXVII citavi ad ἀλλοίας κακίας in libro de locis in homine, illud δυ' ἔστον κακία e § 12. libelli de glandulis. Vel oratio sola plane diversa docet libros, de quibus nunc agimus, non esse conscriptos ab eodem viro, qui librum de locis in homine composuit. Credo vero illorum auctorem ex hoc libro et doctrinam de septem fluxionibus et nomen κακία duxisse, quod quoad sciam duobus locis citatis tantum in hac sylloge medicorum veterum occurrit. Nempe videbimus alios quoque libros esse, unde sua noster duxisse videtur.

Capitulo 16. libri de glandulis procul dubio occurrunt talia, quae ducta sunt e capite 21. libri de natura pueri. Sed certum est eorum librorum seriem, ad quam referri debet liber de natura pueri, non esse conscriptam ab auctore, de quo iam agimus; nam in libro IV. de morbis legimus demonstrationem potum non ad pulmonem, sed ad ventriculum demitti; noster vero cap. 2. libelli de corde potus exiguam partem etiam ad asperam arteriam devehi docet, de qua re Galenum cum eo consentire loco supra adlato vidimus.

Redeo autem ad id, quod paulo ante attigi, nempe ad vasorum sanguiferorum distinctionem in venas et arterias, quae sine ulla controversia legitur § 93. libri de articulis verbis in his prolegomenis adlatis, ubi de hoc libro egimus. Sed manifesto etiam libro de corde § 11. auctor noster memorat arteriae aortae per abdomen distributionem. Quibus observatis verbulo moneo de iis, quae p. XXXVIII prolegomenorum ad vol. II. dixi de loco de auriculis cordis. Nimirum si modum, quo ista res memoratur in libro de morbo sacro, respicias, inde efficias eo loco librum de corde isti auctori ob mentem obversatum esse. Et tamen in libello de morbo sacro arteriae et venae non memorantur singulatim, sed τῶν φλεβῶν tantum fit mentio. Itaque quum probabile sit librum, in quo utrumque vasorum genus distinguatur, esse recentiorem illo, in quo solum φλεβῶν mentio fiat; rursus quaerere cogor, num verum re ipsa sit, quod ibi dubitanter proposui, auctorem libri de morbo sacro locum e libro de corde respicere? Nempe fieri possit, ut auctor τοῦ περὶ ἱρῆς νούσου ex alio libro illam sententiam de auriculis cordis hauriret, e quo fortasse scriptor noster de corde item eam duxerit. Sed fieri etiam possit, ut scriptor libri de morbo sacro re ipsa respiciat librum de corde, ut inde sententiam de auriculis cordis duceret, nec tamen admitteret vel perspectam haberet duplicis generis vasorum sanguiferorum distinctionem.

Haec hactemus de libellis de glandulis et de corde.

§ 29.

De libro de officina medici.

Galenum audire iuvat in praefatióne ad commentarium in hunc librum dicentem: ἐπέγραψεν αὐτὸ κατ' ἰητρεῖον. ἄμεινον δὲ ἦν περὶ τῶν κατ' ἰητρεῖον ἐπιγεγράφθαι, καθάπερ ἔνιοι τὸ Διοκλέους ἐπιγράφουσι καὶ Φιλοτίμου καὶ Μαντίου. γεγραφότων γὰρ καὶ τούτων τῶν ἀνδρῶν εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἐν ἑκάστῳ βιβλίῳ (ἓν ἑκάστου βιβλίον?) ἐν μὲν

τοῖς πλείστοις ἡ ἐπιγραφὴ χωρὶς τῆς προθέσεώς ἐστι καὶ τοῦ ἄρθρου κατ' ἰητρεῖον ἐπιγεγραμμένων αὐτῶν, ἐν ὀλίγοις δὲ σύν τε τῇ προθέσει καὶ τῷ ἄρθρῳ περὶ τῶν κατ' ἰητρεῖον. ἀλλὰ τὰ μὲν τούτων βιβλία πλείονα θεωρήματα διδάσκει, τὸ δὲ Ἱπποκράτους μετὰ τὸν κατάλογον ἐξ ὧν ἡ χειρουργία συμπληροῦται τὸν περὶ τῆς ἐπιδέσεως λόγον διέρχεται, τοῦτο πρῶτον ἀξιοῦντος ἀσκεῖσθαι τἀνδρός.

Quae in postremis his dicit de argumento libri, vera sunt: κατάλογος ἐξ ὧν ἡ χειρουργία συμπληροῦται continetur capitibus prioribus sex, reliquis διέρχεται τὸν περὶ τῆς ἐπιδέσεως λόγον. Et baec quidem postea eò rediturus nunc sibi reliquo, ut ad alium Galeni locum e comm. ad librum de fractis nos convertamus.

Scilicet p. 323. ed. Kühn., p. 525. ed. Basil., e qua partem loci describo: περὶ δὲ τῶν κατηγμάτων, inquit, ἄξιον ἐπισημήνασθαι τοσοῦτον, ὡς πλειστάκις ὀνομάζων οὕτως αὐτά, σπανιάκις δέ που γράψας ἀγμός, τὴν ἐπιγραφὴν (nempe inscriptionem περὶ ἀγμῶν) ἐποιήσατο κατὰ τὸ σπάνιον. Tum pergit: ὅθεν ἔνιοί φασιν οὐδὲ διῃρῆσθαι πρὸς Ἱπποκράτους αὐτοῦ τὰ συγγράμματα, γραφῆναι δὲ ἓν ὅλον ἄμφω, προσκειμένου τῷ νῦν ἡμῖν προκειμένῳ βιβλίῳ (i. e. τῷ περὶ ἀγμῶν) τοῦ περὶ ἄρθρων ἐπιγεγραμμένου. διαιρεθῆναι δὲ ὕστερον ὑπό τινος εἰς δύο διὰ τὸ μέγεθος, ἡνίκα δ' ἦν ἓν ἄμφω, κοινὸν καὶ τὸ ἐπίγραμμα αὐτοῖς εἶναι τὴν κατ' ἰητρεῖον φωνήν· καὶ τούτου δ' αὐτοῦ πειρῶνται φέρειν μαρτυρίαν κακῶς, ἅτε παλαιὸν ἄνδρα λέγοντες, τοῦ πρώτου τῶν (τῶν dele) Ἱπποκράτους τοῦ Γνωσιδίκου υἱέως ἓν εἶναι σύγγραμμα τὸ κατ' ἰητρεῖον. οὐ γὰρ δὴ τὸ νῦν οὕτως ἐπιγεγραμμένον βιβλίδιον μικρὸν ὅπερ (verum hocce ὅπερ delendum est, nisi desint quaedam) ὁ μέγας Ἱπποκράτης ἔγραψε, ὃς ἔδοξεν ἐν αὐτοῖς (τοῖς adde) Ἕλλησιν ἄριστος ἰατρός τε καὶ συγγραφεύς· ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ τῶν κατ' ἰητρεῖον πραττομένων ἐν τούτοις (τοῖς adde) δύο βιβλίοις ὁ λόγος αὐτῷ γίνεται, διὰ τοῦτ' ἐπιγραφῆναι κατ' ἰητρεῖον αὐτά φασι, διὰ ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ τὴν τῆς διδασκαλίας τάξιν οὐκ ἀκριβῶς ἔχειν.

Quae ex boc loco corrupto licet discimus partim ad libros, quos in unum coniunximus, et de quibus § 26. prolegomenorum diximus, spectant, partim eò ut de bac scriptiuncula melius iudicare liceat. De quibus antequam dicam, observo notatu dignum esse quod de librorum titulis monet Galenus. Nimirum quod loco, initio buius § citato dicit, καθάπερ ἔνιοι τὸ Διοκλέους ἐπιγράφουσι, cum paulo ante dicit ἐπέγραψεν αὐτὸ κατ' ἰητρεῖον, indicio est veteres titulos librorum subinde mutavisse, aliosque quam quos ab auctoribus acceperant iis indidisse. Unde partim intelligimus inscriptionum diversitates, quas v. c. in libris de victu acutorum, de aëre, aquis, locis, animadvertimus; licet baec res partim etiam librariis debeatur, quod abunde ex inscriptionibus in hac sylloge medicorum nobis constitit.

Sed pergimus dicere de Galeno et libris chirurgicis, de quibus locis laudatis agit.

Quod Pergamenus de libri περὶ ἀγμῶν inscriptione dicit, facile intelligimus, quia sine dubio tam ille titulus quam alterius partis titulus περὶ ἄρθρων sunt recentes. Recte viderunt illi veteres unum opus esse duo illa scripta, licet miro modo nonnulli existiment Hippocrate antiquius esse, dum constat omnino esse recentius. Quod veteres nonnulli Galeno teste dicebant illud opus nnum inscriptum fuisse κατ' ἰητρεῖον, coniectura esse videtur, ad quam postea redimus, sed quae, si libros de fractis et articulis solum respiciamus, partim tantum est probabilis. Opus enim, quod illa aetate κατ' ἰητρεῖον inscriberetur, plura continere debuit

quam quae in libris de fractis et de articulis sunt relicta. Sed fieri tamen possit, nt re vera opus aliquod magnum chirurgicum olim fuerit eiusdem auctoris, cuius partes tantum in libris illis supersint. Nempe eiusmodi quid negare non ausim, qunm neque principium, neque finis librorum illorum, quos in unum coniunximus, sit eiusmodi, nt confidenter affirmes principium esse operis integri, aut integri operis conclusionem; quin de fine certo affirmare licet eum non esse operis alicuins conclusionem.

Iam vero redimus ad libellum nostrum: Nexum non dubium animadvertere licet inter hunc librum et eum, qui de fractis et articulis audit. In adnotatione ad libelli κατ' ἰητρεῖον § 18am iam citavi cap. 5. et 6. libri de fractis ad locos, qui inde ducti aut illis saltem similes sunt. Ad libelli nostri verba § 3. obvia: ἑστεῶτα δὲ, ἰδεῖν μὲν ἐπ' ἀμφοτέρων ἐξ ἴσου ἄλις, δρῆν δὲ τῷ ἑτέρῳ ἐπιβεβαότα, μὴ τῷ κατὰ τὴν δρῶσαν χεῖρα operae pretium est conferre locum e cap. 8. libri de fractis: ὁ δὲ ἰητρὸς ὀρθὸς μὲν ἐὼν χειριζέτω, τὸν ἕτερον πόδα ἐπὶ ὑψηλοτέρου τινὸς ἔχων. Illo loco praeceptum habemus universale, altero eius applicationem in repositione brachii fracti. Itaque tum in primis illis capitibus, tum in posterioribus nexus cum libro illo maiore chirurgico apparet. Sed praeterea technicae dictiones et voces similes ubivis apparent. Exempli gratia cito e § 8. formam πίεξις, de qua in prolegomenis supra iam monui, et verbum ἡρμάσθαι, quod saepius in libris de fractis et articulis recurrit. Universa orationis forma ita differt, ut in libello, de quo agimus, orationem epitomes audiamus; in maioris operis partibus plerisque prolixum sermonem medici ample de iis, quae tractat, agentis. Est hoc sane aliquid, quod ad rectum iudicium de eo ferendum facit. Ista compendiosa orationis forma apparet statim initio. Ipsum vero illud principium ab eiusmodi rebus ducitur, quae omnino principium operis περὶ τῶν κατ' ἰητρεῖον esse potuerunt. Ceterum, quum deperditus sit liber, unde excerpta esse probabile est, de modo quo res ibi propositae fuerint, in tanta excerpti brevitate iudicium est dubium. Sequuntur dein talia, quae aliquanto melius intelliguntur.

Sed opusculum non est integrum; supra iam dixi id non continere omnia, quae in opere περὶ τῶν κατ' ἰητρεῖον exspectaveris, etiamsi tantum de apparatu chirurgico fuisset expositum. Ipse vero noster epitomes auctor cap. 5.: ὄργανα μέν, inquit, καὶ ὅτε καὶ οἵως εἰρήσεται, quod indicio est deësse talia, de quibus re vera noster exposuit; nam περὶ ὀργάνων in sequentibus nihil.

In prolegomenis supra audivimus auctorem libri de fractis dicentem: διοριεῖται ἡμῖν περὶ ἀνατρίψιος ἐν ἄλλῳ λόγῳ. In libello nostro § 17. ἀνάτριψις, inquit auctor, δύναται λῦσαι, δῆσαι, σαρκῶσαι, μινυθῆσαι κ. τ. λ. Non est sane in his concursus fortuitus.

Ne longior sim, huc redit mea de hac scriptiuncula sententia: Epitome esse videtur alius operis maioris, quod conscriptum esse debet ab eodem viro, qui maiorem librum de fractis et articulis composuit. Compendium illud primis duobus capitulis maxime interpolatione laborare videtur, quae aliis locis item observatur; in seqq. plura occurrunt, quae intelliguntur et satis bene descripta videntur; extremis suis partibus pessime corruptum est; integrum non esse manifesto ostendimus. Non plane a vero aliena videtur opinio, opus, e quo haec excerpta sint, saltem quod attinet ad prima libelli capita, praemissum fuisse illis, quae in libris de fractis et articulis leguntur. Minime vero absurda est veterum opinio, de qua supra diximus, fuisse opus aliquod antiquum κατ' ἰητρεῖον inscriptum, a recentioris tamen quam Hippocratis

aevi medico compositnm, cuius membra supersint in maiore illo opere chirurgico. Fieri potuit ut aliae eiusdem operis partes olim materiem praeberent, unde nisi omnia, at multa saltem sint ducta, quae hodie in libello κατ' ἰητρεῖον legimus.

§ 30.

De libro de natura ossium.

Hunc libellum a me in partes quinque divisum esse vides L. B., de qua distributione et partium singularum ratione et inter se nexu et discrepantia infra dicam. Primum vero me ad Galenum converto.

Tenendum Galenum hanc scriptiunculam citare nomine τῶν προκειμένων (non προσκειμένων) τῷ μοχλικῷ. Ipsi autem loci inspiciendi sunt. Κοτυλίδα, inquit, — τὴν κοτύλην τοῦ ἰσχίου ἔν τε τοῖς προκειμένοις τῷ μοχλικῷ κἀν τῷ δευτέρῳ περὶ νούσων τῷ μείζονι. κοτυληδόνας δὲ, τὰ στόματα τῶν εἰς τὰς μήτρας καθηκόντων ἀγγείων, ὡς κἀν τοῖς περὶ τῆς Ἱπποκράτους ἀνατομῆς ἀποδέδεικται. Puto illum respicere locum e § 4. ubi κοτυλίδα dedi, licet vulgo κοτυληδόνα legatur, quod sine dubio auctor non scripsit. Legimus quidem § 17. πρὸς δὲ τοῦ γλουτοῦ τῇ κοτυλίδι τοῦ μηροῦ, ubi mss. ferunt κοτυληδόνι et Littr. e Galeni l. l. reposuit κοτυλίδι, sed hunc locum Galenum non respicere credo, quia nomen in accusativo citat, ita ut manifesto ex altero supra citato loco glossa desumpta sit, quod tamen non impedit, quo minus cum Littréo κοτυλίδι, aut si malis κοτύλῃ legere oporteat, nam κοτυληδών aliud quid, sicuti recte docet Galenus.

Hic autem habet etiam glossam: παραστάτας· — τὰς ἐπιδιδυμίδας ἐν τῷ περὶ Φλεβῶν, ὃ προκεῖται τῷ μοχλικῷ. Nomen occurrit § 15.; ipsa interpretatio num vera sit nec ne, non discerno, sed advertit titulus περὶ Φλεβῶν, sub quo haec citantur, tum advertit locus, unde desumta sit glossa. Nam probabile est, omnia quae hoc libello comprehenduntur, Galeni tempore praemissa fuisse mochlico; non illam partem solum, quae terminatur ultimo verbo § 1. voce περαίνεται, et quae in editionibus typis expressis nostrae aetatis mochlico praemitti solet, sequentibus libellum separatum περὶ ὀστέων φύσιος titulo efficientibus. Ab hac ratione deflexit Lindanus, qui omnia a mochlico seiunxit; e § 1. et parte § secundae nobis, quae concluditur verbis ἐν τῇ ὀσφύϊ πέντε, fecit libellum unum περὶ ὀστέων φύσιος, et e seqq. omnibus initio facto a verbis § secundae τὸ δὲ σπέρμα composuit alterum libellum seorsim sub titulo περὶ Φλεβῶν. Quam rationem quare non sequar, patebit ex iis, quae iamiam dicturus sum.

Nempe nunc videndum est de fragmentis, quae distinguimus, ut quorsum referenda sint, quomodo inter se conveniant, discrepent, appareat.

Primum vero partes indicabo, quarum origo certo demonstrari potest: Fragmentum secundum refert Syennesis Cyprii descriptionem venarum apud Aristotelem; de qua re dixi in adn., ita ut de huius fragmenti origine certo testimonio constet.

Fragmentum tertium § 10. idem illud est, quod in medio libro de natnra hominis legitur et de quo in prolegomenis § 15. vidimus. Est Polybi descriptio venarum, quam

Aristoteles item nobis servavit. Neque de hoc loco plura dicam; origo quae sit, certo constat.

Fragmentum quartum § 11. est eadem illa venarum descriptio, quam epid. II. sect. 4. § 1. 2. (p. 495. vol. I.) legimus, cuius auctor incertus quidem, sed de quo tamen mihi innotuisse puto talia, quae ceteros, qui de his rebus egerunt, latuerint.

Nimirum, me iudice, non sine causa pars horum fragmentorum cum mochlico fuit coniuncta; nam fragmentum primum eiusdem, cuius mochlicon et liber de fractis et articulis, originis est; quartum vero fragmentum nostrum ab eadem esse manu opinor, a qua primum illud et libri, quibuscum coniunctum id esse dixi.

Alius contra originis est fragmentum quintum, de quo tamen nihil mihi innotuit, nisi unum hoc, seiungendum esse a reliquis et ortum incertum esse.

Itaque primum iam dicam, quare fragmentum primum cum libris, quos dixi, cohaerere mihi videatur.

In libro de fractis et de articulis hic illic inseruntur inter chirurgica descriptiones partium anatomicae. Ad descriptionem ossium cruris initio § 1. fragmentorum, de quibus agimus, iam in adn. contulimus § 12. libri de fractis. Cum ampla descriptione spinae dorsi, quam legimus cap. 93. libri chirurgici convenit illa, quam § 1. in fragmento nostro primo legimus. In illa spinae dorsi descriptione mentio fit *τοῦ μεγάλου σπονδύλου τοῦ ὑπὲρ τῶν ἐπωμίδων*, eiusdemque fit mentio § 1. fragmentorum nostrorum. Ibidem sermo est de magna vertebra in infima spinae parte, cuius etiam meminit auctor fragmenti primi § 1. Pelvim autem totam esse hanc magnam vertebram certo constat e verbis § 2., *οἱ δὲ κατὰ κενεῶνας (σπονδύλοι) ἐκτὸς ἐν ᾧ τὰ ἰσχία, ἐν τῇ ὀσφύϊ πέντε.*

Novimus scriptorem libri de articulis § 93. arterias et venas distinguere, eum non solum appellare *φλέβας* vasa sanguifera. In fine § 2. fragmenti primi sine dubio arteria aorta abdominalis nomine *ἀρτηρίης* nuncupatur; *τῶν φλεβῶν* aliis locis facta est mentio. Capitulo 8. fragmentorum manifesto arteria aorta abdominalis et vena cava inferior memorantur verbis: *ἔστι δὲ κατὰ μὲν ὀσφὺν ἄνω ἡ ἀρτηρίη, ὑποκάτω δὲ ἡ αἱμόρροος, ἡ ἀπὸ τοῦ ἥπατος διὰ φρενῶν ἐλθοῦσα.*

Itaque puto me non levibus argumentis permotum statuere primum fragmentum coniunctum esse cum libris de fractis et articulis, mochlico, ceteris, quos cum illis e communi fonte demanasse supra ostendimus. Qua de re antequam plura dicam, nunc ostendam fragmentum quartum cum iisdem libris chirurgicis et cum primo fragmento coniunctum esse.

Statim initio § 11. legimus *μέχρι τοῦ μεγάλου σπονδύλου κάτωθεν*, itaque pelvis eo nomine perinde ac locis, de quibus supra vidimus, memoratur. Descriptio venae *ἡπατίτιδος*, quae *μετέωρος δι' ἥπατος καὶ διὰ φρενῶν ἐς καρδίην* pergere dicitur ibidem, plane convenit cum ea, quam supra citavimus, ubi ista *αἱμόρροος* appellatur *ἡ ἀπὸ τοῦ ἥπατος διὰ φρενῶν ἐλθοῦσα.*

Quin quod in media illa § undecima dicit auctor fragmenti quarti: *δισσαὶ δ' ἀπὸ κληΐδων ἡ μὲν ἔνθεν, ἡ δὲ ἔνθεν ὑπὸ στήθος ἐς ἦτρον, ὅπῃ δὲ ἐντεῦθεν οὔπω εἶδον*, — docet eum ipsam naturam rerum suis oculis observare studuisse, non aliorum opiniones descripsisse. Quid autem? § 2. fragmenti primi tradit primum numerum viginti vertebrarum dorsi, dein:

ἃ δ' ἡμεῖς, inquit, αὐτοὶ ἐξ ἀνθρώπου ὀστέων κατεμάθομεν, σπόνδυλοι . . . οἱ . . . . κατὰ τὰς πλευρὰς ὅσαι περ αἱ πλευραὶ, δώδεκα. Ecce! sine dubio idem auditur utroque loco anatomes studiosus et ab ipsa natura discere cupiens et cuius loci in libros spurios epid. aberrarunt duo, — alter de venis in ep. II. l. l. obvius, alter de colo intestino in ep. VI., quemadmodum in adn. significavimus.

Puto igitur coniunctionem inter fragmentum quartum et primum non dubiam apparere, adeoque de quarti nexu cum libris chirurgicis et anatomicis de quibus antea vidimus, abunde constare.

Audivimus in prolegomenis supra auctorem libri de fractis et articulis lectores dimittentem ad libros suos vel locos de rebus anatomicis agentes. Horum sive scriptorum, sive locorum reliquias in hisce superesse puto fragmentis. Ceterum de forma pristina iudicium ex his proferre non est facile, quin neminem posse opinor; sed operae pretium saltem est certo originem communem fragmenti primi et quarti et coniunctionem inter utrumque et nexum cum opere maiore illo chirurgico, iisque quae cum hoc ipso cohaerere vidimus supra, ostendisse et certis notis demonstravisse.

Superest fragmentum quintum: pauca vero sufficient ut ostendam hoc alius esse originis: oratio ipsa statim luculenter docebit. Percurramus igitur locos eius et notemus, quod advertat.

Ad rem, quam nunc agimus, nihil facit, sed advertit § 12. sententia κύκλου γὰρ γεγενημένου ἀρχὴ οὐχ εὑρέθη, quippe statim in memoriam revocat alteram e principio libri de locis in homine κύκλου γὰρ γραφέντος ἀρχὴ οὐχ εὑρέθη.

Dictio, qualis § 13. ἐνερρίζωκε πολλὰ καὶ λεπτὰ φλέβια, in fragmento primo et quarto non occurrit, in hoc fragmento eadem aut affines saepius leguntur.

In extrema § 13. invenimus ἐντεῦθεν δὲ ἀπορρέουσα (ἡ φλὲψ) δι' ὅλου ἀνὰ τὴν χεῖρα πολυπλάνως ἐρρίζωται. Illud ἀπορρέειν de vena insuetum et huic scriptori peculiare.

Aspera arteria a venis originem ducere dicitur principio § 14., quod non exspectas a fragmenti primi auctore. Pulmo paulo post appellatur ab auctore τῶν ἐσιόντων ὑγρῶν νομεύς, quod item a scriptore capituli secundi fragmenti primi alienum, modo relegas locum.

§ 15. διὰ δὲ τῶν σπονδύλων πυκνοῖσι φλεβίοισι ἐς τὸν νωτιαῖον μυελὸν ἐγκισσεύεται dictio est huic scriptori plane propria, quae apud alios non reperitur.

Ibidem νενευρῶσθαι de vena usurpatur: ἔπειτα (ἡ φλὲψ αὕτη) νενεύρωται πρὸς τὸν ἄρχόν.

Memorat ibidem τοὺς παραστάτας, qui quae partes esse debeant mihi non constat, licet Galenus epididymides esse affirmet; est autem nomen ἅπαξ εἰρημένον in his scriptis.

Principio § 16. verbum προσκεκαύληκε item huic scriptori proprium occurrit, ipsum locum inspice!

In eadem § ἰθυπόρηκε et νευροπάχης occurrunt huic scriptori propria.

Sermo est § 17. de vena, quae τὰς πλευρὰς διαπέπλοχε; item de alia, quae τῇ κοτυλίδι τοῦ μηροῦ ἐστετρόπηκε φλέβα; — tum de alia, quae διὰ τοῦ ὀστέου τοῦ κνημιαίου ἄκρου σεσυρίγγωκε φλέβα; — tandem de alia, quae δυσκρίτους φλέβας μεμήρυκε. Sunt haec omnia nostro quinto fragmento propria et auctorem a ceterorum scriptore diversum esse testantur.

Patellam eadem § et sequenti fragmenti quinti auctor appellat τὴν ἐπιγουνίδα, est autem ἡ ἐπιμυλίς scriptori fragmenti primi § 1.

Dictiones quinto fragmento propriae porro notentur e § 18.: ἀποκεκάρπωκε δὲ καὶ εἰς τὰς ἰγνύας πολυπλόκους φλέβας et e § 19. αὐτὴ δὲ ὑποκάτω τοῦ ἥπατος ὑπονησαμένη ἀπέσχισται ἐς φλέβα παχέαν. Ibidem vena dicitur διὰ τοῦ ἥπατος πεπλεκτανωμένη. Legimus δύο δὲ ἐκπεπλώκασι φλέβες μεταξὺ τῶν δύο λοβῶν τῶν πλατέων. Paulo post memoratur vena, quae ἐπὶ τὸ ἦτρον πολλὰς ἀπεπλάνησε φλέβας καὶ τάς τε πλευρὰς καὶ τοὺς σπονδύλους ἐνεκρίκωσε πρὸς τὴν ἄκανθαν καὶ τῇδε παραφυάδας ἐνεφλεβοτόμησε. Paulo inferius ibi de vena legimus: ἐντεῦθεν δὲ κατεδύσατο ἐς τὸ ἐντὸς τοῦ σπληνὸς καὶ ἠραχνίωκε ἐναίμοισι φλεβίοισι.

§ 20. loquitur auctor fragmenti quinti de venis, quae ἐγκεχαλίνωνται περὶ τὰ ὦτα αὐτῆς (i. e. τῆς καρδίης.)

Aut ego fallor, aut fucus iste huic scriptori est proprius, et quamquam scriptor libri de articulis non plane alienus est ab ornatus studio in scribendo, hic noster tamen fragmenti quinti auctor talia habet, quae apud illum frustra quaeris.

Itaque constitit ex his, quae disputavimus, quod sequitur:

Fragmentum I. et IV. sunt reliquiae anatomicae auctoris libri de fractis et articulis, cett.

Fragmentum II. Syennesi Cyprio debetur.

Fragmentum III. Polybi descriptionem venarum refert.

Fragmentum V. incerto auctori debetur et diverso illi a primi et quarti scriptore.

§ 31.

De libris de ulceribus, de haemorrhoïdibus, de fistulis.

Brevem conspectum horum libellorum praemitto, ut dein quid sint, cuiusque originis videamus.

In libro de ulceribus s. vulneribus haec leguntur:

Cap. 1—4. praecepta occurrunt de tractatione ulcerum iisque laborantium; — cap. 5. de anni temporum in sanatione vulnerum commodis et incommodis agitur; — cap. 6—10. de nonnullis curationem vulnerum retardantibus, difficiliorem reddentibus. Capitibus 11—23. formulae medicinales remediorum ad ulcera adhibendorum describuntur. — Cap. 24. de sanguinis adfluxu ad ulcus, quo sanatio impediatur, et de mali curatione exponitur; — cap. 25. de varice in anteriore tibiae parte; — cap. 26. de venae sectione et sanguine post venae sectionem effluere pergente ac therapeia rei; capite tandem 27. sermo est de cucurbitae administratione.

In libello de haemorrhoïdibus capite 1. agitur de aetiologia morbi, sequentibus vero de curatione, cuius plures deinceps methodi traduntur. Ultimo capite 9. de haemorrhoïdibus in muliere curandis sermo est.

In libello de fistulis continentur nonnulla de fistulis ani, aliisque huius regionis vitiis. Capite primo quomodo fistulae ani nascantur docet auctor; deinceps methodi plures sanandi describuntur capitulis sequentibus, usque ad cap. 7., ubi de recti inflammatione agitur; —

§ 8. de urinae stillicidio eiusque therapeia exponitur; — § 9. de ani prolapsu; — § 10. tandem de buius loci dolore sine inflammatione.

Hnc redit barum scriptiuncularum argumentnm. Patet statim esse fragmenta operis s. operum de rebus chirurgicis. Sunt autem nonnulla, quod ex editione ipsa constat, male descripta. Inter hos libellos et libros chirurgicos, de quibus § 26—29. prolegomenorum vidimus, nullns certus nexus apparet. Alius sunt originis et manifesto cohaerent cum libris de morbis I. II. III., de intt. affectionibus, de affectionibus. Quae res cum tribus bisce pariter sint communes, de iis coniunctim in bac § ago. Sed praeterea in fragmento de fistulis § 4. legimus: καὶ ὑποβαλὼν μέσον τῷ λιχανῷ δακτύλῳ τῆς ἀριστερῆς χειρὸς ὦσαι πρόσω καὶ προσθεὶς ἕτερον σπόγγον ἀναδῆσαι τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ καὶ ἐπὶ τῇσι αἱμορροΐσι. Quibus verbis sine dubio respicit ad verba cap. 2. fragmenti περὶ αἱμορροΐδων, ubi: διαζώσας δέ, inquit, ἐν τῇσι λαγόσι καὶ ὑφεὶς ταινίην ἐκ τοῦ ὄπισθεν, ἀναλαβὼν ἐκ τῶν σκελέων τὸν ἐπίδεσμον ἀναδῆσαι ἐς τὸ διάζωσμα παρὰ τὸν ὀμφαλόν. Unde sequitur fragmentum de haemorrhoïdibus praecedere, alterum de fistulis sequi debere.

Quod autem dixi hos libellos cum libris de morbis I. II. III., de intt. affectionibus, de affectionibus cohaerere, constat e placito illis libris et fragmentis his nostris communi de bile et pituita morborum causis. E libris illis, in quibus saepissime boc placitum pellucet, unum nunc hoc exemplum cito: libro I. de morbis § 11. legis: ταῦτα πάντα ἴσχουσι τῶν μὲν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων ἀπὸ χολῆς καὶ φλέγματος. — Quid autem in libellis, de quibus nunc agimus?

§ 7. libelli de fistulis: τοῦτο τὸ νόσημα γίγνεται ὅταν φλέγμα ἐς τὸν ἀρχὸν καταστηρίξῃ ἐκ τοῦ σώματος; ibid. § 8., ἡ κύστις ἐκ τοῦ ἀρχοῦ προσάγεται τῇ θερμότητι φλέγμα· ἀπὸ δὲ τοῦ φλέγματος στραγγουρίη γίγνεται. — § 10. ibidem τοῦτο δὲ τὸ νόσημα γίγνεται, ὅταν χολὴ καὶ φλέγμα ἐς τοὺς τόπους καταστηρίξῃ. Initio libelli de haemorrhoïdibus: τὸ μὲν νόσημα ὧδε γίγνεται, ἢν χολὴ ἢ φλέγμα ἐς τὰς φλέβας τὰς ἐν τῷ ἀρχῷ καταστηρίξῃ. Vides notam hanc certam esse nec dubiam. Accedunt haec: in fragmento de ulceribus cap. 25. legimus ἀλλὰ χρὴ αὐτὸν τὸν κιρσὸν ἀποκεντέειν ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε. Quomodo hoc factum sit, nescio, sed perpetuo in Cnidiorum libris illud ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε obvium est; vide prolegomena ad vol. II. p. LIX. vs. penult. — Et cap. 12. libelli eiusdem de ulceribus legis ὡς ὁ μ α λ ῶ ς ξηραίνηται, de cuius adverbii ὁμαλῶς usu in libris de morbis dixi eadem pag. LIX. prolegg. ad vol. II.

Equidem ex notis, de quibus dixi, puto certo constare fragmenta nos in his libellis habere operis chirurgici, quod e Cnidia schola recentiore sit profectum.

Sed ostendam eius auctorem in manibus babuisse librum de capitis vulneribus. Initium libri de vulneribus non sane idem continet monitum, quod § 17. (p. 383. vol. I.) libri de cap. vulnn. legitur, ἕλκος ἐν τῇ κεφαλῇ οὐ χρὴ τέγγειν οὐδενί, οὐδὲ οἴνῳ, sed expressum dixeris ad huius orationis imitationem, licet contrarinm sit et ei adversetur: ἕλκεα ξύμπαντα οὐ χρὴ τέγγειν, πλὴν οἴνῳ. — Quodsi boc solum esset indicium, nihili facerem, sed sunt plura. In extremo capite primo libri de ulceribus legimus: ἥτις δ' ὑπὸ τοῦ βέλεος ἐφλάσθη καὶ ἐκόπη σάρξ, ταύτην δὲ ἰητρεύειν, ὅκως διάπυος ὡς τάχιστα γένηται· ἧσσόν τε γὰρ φλεγμαίνει καὶ ἀνάγκη τὰς σάρκας τὰς φλασθείσας καὶ κοπείσας σαπείσας καὶ πῦον γε-

νομένας ἐκτακῆναι, ἔπειτα βλαστάνειν νέας σάρκας. Haec paene ipsis verbis referunt quae cap. 23. de cap. vulnn. leguntur: ἀλλὰ χρὴ διάπυον μὲν ποιῆσαι τὸ ἕλκος ὡς τάχιστα· οὕτω γὰρ ἂν ἥκιστα φλεγμαίνοι τὰ περιέχοντα τὸ ἕλκος καὶ τάχιστα καθαρὸν εἴη· ἀνάγκη γὰρ ἔχει τὰς σάρκας τὰς κοπείσας καὶ φλασθείσας ὑπὸ τοῦ βέλεος διαπύους γενομένας ἐκτακῆναι. — Cum iis, quae dein sequuntur l. l. de cap. vulnn., ἐπειδὰν δὲ καθαρθῇ — οὐκ ἂν ὑπερσαρκήσειε τὸ ἕλκος cf. cap. 6. libelli de ulceribus. Cum verbis e fine cap. 18. de cap. vulnn. καὶ τὰ κυκλοτερέα τῶν ἑλκῶν — ἕλκος· conferatur locus e fine § 8. de ulceribus τῶν ἑλκέων τὰ κυκλοτερέα κ. τ. λ. — Nolo omnia describere, sed si citatos locos conferas, non potes non agnoscere imitatorem locorum ex libro de vulneribus capitis.

Mihi igitur sic summatim de bis tribus scriptiunculis statuendum videtur:

Fragmenta sunt libri, — nempe eiusdem operis partes esse, probabilius esse opinor quam duorum operum, — chirurgici a Cnidio recentiore, qui librum de capitis vulneribus imitatus sit, olim compositi. — Communi dogmate de morborum ortu ex bile et pituita conveniunt cum libris de morbis I. II. III., de affectt., cett. — Nexum aliquem inter hos libellos et chirurgica opera, de quibus adhuc vidimus, non animadvertimus. Num cum libello, de quo § sequenti agemus, cobaereant, mox apparebit.

§ 32.

De libello de visu.

Argumentum libelli huc fere redit, quoad assequi potuimus; quod quominus facile fia duo impedimento sunt: primum corruptela scripturae libelli a librariis pessime habiti, tum difficultas, qua terminos technicos antiquos de morbis oculorum premi constat. Sed exponemus argumentum, quantum fieri poterit.

Cap. 1. mihi agi videtur maxime de lentis oculi morbis; num de aliis etiam morbis sermo sit, non satis discerno. Num v. c. spectetur glaucoma nescio, puto potissimum cataractae varias species et formas et stadia respici.

Quis morbus capite 2. spectetur, non assequor; quid sit ὄμμα nostro non plane est perspicuum; ὄψις illi pupilla est, ὄμμα videtur esse videndi facultas. Sed quis morbus respiciatur, non satis constat.

Cap. 3. sermo est de ustione venarum, quae res eo nomine b. l. tractari videtur, quia in morborum oculorum curatione, ea utebantur.

Cap. 4. agitur de palpebrarum derasione et ustione.

Cap. 5. de palpebris iusto crassioribus; sed quo vitio crassae factae sint, non constat.

Cap. 6. palpebrarum psoriasis et pruritus memorantur.

Cap. 7. nyctalopis curatio describitur.

Capite 8. rursus dictu difficile est, quid ὄψις illi sit: puto boc loco ὄψιν non esse pupillam, sed videndi facultatem, quam ὄμμα dicere videtur cap. 2. — Quis morbus sit, de quo agit, nescio.

Capite 9. tandem sermo est de lippitudine annua et epidemia; de tumore cum dolore et sine dolore in eo morbo; deinde fluxionis absentia in illo. Puto saltem de his rebus agi in capite pessime descripto.

Audivimus p. LXVI. prolegomenorum ad vol. II. auctorem libri περὶ παθῶν affirmantem ταῦτα μὲν ὅσα ἀπὸ κεφαλῆς γίγνεται νοσήματα πλὴν ὀφθαλμῶν· ταῦτα δὲ χωρὶς γεγράψεται. Et paulo ante in his prolegomenis repetivimus quaestionem: estne libellus περὶ ὄψιος ille tractatus promissus, an pars eius, an non est? Videbimus quid respondere liceat.

Liber περὶ παθῶν e Cnidia schola profectus est et ex eadem profecta sunt haec fragmenta. Hoc quidem tam certo demonstrari potest, ut dubitare non liceat.

Patet statim e verbis § 7. φάρμακον πινέτω ἐλατήριον. — Quod ibidem dicit τὴν κεφαλὴν καθαιρέσθω et § 9. κάθαρσις κεφαλῆς et cap. 1. κάθαρσίς τε καὶ καῦσις κεφαλῆς conferatur cum loco e cap. 12. libri II. de morbis (p. 191. vol. II.) καὶ τότε τὴν κεφαλὴν καθήρας κατωτερικὸν δοὺς φάρμακον, καῦσον τὴν κεφαλὴν ἐσχαρὰς δύο. — Quae monentur cap. 3. de ustione venarum componi debent cum libri de morbis II. (ibid. p. 192.) verbis τὰς φλέβας καίειν δὲ τὰς μὲν παρὰ τὰ ὦτα, ἔστ' ἂν παύσωνται σφύζουσαι. Et vide simul quantus, sicuti hoc loco, sermo sit de pulsatione venarum cap. 2. libelli nostri, ubi: ὁμοίως, inquit auctor, τέταται ἡ φλὲψ καὶ πεφύσηται καὶ πλήρης φαίνεται καὶ σφύζει. In fine porro cap. 1. libelli περὶ ὄψιος legimus αἷμα δὲ τούτοισι οὐ ξυμφέρει ἀφιέναι et cap. 2. προαφιέναι δὲ τοῦ αἵματος. Similes dictiones in Cnidiorum libris sunt obviae: cap. 28. libri de intt. aff. (p. 356. vol. II.) καὶ ἀφιέναι τοῦ αἵματος. Libro de affectt. cap. 21. (p. 287.) καὶ τὴν φλέβα τὴν σπληνῖτιν ἀφιέναι πυκνά. Denique operae pretium est cum fragmentis, de quibus agimus, conferre cap. 13. libri de locis in homine (p. 408. seq. vol. II.), ubi sermo est de fluxione in oculos.

Ex his omnibus non potest non certo deduci fragmenta περὶ ὄψιος inscripta deberi Cnidiae scholae.

Utrum vero fragmenta haec, — nam plenum de morbis oculorum tractatum non esse sponte patet, — utrum, inquam, auctori libri περὶ παθῶν debeantur, nec ne, non facile certo dixeris. — Nota certa, qua probes non ab eo conscripta esse, plane deëst me iudice. Unum quid possis tantum adferre, nempe: liber περὶ παθῶν in usum τῶν ἰδιωτῶν est conscriptus: suntne ista fragmenta de visu ita comparata, ut eorundem in usum scripta videantur? Dubites affirmare, nec tamen certo negare ausim.

Summa disputationis de hac re eò redibit, ut hoc scriptum περὶ ὄψιος fortasse ab auctore libri περὶ παθῶν literis mandatum existimare liceat, sed certo id demonstrare non possis; neque certo demonstrare possis non esse ab eo conscriptum.

Possis etiam quaerere, num haec περὶ ὄψιος inscripta cohaereant cum libellis, de quibus § antecedenti prolegomenorum vidimus. Sed neque huic quaestioni facile responderis. De una re certo constat, i. e. de eorum origine e schola Cnidia recentiore.

§ 33.

De libello de corporum resectione.

Libellum *περὶ ἀνατομῆς* a nullo veterum citari scribit Littréus (vol. I. p. 415.). Neque ego novi titulum eius adferri a scriptore ullo antiquo, sed non fuit ignotus veteribus. Foësius accurate et docte in adnn. ad hunc libellum docuit, Rufum Ephesium plures locos imitando expressisse: unde efficias libellum a veteribus tritum neo parvi aestimatum fuisse. Hac de re nihil amplius dicam, quia ad ea, quae Foësius hac de re notavit, nihil habeo quod addam.

De Trilleri opinione Democriti scriptum esse putantis infra videbimus.

Grünerus et Ackermannus loquuntur de nexu inter hunc libellum et Epid. II., ille adeo libellum ex Ep. II. desumptum esse dicit. Sed mera commenta sunt; falso affirmant, neque rebus ipsis ostendunt, quod nec fieri possit. Eos sequitur Sprengelius, sed neque hic argumentis falso susceptam ab illis opinionem, quam amplectitur, munivit.

Libellus *περὶ ἀνατομῆς* fragmentum est scripti nescio cuius; caput deesse videtur, fine non concluditur, sed abrumpitur.

Operae pretium est dictiones aliquot in eo obvias notavisse, quod dum facimus sponte redibimus ad Trilleri de hoc fragmento anatomico opinionem.

Occurrunt in eo deinceps *ὁμορύσμοις, ὁμορυσμίη, ὁμοιόρυσμοι, ὁμοιόρυσμος, ὁμοιόρυσμον*. Excitavit Trillerus alios et Suidam, cuius verba describo: Ῥυσμός. *κατὰ Ἀβδηριτικὴν διάλεκτον σημαίνει τὸ σχῆμα καὶ ἑτέραις δὲ λέξεσιν οὐχ Ἑλληνικαῖς οἱ περὶ τὸν Ἀβδηρίτην Δημόκριτον χρῶνται· Φασὶ γὰρ τροπὴν καὶ διαθιγήν· καὶ σημαίνει τούτοις ἡ μὲν τροπὴ τὴν θέσιν, ἡ δὲ διαθιγὴ τὴν τάξιν.* Potes ad hunc locum conferre, quae a Bernhardy citantur; constat e veterum testimoniis verum esse quod Suidas affirmat. Ad finem disputationis huius dicam, quid de Trilleri opinione isto fundamento innixa sit existimandum: sed nunc redeo ad locum, ad quem in adn. dixi me reversurum esse in prolegomenis, i. e. ad verba: *τὸ δὲ ἧπαρ ὁμορυσμίην μὲν ἔχει τοῖς ἄλλοις ἅπασι, αἱμορρωδέστερον δ' ἐστὶ τῶν ἄλλων.* Trillerus pro *ἅπασι* coniecit *ἤπασι*, quod mihi non placet, neque enim credo vitium inesse loco. Ῥυσμός est *σχῆμα*, sed quid hîc *ὁμορυσμίη*? Estne similitudo formae externae, an similitudo habitus interni? Trillerus illam potestatem voci tribuere voluit, quum *ἤπασι* emendaret, sed fac veram esse istam interpretationem, quid significabit *αἱμορρώδεστερον δ' ἐστὶ τῶν ἄλλων*, si *ἤπασι* scribas et nomen illud ad similitudinem formae externae referas? — Credo similitudinem cum aliis partibus omnibus, i. e. cum visceribus spectari, et auctorem id ita exprimere propter imperfectam suam rerum cognitionem. Particulas, unde illa composita sunt, aequalis formae esse putat. — Haec hactenus, pergimus ad alia.

Legis haud procul ab initio *τῶν περιηγέων ἁπτομένων . . . ἀλλήλων.* Vox Empedoclea est (p. 92. vs. 60. ed. Karsten.)

Advertunt porro *ἡ χέλυς* pro *ὁ θώραξ*, tum *ὑπερκορυΦώσιας ἔχειν* de pulmone et iocinore, *τενθρηνιώδης* de pulmone, Homericum *ἐναλίγκιος*, similitudo quam esse dicit lienem inter et *ἴχνος ποδός*. Advertunt *οὐλομέλης*, et *ἀρχὸς λοίσθιος*.

Ex his omnibus liquet nostri fragmenti anctorem vocabula rariora orationem exornandi causa usurpavisse. Qua in re non cedit illi, qui fragmentum postremnm libelli de nat. ossium composuit; si similia, aut eadem vocabula detexissem in utroque fragmento, eidem auctori adscripsissem, quod nunc leviter facere nolim.

Neque vero propter vocem illam Abderiticam fragmentum Democrito adscripserim. Talia, qualia ὑπερκορυφώσιας ἔχων, ἃς δὴ καλέουσι λοβούς et de hepate ὑπερκορυφώσιας ἔχον δύο, ἃς καλέουσι πύλας, non mihi indicia sunt fragmenta a viro praestante esse profecta. Saltem pro πύλας exspectaveris λοβούς. Omnia scioli cuiusdam opus testantur. Me iudice plane incerti scriptoris fragmentum est, qui fortasse Democriti personam induere voluerit.

Vidi num quis forte nexus appareret inter libellum et quae Democritea dicta circumferuntur in epistolis, sed nullum reperire contigit.

§ 34.

De libello de dentitione.

De hoc libello veterum testimonia nulla supersunt; quis scripserit, quando scriptus sit, plane ignoramus. Aphorismi sunt de morbis quibusdam puerorum lactantium, qui simplici orationis forma sunt expressi. — Non constat num plures loci ad hoc scriptum olim relati fuerint, qui hodie sint deperditi, neo ne.

§ 35.

De libro de alimento.

Veterum testimonia de boc libello supersunt: Galenus commentarium in eum scripsit, quem hodie legere licet. In illo ipso (p. 409. ed. Kühn.) Glauciae lectionem loci (ex § 14. nobis) memorat et Sabini explicationem adfert.

Me iudice libellus compositus est ex excerptis e libris aliis, quibus partim admixtae fuerunt reliquiae corruptae commentariorum veterum ad breves illas sententias. Hinc forma libelli non plane diversa ab ea, quam in epidemiis spuriis animadvertimus. Quemadmodum ibi quoque sententiae pondere et acumine se commendantes in farragine illa elucent, ita quoque observantur in hoc libello: exempli gratia excito §§ 14. 38. 54.

Notare porro operae pretium videtur quae sequuntur:

Primum locus est memorabilis a Galeno et Aretaeo saepius nsurpatus e § 30. ῥίζωσις φλεβῶν ἧπαρ, ῥίζωσις ἀρτηριῶν καρδίη, unde constat de distinctione arteriarum et venarum, quae in libro de articulis, aliis, de quibus supra in prolegomenis diximus, sine ullo dubio occurrit.

Tum advertit in § 22. illud κατὰ οὐλομελίην (οὐλομέλειαν?) πάντα, de qua dictione iam dixi in § 28. prolegomenorum et unde constare opinor nexum aliquem esse debere inter haec excerpta et librum de articulis aliosque cum hoc ipso coniunctos.

Sed qnemadmodum tum venarum et arteriarum distinctione, tum nominis οὐλομέλεια usu haec excerpta cum libris illis quodammodo coniuncta esse apparet, ita aliud eiusdem connexionis indicium proferam tertium.

Auctor libelli § 42. dicit: ὀστέων τροφὴ ἐκ κατήξιος κ. τ. λ. Est autem τροφή manifesto illi ξύμφυσις, πώρωσις, κρατυσμός. Sed vide iam numerum dierum, quibus istam τροφήν fieri dicat. Nasus fractus decem dies requirere illi dicitur; idem numerus memoratur in fine capitis 85. libri de articnlis; — maxilla, clavicula, costae viginti dies dicuntur requirere ad sanationem a nostro, iidemque numeri memorantur ab auctore libri de fractis et articulis capite 32. sub finem de maxilla, de clavicula cap. 62. in fine et 63., de costis cap. 97. in fine. Porro noster cubitum intra dies triginta sanari dicit; idem affirmatur cap. 7. libri de fractis; — tibiae et brachio quadraginta dies tribuuntur a nostro; idem numerus iisdem ossibus conceditur cap. 16. et cap. 8. libri de fractis. Femori dantur dies quinquaginta totidemque in fine capitis 19. libri de fractis.

Non est in his concursus fortuitus, sed certus nexus. Quid igitur? Conscripsitne idem auctor hunc libellum et chirurgicum opus illud? Non credo; credo vero eum, qui περὶ τροφῆς libellum composuit, hunc consarcinavisse ex locis cum aliorum librorum, tum operum chirurgicorum illorum.

Ita v. c. § 41. locus est e libris eiusdem argumenti, cuius ii, qui cum libro de septimanis coniuncti sunt, de quibus infra dicetur. Quin pnto adeo eam § 41. ex ipsis illis scriptis esse ductam; sunt autem Pythagorei nescio cuius operum fragmenta.

Illud ὁδὸς ἄνω κάτω μία ex § 44. est fragmentum Heracliteum (fragm. 28. apud Schleierm.), continet autem placitum, de quo § 40. horum prolegomenorum ad libros περὶ διαίτης videbimus. Neque negari potest colorem aliquem Heracliteum in hoc libello nostro saepius apparere. Advertit Heraclitum statuisse γίγνεσθαι πάντα κατ' ἐναντιότητα et contrariorum mentionem in hoc libello esse longe frequentissimam.

Summatim igitur meum de hoc scripto iudicium eò redit, ut putem esse excerpta ex libris aliis et indolis diversissimae. Non dubito quin haec longo post Hippocratem tempore demum scriptis sint mandata. Forma sua satis conveniunt cum interpolatis inter historias morborum in epidemiis spuriis, secundo et sexto maxime et cum similibus in libro περὶ χυμῶν obviis.

§ 36.

De libris de crisibus et de diebus iudicatoriis.

Quid sint hi libelli statim patet textum perlustranti et fontes locorum, quos in adnotatione indicavi, perlustranti. Uterque libellus centonem refert e pannis scriptorum diversissimae originis in hac collectione medicorum consarcinatum.

Quando hi centones nati sint, quis eos conscripserit, ignoramus, neque scire attinet.

Corrupta esse plura in adnotatione diximus, sed licet etiam talia observare, quae manifesto ineptiis consarcinatoris tribuenda mihi videntur, quale v. c. id, quod ad extremam § 8. libelli de diebus iudicatoriis in adnotatione indicavi.

Utrum uterque libellus ab eodem viro sit consarcinatus, an vero a diversis, neque scimus, neque novisse magni momenti est. Summatim nullius sunt pretii; quem in finem conscripti sint, non intelligis. Una de causa non sunt abiiciendi editori, quia nempe testes sunt traditionis textus locorum, quos continent.

Haec de his scriptiunculis!

§ 37.

De libro de medico.

Libro περὶ ἰητροῦ continentur primo monita de ipso artifice medico, quali corporis habitu sit oporteat, qualibus moribus. Tum vero qualis esse debeat officina medici, quae sellae, instrumenta, aliae res, quibus chirurgo opus sit; quis deligandi modus optandus, quando tardius, quando celerius sit urendum, secandum; quando latioribus, quando angustis μαχαιρίοις in sectione utendum; quales cucurbitas in variis ῥεύμασι admovere oporteat. Traduntur praecepta de venae sectione, de tuberculorum et ulcerum curatione; varii modi, quibus ulcera progrediantur, traduntur; de cataplasmatum usu praecepta leguntur. Στρατεύματα ξενικά inprimis chirurgo artem addiscendi et exercitationis copiam praebere dicuntur.

Haec fere hoc scripto continentur; adeoque constat non sine causa antiquum illum adnotatorem ad libelli principium adscripsisse: τὸ μὲν σύγγραμμά ἐστιν ἰητροῦ παράγγελμα πῶς χρὴ κατασκευάζειν ἰητρεῖον.

Libelli auctor dimittit lectorem ad locos ex aliis operibus suis: in fine capituli 10. τὰ δὲ ἐκπέψαι δυνάμενα ὁμαλῶς, inquit, ἐν ἑτέροις εἴρηται, quibus verbis dimittere videtur lectorem ad Φαρμακῖτιδα aliquam. In fine vero capituli 11[1] legis: δι' ὧν δὲ τὸ ξυμφυόμενον διαλυθήσεται καὶ τὸ [fortasse μὴ interponendum] πληρεύμενον, ἢ κοῖλον γενόμενον, ἢ τὴν εἰς πλάτος πορείαν ποιούμενον προσηκόντως . . . περὶ τούτων ἐν ἄλλοις εἴρηται. Fortasse hic ad idem scriptum suum dimittit, ad quod in fine libelli, ubi: ὃ δὲ εἶναι δοκεῖ περὶ ταῦτα τεχνικώτερον εἴρηται et paulo post: περὶ δὲ τούτων ἁπάντων ἐν ἑτέροις γεγραμμένον ἐστί. Puto eum ad opus chirurgicum aliquod suum respicere. Quare credo hunc libellum a medico practico esse profectum. Quod ideo moneo, ut appareat causa, cur hunc libellum a duobus sequentibus seiungendum esse existimem. Nimirum duos illos a sophista conscriptos esse certo constare dixerim; hunc a medico. Oratio in hoc libello, licet eam minime ad praestantiam veterum accedere probe sciam, sine dubio simplicior quam in illis, in quibus studium ridiculum fuci et ornatus, de quibus suo loco videbimus.

Mihi, quum finem libelli, postremos versus nempe capitis ultimi, perlegerem, accidit ut cogitatio subiret, num forte deperditum opus, olim inter libros Hippocratis relatum, περὶ τραυμάτων καὶ βελῶν dictum, citetur vel saltem respiciatur a nostro. Hanc opinionem leviter susceptam primum non notare decreveram, quia de libro illo deperdito nihil novimus. Sed nunc rem silentio supprimere nolo, quum videam Littréum in eandem fere opinionem incidisse, de qua monuit p. 414. vol. I. suae editionis.

Libellum hunc in usum discipulorum esse compositum indicare mihi videntur sequentia:

principio cap. 2. *τὰ δέ*, inquit, *ἐς τὴν ἰητρικὴν τέχνην παραγγέλματα, δι' ὧν ἔστι εἶναι τεχνικὸν, ἀπ' ἀρχῆς ξυνοπτέον, ἀφ' ὧν καὶ μανθάνειν ἂν ὤνθρωπος ἄρξαιτο. τὰ τοίνυν ἐν ἰητρείῳ θεραπευόμενα σχεδὸν μανθανόντων ἐστί.* Confer cap. 9. *τὰ μὲν οὖν κατ' ἰητρεῖον ἀναγκαῖα ὄργανα καὶ περὶ ἃ δεῖ τεχνικὸν εἶναι τὸν μανθάνοντα ταῦτ' ἐστί· κ. τ. λ.* Et capitis 13[i] verba: *περὶ δὲ καιρῶν, ὁκότε τούτοισι ἑκάστοισι χρηστέον ἐστὶ, καὶ τὰς δυνάμιας ὡς χρὴ τῶν γεγραμμένων καταμανθάνειν, παραλέλειπται, ἐπεὶ πλεῖον προῆκται τῆς κατ' ἰητρεῖον ἐπιμελείας καὶ τοῦ πόρρω τῆς τέχνης ἤδη προεληλυθότος ἐστί.* — Vides certo constare opusculum esse destinatum artem addiscere volentibus.

Summatim est opusculum medici practici in usum tironum conscriptum, quod cum aliis in hac sylloge medicorum operibus coniunctum esse non credo. Non mihi constitit tribuendum esse alicui scriptorum, de quorum operibus adhuc vidimus, aut deinceps videndum erit. Quo tempore sit conscriptum non liquet. Veterum de eo testimonia sunt nulla.

§ 38.

De libris de decenti habitu et praeceptiones.

Argumentum libelli *περὶ εὐσχημοσύνης* huc fere redit:

„Sapientia, quae in vita instituenda cernitur, ad multas res utilis est. Prodest etiam ad artem faciendam et vero boni malique artifices pro hac culta neglectaque exsistunt. — Bonorum medicorum notae traduntur. — Maxime valet hac in re natura, quae doctrina et exercitatione ad artem est informanda. Medicus philosophus ad Deorum praestantiam accedit. Momenta, quae ad sapientiam valeant, in medicina insunt permulta: etiam Deorum cognitio cum ea maxime coniuncta est. Medicus *εὐτραπελίην* quandam habeat oportet, habeat porro parata omnia, quibus ad artem faciendam opus est, et *παρέξοδον* simpliciorem, qua in peregrinatione utatur. Memoria teneat medicamenta composita et simplicia, quod quidem in arte medica principium est et finis. Parata habeat *μαλάγματα*, purgantia remedia. Dein praecepta traduntur de iis, quae facienda sint, quum ad aegrum sit accessurus. Aegris nihil praemonstrare oportet medicum *τῶν ἐσομένων ἢ ἐνεστώτων αὐτοῖσι.* Discipulus aliquis, qui ut obediat aeger praeceptis curet, semper adstet; curam cuiuscumque rei ne committas artis imperitis. Itaque quum in sapientia et medicina talia insint, quae ad gloriam et decus comparandum ducant, haec sibi paret medicus est necesse, ut eiusmodi praemii compos fiat."

Haec in libro de decenti habitu reperiuntur; subiungo argumentum libri *παραγγελίαι* inscripti.

„Non persuasioni per ratiocinium in arte medica facienda fides est habenda, sed exercitationi cum ratione coniunctae. Summatim ad ea, quae fiunt, mentem advertere oportet, ut medicina recte fiat. Utilis etiam varietas eorum, quae administrantur, etiamsi unum quoddam adhibitum iuvaturum sit. Tum vero etiam videndum quo modo cum mercede paciscenda sit agendum. Sanis praeesse decet, ne in morbum incidant, aegrotantibus, ut sanitatem recuperent. Neque indecorum est medicum alios secum adducere, ut de morbo cum illis consilium ineat. Medicum medico invidere non decet; est hoc potius eorum, qui circumforanei dicuntur.

Aegrotantes despondentes ob dolores vitam cum morte commutant; sed qui aegri curam habet, si artis inventa ostendat, fructum inde percipit, aut nulla fides ei habetur. Hominis habitus bonus est arte comparata aequabilitas spiritum inter et calorem et humorum concoctionem auxiliorum omnium et diaetetices ope. Vitanda ostentatio in sudariorum usu et odoramentorum, instrumentorum ostentatio et demonstratio. Neque adfert gloriam, si audientiam magnae turbae tibi parare studeas. Qui ὀψιμαθής est, propter id ipsum minus est commendabilis; requirit auctor exercitationem postposita doctrinae investigatione. Vitandum ne coeco te committas; nam male tibi eveniet."

Hisce tandem subiunctae leguntur sententiae nonnullae breves, aphorismorum speciem referentes.

Summam argumenti utriusque libelli, ut potuimus, retulimus; videre pergimus de oratione inprimis, ut constet duas has scriptiunculas non esse ab eadem manu, a qua libellus de medico.

In eiusmodi quaestionibus non ea tantum respicere oportet, quae pro opinione quam suscepimus, militant, sed talia etiam, quae illi adversari videantur. Itaque ab hac re initium faciam. Scilicet advertit principio libri περὶ ἰητροῦ legi ἰητροῦ μέν ἐστι προστασίη, idemque nomen recurrere in fine § 10. libelli, qui παραγγελίαι inscribitur, ubi εὐχαριστίην δὲ οὐ περιαιρέω· ἀξίη γὰρ ἰητρικῆς προστασίης. — Si alia conspirarent, inde deduxeris fortasse libellum de medico eiusdem esse auctoris, cuius uterque liber, de quo nunc sermo est. Verum secus se rem habere opinor; itaque sequentia teneas velim L. B.!

Relege mihi capitula 3. 5. 12. libelli περὶ εὐσχημοσύνης et vide num in libro περὶ ἰητροῦ eiusmodi declamatorium orationis genus reperias. Attendas mentem ad locos e capitulo 5, quales: δεῖ .... μετάγειν τὴν σοφίην ἐς τὴν ἰητρικὴν καὶ τὴν ἰητρικὴν ἐς τὴν σοφίην, quod plane ridiculum, et ad dictum ibidem obvium ἰητρὸς φιλόσοφος ἰσόθεος! — Vide § 9. in fine αὕτη γὰρ ἀρχὴ ἐν ἰητρικῇ καὶ μέσα καὶ τέλος.

Compara cum his e libello παραγγελίαι dicto § 5. illud διὰ τοῦτο ἀντιτάξει εἰκότως μεταβολῆς ἐπὶ σάλου πορευομένοισι; — ex § 6. ἢν γὰρ παρῇ φιλανθρωπίη, πάρεστι καὶ φιλοτεχνίη. — ex § 7. οἱ ... ἐόντες ἐν βυθῷ ἀτεχνίης et dein οἱ δὲ νοσέοντες ... νήχονται ἐπὶ ἑκατέρῃ μοχθηρίῃ. Compara mihi eiusdem § 7. verba ὑπὸ γάρ τινων εὐπόρων καὶ στενῶν ἔνδοσιν ἀναλαμβανόντων .... εὐδοκιμοῦσι cum dictione e § 8. ἰητρὸς ... στενοχωρέων!

Ecce! talia non legis in libello περὶ ἰητροῦ!

Quid quod horum libellorum auctor talia profundit, e quibus non propter corruptelam scripturae, sed propter affectatam dicendi gravitatem sensum idoneum elicere non datur. Relege § 12. τῶν παραγγελιῶν et vide quae adscripsi. Cum qua re cohaeret quod in eodem libello occurrit ἠδελφισμένος ἰητρός, quod esse fere debet καλοκἀγαθὸς ἰατρός! Tam ineptum saltem non se praebet auctor libelli περὶ ἰητροῦ, licet ne hanc scriptiunculam quidem magni faciam!

Sed utrumque libellum, — quamquam dictionis similitudo ex ante dictis ultro iam patuit, — eundem habere auctorem haec quoque ostendunt: Capitulo 4. libelli περὶ εὐσχημοσύνης legimus παραπλησίην οἶμον πεπορευμένοι et sub finem eius τοῖσι δὲ τὴν παραπλησίην οἶμον ἐμπίπτουσι et § 18. οἵ τε δι' αὐτῶν ὁδεύσαντες. Cum quibus dictionibus

cohaeret εὐοδέα in fine § 4., quod quid esse debeat propter loci corruptionem non certo scio, sed in quo aliquid ab εὔοδος ductum latet. Tum vero cum his compara dictionem e § 1. τῶν παραγγελιῶν, ubi: οὗτοι, inquit, δὲ ἀνοδίην χειρίζουσι. Me iudice ex omnibus quae adhuc disputavi, certo constat utramque scriptiunculam esse ab eadem manu, non vero ab illa, cui libellum de medico debemus!

Sed hic scriptor novit libros, qui νόμος, περὶ τέχνης et περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς audiunt: initio enim § 4. libri περὶ εὐσχημοσύνης legimus: ἡγεμονικώτατον μὲν οὖν τούτων ἁπάντων τῶν προειρημένων ἡ φύσις. In νόμῳ § 2. legis πρῶτον μὲν οὖν πάντων δεῖ φύσιος. — Tum § 9. praeceptionum initio: μετὰ τούτων δὲ πάντων μέγα ἂν τεκμήριον φανείη τῇ οὐσίῃ τῆς τέχνης, quod ductum est e § 10. libri de arte καὶ ἔστι οὐδὲν ἧσσον τὰ ἁμαρτηθέντα τῶν ὠφελησάντων μαρτύρια τῇ τέχνῃ ἐς τὸ εἶναι. — Non sunt hi libelli duo conscripti ab eodem sophista, qui tres illos libros, e quibus unum restituimus, composuit, sed horum auctor antiquior est, illorum recentior, qui eum imitatur.

In iureiurando legimus παραγγελίης τε καὶ ἀκροήσιος καὶ τῆς λοιπῆς ἁπάσης μαθήσιος μετάδοσιν ποιήσεσθαι. E quibus verbis inscriptio παραγγελίαι alterius libelli ducta est, quemadmodum νόμου titulus e verbis paulo inferius ibidem scriptis μαθηταῖσι ξυγγεγραμμένοισι τε καὶ ὡρκισμένοισι νόμῳ ἰητρικῷ. Qua de re iam antea in prolegomenis monui. — Quaestio mihi subnata est, num recentior ille, qui ἀπολογίαν illam ἰητρικῆς, de qua § 13. prolegomenorum ad vol. II. diximus, in tres partes dissecuit, idem sit, qui hos libellos composuit? Suspicionem mihi movent istae inscriptiones νόμος et παραγγελίαι; sed certo id demonstrare nemo sane poterit!

Haec de his scriptis dicta sunto!

§ 39.

De prorrhetico secundo.

Argumentum huius libri huc fere redit: „Referuntur, inquit auctor, praedictiones medicorum multae, pulchrae et admirabiles, quales ego neque unquam praedixi, neque alios audivi praedicentes, v. c. hominem in summo periculo versari visum esse tum medico, tum adstantibus, alterum vero medicum accedentem praenunciavisse hominem non obiturum, sed coecum e morbo evasurum; de alio ibidem pessime se habente, eum mancum fore; de alio fore ut pedum digiti nigri facti deciderent; similia plura. Aliud vero genus praedictionis est, quod iis, qui mancipia sibi emunt et negotiantur, mortem, insaniam, alios morbos praenunciat. Aliud porro genus, in athletis et sanitatis recuperandae gratia corpus exercentibus novisse si quid in victu neglexerint et mutaverint, aut nimium biberint, aut deambulatione abstinuerint, aut venere usi sint. — Ego vero talia divinare nolo, sed signa literis mando, quibus eos, qui perituri sint et qui salvi evasuri, dignoscas et qui brevi aut longo tempore sanitatem recuperent, vel intereant. Dixi etiam de abscessibus, quomodo singuli sint spectandi; arbitror vero illos, qui claudicationem, alia eiusmodi praedixerint, id non fecisse antequam morbum in eiusmodi abscessum tendere certo noverint, adeo ut mirabile quid in

hac re minime insit. Quis enim hydrope vel tabe laborantes non novit? Tum vero si quibus mentis perturbatio familiaris, eam facile adfore praevideris post largam vini potionem, vel carnium esum, vel vigilias, vel immodicum frigus et calorem. Verum qui praedicere eiusmodi rerum eventus volet, cognitionem horum omnium sibi paret oportet; praeterea prudentia opus est in huiusmodi praedictione: nam si verum praedixeris, profecto te admirabuntur; sin contra accidat, odio eris et insanire videberis; plerique enim inique illa, quae in arte fiunt et dicuntur, diiudicant."

„Quod vero attinet ad eos, qui se exercent et accuratissimam circa hos praedictionem, credo equidem primo illos signis quibusdam eiusmodi praedicta cognoscere, tum dubitanter illos praedicere, tandem adstantes magis mirabili quam quo contigerint modo illas enarrare; nimirum ne in aegris quidem facile peccata cognoscuntur decumbentibus licet et parco victu utentibus. Attamen facilius in homine decumbente et parcum cibum sumente, si quid deliquerit, animadvertes quam in circumeunte et permulta comedere solito; quid quod manu ventrem tangens et venas multo minus facile decipieris quam si non tangas. In febricitantibus etiam odor multum diversus, tum etiam signa ex voce et respiratione, quae in sanis non observantur. Insuper patet vitia ex eiusmodi peccato orta unum tantum diem durare. — Ego igitur hoc modo praesentio, sed ἀκριβείας istas et audio et rideo; neque enim, si parva sint peccata, quo modo illa cognoscamus video, sed maiora qua ratione consideranda sint, expono. — Primo quidem hominem, cuius in victus ratione ἁμαρτάδας cognoscere velis, quotidie in eodem loco et eadem hora observare oportet; maxime a solis ortu, quippe quo tempore corporis habitu et colore maxime aequabiliter se habebit et mente et oculis acutissimus erit; nondum enim laborem perpessus fuerit, nec cibum aut potum sumpserit. Attendendum ad hominis mentem et corporis vires. Itaque qui in inedia continetur, si plura ederit, aut biberit moles corporis ei increverit, alacrior erit ad subeundum laborem; videndum num eructet et inflatus sit. Sin contra plura comedere coactus quis et multum fatigari, cibum non comedat, aut inebriatus fuerit, aut post largam coenam non ambulaverit, ita considerandum. Ubi coenam non sumpserit, et solito modo circumierit, hilarior et alacrior erit et stercus parcius emittet magisque consistens; sin coena sumpta non ambulaverit, eructabit et flatu plenus erit et magis sudabit, difficulter spirabit, gravatus erit et stercus copiosius illi prodibit et minus glutinosum; sin neque cibum praescriptum comederit, neque ambulaverit, segnior erit et turgidus; sin inebriatus fuerit, magis sudabit et difficilius spirabit et gravatus erit; quodsi caput ei non doleat, hilarior erit. Cum muliere semel congressus acrior erit, saepius vero congressus siccior, pallidior et defatigatus."

Pergit iam auctor describere excreta per alvum, qualia sint oporteat in τοῖσι ταλαιπωρέουσι, prouti parce cibum et potum sumunt, vel multum fatigantur et multum cibum capiunt. Postea de urinis agit, quibus traditis: „haec de istis, inquit, in medium profero, quorum vero ad unguem exactae praedictiones feruntur, eorum quibusdam interfui ipse, de aliis cum eorum filiis et discipulis disserui, partim etiam eorum scripta accepi: itaque probe sciens quid eorum unusquisque dicat et ἀκριβείας istas nusquam reperiens haec scribere sum aggressus."

Agit dein de hydrope, tabe, podagra et morbo sacro correptis et in iis, qui congenitos habent, morbos illos haud facile curari docet. Traduntur ea, quae in homine requiruntur,

ut hydrops sanari possit, isque maxime periculosus et pertinax dicitur, qui post sanguinis fluxum exstiterit.

Traduntur porro signa in iis observanda, quos salvos e tabe evasuros sperare liceat: pectoris optima forma; auctumno maxime phthisi perire dicuntur. In primis hoc morbo intereimuntur virgines et mulieres, quibus post menstrui fluxus defectum ortus sit. — De podagricis dicitur dein: senes callum ad articulos excrescentem habentes difficulter sanantur; — dysenteriae aliquando his prosunt; — iuniores, quibus articuli nondum callo obducti, sanari possunt, modo a perito artifice curentur. — De sacro morbo tactis dein sermo est: — difficulter hi sanantur, qui a pueris inde ad virilem aetatem eo laborare consueverint, vel quibus virili aetate incipiat morbus; difficillime curatur in iis, quibus a capite incipiat. Senili aetate morbo hoc capti fere moriuntur; sin contra eveniat, sponte sua, non medici auxilio absolvuntur. — Exponitur dein de morbi sequelis nonnullis in pueris.

Traditur iam ulcerum prognosis. — Ad aetatem quod attinet tubercula purulenta et strumae pueris familiares, in quibus facile sanantur; in viris potius favi et cancri occulti, herpetes; — in senibus tubercula nulla, sed cancri; alae et laterum cavitates hisce loca sunt minime opportuna.

Ex iis, quae articulis accidere solent, quod digitis magnis pedum accidit periculosissimum est. In diuturno linguae ulcere mentem ad dentes attendentem videre oportet, num quis ab ulceris parte sit praeacutus.

Vulnera maxime letalia sunt ea, quae ad venas crassas in collo fiunt et inguina, et vulnera cerebri, iecoris, intestini, vesicae; est tamen magna in his varietas pro loco, hominis corpore. Maximum periculum portendit febris, delirium.

Ex ulceribus depascentibus periculosissima sunt illa, quorum putredo alte penetrat et nigerrima et siccissima, tum etiam illa, quae nigrum ichorem fundunt. Herpetes minimum periculum inferunt, iuxta occultos cancros vero curatu sunt difficiles. Bonum in his omnibus signum est febris unum diem corripiens et pus album et crassum; in profunda et nigra putredine iuvat etiam nervi ossisve σφακελισμός.

Sermo est dein de vulneribus capitis, — de vulneribus in articulis, — de medulla spinae vulnerata, — de faucibus sanguine plenis. Tum de oculorum morbis nonnullis, — de dysenteriis perniciosis, criticis et mulieribus praegnantibus hoc morbo correptis, — de lienteriis, — diarrhoeis sine febre, — ani procidentia.

Porro exponitur de mulieribus facile vel difficulter concipientibus, de menstruo fluxu et uteri eiusque orificii conditione hac in re animadvertendis. De chlorosi, — de pinguibus, crassis, in quibus fluxus menstruus nullus. Uterus culpandus est, si quae menstruis probe fluentibus et corpore sano non concipiant. De uteri ulcere varioque eius effectu prout in dextra sinistrave sit uteri parte. De menstruorum defectu futurae haemoptysios signo. De iis, quae menstruo fluxu subsistente gravidae videantur, nec tamen re ipsa sint. De diuturno fluxu uterino. De biliosum vomitum patientibus ieiunis, vermes rotundos evomituris.

De doloribus sine febre: — de capitis doloribus eorumque periculo et exitu vario. De torporis et pruriginis sensu in capite et vertigine.

De pravo colore et pallido eoque cum faciei tumore coniuncto. De iis, qui noctu vident,

νυκτάλωπες vocantur. De capitis vertice et temporibus dolentibus futurae haemorrhagiae ex naribus signo; in his fere tumet lien. De signis cum lienis tumore coniungi solitis. De faciei perversione, quae sponte evanescat, nisi ab apoplexia proveniat, et de ea, quae ab hac ipsa oriatur. De dolore in humeris cum manunm dolore et torpore. De ischiade. De articulorum tumore et dolore non podagricis in iis, qui in iuventute sanguinem fuderunt ex naribus. De lichene, lepra, vitiligine alba.

Haec fere sunt, de quibus agitur in hoc libro; pergimus alia notare de illo.

Erotianus in praef. ad glossarium suum: *Προρρητικόν*, inquit, *α' καὶ β', ὡς οὐκ ἔστιν Ἱπποκράτους ἐν ἄλλοις δείξομεν.* Excidit ante *ὡς* pronomen relativum *ὅ* vel *ἅ*, — probabilius mihi videtur illud quam hoc scriptnm fuisse, sed utrumlibet scriptum fuerit, nostrum prorrheticum secundum Erotianus Hippocrati abiudicat.

Galenus saepius prorrhetici huius meminit in glossario, in vocibus *ἀγλίη*, *ἀμβλωσμός*, *βδέλλω*. Et hoc quidem loco: *ἐν τῷ μείζονι*, inquit, *προρρητικῷ καὶ δευτέρῳ πρός τινων ἐπιγραφομένῳ.* Unde constat de duplici inscriptione: *Προρρητικὸν τὸ μεῖζον*, aut solum *Προρρητικόν*, si ipse Galenus *τὸ μεῖζον* appellaverit, ut a prorrhetico primo distingueret, et *Προρρητικὸν τὸ δεύτερον.*

Ceterum nullum novi Galeni locum, ubi hic de solo prorrhetico maiore iudicium ferat, nam quos adfert Ackermannus in hist. litt. Hippocratis (p. LVI. ed. Kühn.) omnes ad prorrh. I. spectant. Itaque praeter Erotiani illud veterum iudicia de hoc libro nulla supersunt.

Recentiores plerique Hippocrati tribui non posse censuerunt. Foësius fere magno Coo tribuere velle videtur, aperte autem id faciunt Hallerus et Grünerus, quos maxime movit Celsi ex hoc libro nonnulla desumentis et Coelii Aureliani auctoritas et ratiociniorum paucitas et rerum traditarum pondus et praesagiorum veritas. In quibus laudibus partim sane me habent consentientem, sed tamen neque hae, neque Celsus et Aurelianus, ad quos provocant, ms movent ut Hippocratem librum conscripsisse credam.

Littréus Hippocratis esse negavit maxime propter locum e cap. 3., ubi peccata aegrotantis facilius quam sani hominis cognosci dicuntur et dein pergit auctor: *ἔπειτα τῇσι χερσὶ ψαύσαντα τῆς γαστρὸς τε καὶ τῶν φλεβῶν ἧσσόν ἐστι ἐξαπατᾶσθαι, ἢ μὴ ψαύσαντα.* Nemps illud *ψαῦσαι τῶν φλεβῶν* de pulsu tangendo interpretatur, cuius rei apud Hippocratem ipsum nusquam fiat mentio, sed quae explorandi methodus postea demum usu venerit. Vere hoc observat. Sed multa alia ostendunt librum Hippocratis esse non posse: ita cap. 2. hydropicos appellat *ὑφύδρους*, quod Hippocratem facere non vidi, ibidem *ὑπὸ τὴν θερείην* habet, quod Hipp. dicere non consuevit; cap. 3. *καταβασανίζειν . . . τοῖσι δοκιμίοισι* occurrit et simplex *βασανίζειν* legitur in libro de aëre, aquis, locis, sed nomen *δοκίμιον* non magis quam *ἡ θερείη* apud Hipp. reperies. Cap. 3. *τοὺς ἀλγέοντας* appellat aegrotantes, quod Hipp. facere non solet. Cap. 3. legimus *μάλιστά τ' ἦμος ἠέλιος νεωστὶ καταλάμπει*, verum epicum illud *ἦμος ἠέλιος* ab Hippocratis oratione est alienissimum. Paulo post ibidem legimus *τὸν δικαίως διαιτώμενον*; novimus autem frequentem nominis *δικαίου* usum apud scriptorem libri de articulis, Hippocrates ipse ita non usurpavit. Sed neque novi apud Hippocratem vestigia rei, de qua recentiores illi saepius loquuntur; nempe praeceptum habent plures alii et noster quoque, medicum intactos relinquere debere aegros, quos sanare nulla spes sit: eo

autem spectat quod sub finem cap. 12. habet; ubi: *τοῖσι μέν*, inquit *ἐξίστασθαι χρὴ, ὁκοῖα ἂν ᾖ, πλὴν τῶν ἐφημέρων λιποθυμιῶν· τοῖσι δ' ἄλλοισι πᾶσι ἐπιχειρέειν νεοτρώτοισι ἐοῦσι.*

Itaque puto certo constare Hippocratem non esse auctorem prorrhetici secundi, sed quis igitur alius? Inspiciamus locos, ubi ad alia a se conscripta respicit. Auctor noster capite primo: *σημεῖα δὲ γράφω*, inquit, *οἷσι χρὴ τεκμαίρεσθαι τούς τε ὑγιέας ἐσομένους τῶν ἀνθρώπων καὶ τοὺς ἀποθανουμένους, τούς τε ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἢ ἐν πολλῷ ὑγιέας ἐσομένους, ἢ ἀπολουμένους, γέγραπται δὲ μοι καὶ περὶ ἀποστασίων ὡς χρὴ ἐπισκέπτεσθαι ἑκάστας.* Mirum ni respiciat prognostici §§ 33. 34. Quin illo loco *ἐπισκέπτεσθαι δὲ χρὴ τὰ τοιαῦτα ὧδε*, inquit auctor prognostici.

Principio capitis 7. *περὶ δὲ τῶν φθινόντων*, inquit, *κατὰ μὲν τὸ πτύελον καὶ τὴν βῆχα ταὐτὰ λέγω, ἅπερ περὶ τῶν ἐμπύων ἔγραφον.* Rursus mirum, ni respiciat prognostici capita 25. seqq.

Cap. 14°. legimus *κρίνεται δὲ τοῖσι πλείστοισι, ἢν μὲν τεταρταίου ἐόντος τοῦ ἕλκεος πυρετὸς ἄρξηται, ἐς τὴν ἑνδεκάτην· ἢν δ' ἑβδομαῖος ἐὼν πυρετήνῃ, ἐς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην, ἢ ἑπτακαιδεκάτην· ἢν δὲ τῇ ἑνδεκάτῃ ἄρξηται πυρεταίνειν, ἐς τὴν εἰκοστὴν, ὡς ἐν τοῖσι πυρετοῖσι διαγέγραπται τοῖσι ἄνευ προφασίων ἐμφανέων γενομένοισι.* Et tertium inquam mirum nî respiciat prognosticum et tanquam locum a se conscriptum excitet eum, qui est § 37. mihi. Vide autem quam ipsum illud *διαγέγραπται*, quod usurpat l. l. auctor prorrhetici, sit frequens in prognostico.

Lubet autem ostendere quam utriusque libri oratio sit similis exemplis pluribus: ita cap. 1. *σημεῖα — οἷσι χρὴ τεκμαίρεσθαι* et cap. 3. *τῶν σημείων τινὶ τεκμήρασθαι;* — in prognostico cap. 2. *τοῖσι ἄλλοισι σημείοισι ξυντεκμαίρεσθαι.* — In prognostico *σκέπτεσθαι, ἐπισκέπτεσθαι, ὑποσκέπτεσθαι* passim leguntur; in prorrh. passim *σκέπτεσθαι*, cap. 1. *ἐπισκέπτεσθαι*, cap. 3. 4. 18. *ὑποσκέπτεσθαι.* Cap. 2. prorrhetici nostri *παλινδρομήσει*, quod verbum e Coacis praenn. in prognosticum transiit § 41. — Illud *πολλαὶ ἐλπίδες*, quod legis in prognostico in fine § 35., occurrit in prorrh. II. cap. 2. bis., cap. 6. — In prorrh. II. cap. 3. *ἐκμάθῃ* et cap. 21. *τὰ σημεῖα ἐκμαθόντα;* — in prognostico § ultima *ἐκμαθόντα* reperis. — Cap. 6. in prorrh. *εὐπετῶς φέρειν*, cap. 9. *εὐπετέστερα ἴησθαι*, cap. 12. *παραφρονέει εὐπετέως*; in progn. § 15. *εὐπετέστερον φέροντα τὸ νόσημα*, § 17. *εὐπετέως φέρων τὸ κακόν.* Sed subsistamus tandem; quodsi tamen magis etiam eam orationis similitudinem cernere velis, relege mihi totum caput 7. et totum 18. prorrhetici et similitudinem cum prognostici oratione ultro deprehendes.

Est tamen vocabulum in prorrh. II. obvium, de quo tacere non licet. Quum p. xxxv. seq. prolegomenorum ad vol. I. de *περιεστικός* in prognostico monebam, me fugit locus ex cap. 7. prorrhetici nostri, ubi *περιεστικώτατος γίγνεται* legitur. In qua dictione item indicium habemus scriptorem prorrhetici eundem esse, qui prognosticum et interpolata illa in epid. I. et III. nobis reliquit. Liceat autem narrare, quid mihi evenerit in iudicio ferendo de prorrh. II. Quum ante multos annos hunc librum perlegissem, necdum perspexissem prognosticum non esse conscriptum ab Hipp., sed a recentiore, adverterunt me loci illi, quos supra adtuli, ubi in prorrhetico ad prognosticum respicitur. Itaque credidi alios fallendi causa auctorem prorrhetici ad prognosticum tanquam a se conscriptum dimittere. Sed vide iam quam omnia

illa facilem habeant explicationem, quando prognosticum et prorrheticum secundum ab eadem manu profectum statuimus, quemadmodum faciendum esse abunde demonstravisse mihi videor. Quin operae pretium est tenere quod de se narrat ille compilator prognostici et interpolator epid. I. et III. in fine cap. 4. *ὧν δέ*, inquit, *δι' ἀκρίβειαν κατηγορέονται τῶν προῤῥησίων, τοῖσι μὲν αὐτῶν αὐτὸς ξυνεγενόμην, τῶν δὲ παισί τε καὶ μαθητῇσι ἐλεσχηνευσάμην, τῶν δὲ ξυγγράμματα ἔλαβον.* Ecce! apposite haec studiorum ratio congruit cum iis, quae ab eiusmodi viro exspectas.

Neque deëst orationis similitudo inter prorrh. II. et interpolata illa in ep. I. et III. cap. 3. *δοκιμίοισι* et *τούτῳ τῷ δοκιμίῳ* legis, quod vocabulum non occurrere apud Hipp. supra iam dixi; at *δοκιμάζειν* legitur in interpolatis in ep. I. (p. 183. vol. I.). Quod § 21. Prorrh. II. reperitur *αἱ δὲ κρίσιες ὡς ἐν τοῖσι πυρετοῖσι ἔγραψα, οὕτω καὶ ἔνθαδε ἔχουσι*, num ad prognostici locum supra laudatum, an ad interpolata in epidd. spectet, non discerno. Sed convenit id quod in prorrh. II. cap. 2. dicitur *ἔστι γὰρ ἐκ τῶν γεγραμμένων προειπεῖν*, cum illo *σκοπεῖν περὶ τῶν γεγραμμένων ὀρθῶς* ex epid. III. in interpolatis (p. 222. vol. I.).

Nostrum autem ex aliorum scriptis suam haurire dictionem liquet etiam ex cap. 14., quod si cum oratione libri de capitis vulneribus conferas, videbis nostrum illum librum sine dubio in manibus habuisse: quin verba *εἰ κατέπεσε ὥνθρωπος, ἢ ἐκαρώθη* e § 24. libri Hippocratei ducta sunt.

Ubi de muliebribus rebus agit noster, orationem audimus librorum de his rebus a Cnidiis relictorum. Advertit v. c. dictio e cap. 6. *τὴν δὲ κοιλίην πρὸς μὲν τὰ φάρμακα ὀξέαν εἶναι*, quam item legimus libro de nat. mull. § 15., ubi *ἢν μὲν οὖν ἡ κοιλίη ᾖ ὀξέα.* Cuiusmodi formula nusquam, nisi duobus illis locis legitur.

Itaque constitit puto prorrh. II. esse conscriptum ab eodem viro, qui prognosticum composuit e Coacis et quem epid. I. et III. in eam redegisse formam est probabile, qua hodie illos libros possidemus. Fuit hic sedulus lector scriptorum antiquiorum, e quorum libris, iisque e scholis diversissimis et materiem suam et orationem duxit.

§ 40.

De libris de victus ratione I. II. III. et de insomniis.

Summa libri primi *περὶ διαίτης* huc fere redit:

„Si quis illorum, qui ante me de victus ratione, quae ad sanitatem spectat, egerunt, recte de ea exposuisset, in his acquiescerem. Verum quum alius tantum aliud quid recte viderit, iis, quae recte sunt dicta, equidem adsentiar; minus vero recte dicta, qualia sint, exponam; addam autem illa, de quibus nihil litteris mandatum est. Affirmo equidem ante omnia eum, qui recte hac de re moniturus sit, perspectam habere debere naturam hominis, nempe e quibus sit compositus, tum vero ciborum et potuum, quibus utimur, singulorum facultatem; tertio etiam laborum potestatem iustumque eorum modum pro copia ciborum et natura hominis, et diversa aetate et anni tempestate et ventorum vicissitudine et regionum situ et anni constitutione. Insuper tenere oportet astrorum ortum et occasum, ut mutationes cognoscat, et

observare redundantiam ciborum et potuum et ventorum et universi mundi, unde morbi in hominibus oriuntur. Necdum tamen omnia ista sufficiunt: nempe si iustus ciborum et laborum pro variis naturis modus cognitus esset, exacte hominibus sanitas esset inventa. Sed modus ille cognosci non potest. Si quis igitur ipse adsit et observet, videre poterit hominem se exercentem, eiusque sanitatem tueri poterit de aliis detrahendo, aliis addendo; sin non adsit, fieri nequit ut ad amussim cibi et laboris quantum definiat. Quodsi igitur alteruter iusto minor sit, sensim ab alterius excessu corpus superabitur et in morbum incidet. A me igitur inventa est praenotio eorum, quae ex eiusmodi excessu oriuntur, antequam ipse morbus nascatur."

„Constat homo et cetera animantia ex igne et aqua. Ambo haec et reliquis et sibi ipsa sufficiunt, alterutrum vero sine altero minime. Ignis principium movens, aqua nutriens. Utrumque et superat et superatur, neutrum enim prorsus superius evadere potest. Nempe ignis ad extremum aquae perveniens destitnitur alimento, ita ut advertatur ab illo id, unde nutriri debeat. Aqua vero ad ignis extremum perveniens motu destituitur, itaque consistit, quo facto non amplius valet facultate, sed ab accedente igne pro alimento consumitur. Igni proprium est calidum et siccum, aquae frigidum et humidum: ignis vero ab aqua humiditatem habet, aqua ab igne siccitatem. Qua quidem ratione in multas et varias species seminum et animalium secernuntur, neque forma, neque potestate sibi similes. Quum enim numquam sibi constent, sed semper mutentur, temporis tractu etiam quae ab his procreantur dissimilia esse est necesse. Nihil perit, neque quidquam gignitur, quod non ante fuit, verum mistae et disiunctae res permutantur. Apud vulgus vero quod ex Orco in lucem augetur *nasci* dicitur, quod ex luce in Orcum minuitur *perire*. At vero nullum animal, nisi cum rebus omnibus mori potest, neque quod non sit nasci, quum non sit, unde oriatur, sed omnia ad summum et minimum augentur et minunntur. Quid vero sit id, quod *generari* et *interire* appellem, docebo. *Nasci* et *interire* idem est quod *commisceri* et *discerni; nasci, augeri, commisceri* idem, idemque *perire, decrescere, seiungi.* Lex enim contraria naturae dicta est in his omnibus et seorsim divina et humana omnia sursum, deorsum permutat. Dies et nox ad summum et minimum, et sol et luna. Lux Iovi, tenebrae Orco, lux Orco, tenebrae Iovi: abeunt et sedem commutant hinc illuc, illinc huc, et quae faciunt ignorant, et quae non faciunt scire videntur, et quae vident non cognoscunt; at pariter omnia per necessitatem divinam illis accidunt, tum quae velint, tum quae nolint. Res illinc huc migrantes et hinc illuc, inter se mistae sortem suam explent. Omnibus interitus imminet a se invicem, maiori a minore, minori a maiore. Maius a minore augetur quovis, etiam animus, corpusque ad instar animae ordinatur. Irrepunt in hominem partium partes, integra integrorum, habentia mistionem ignis et aquae, ab aliis accepturа et aliis datura. Haec minuuntur, illa augentur. Homines serra lignum secant, alter trudit, alter trahit; idem facit natura humana, alterum repellit, alterum attrahit, alterum dat, alterum accipit et alteri dat et ab altero accipit; unumquodque vero suum locum tuetur et quae minuuntur secernuntur in minorem locum, quae contra augeutur secum mista in maiorem locum transeunt, aliena vero ex sede impropria expelluntur. Quod eiusdem naturae non est, in locis sibi non convenientibus commorari nequit. Conveniens cum conveniente coniungitur, non conveniens non convenienti repugnat, ita ut a se dimoveantur. Idcirco humanus animus in homine augetur, in ceteris non item."

„Animus in hominem intrat mixtionem habens ex igne et aqua, partem corporis humani. Eiusmodi feminae et mares multi et varii nutriuntur. Nutriuntur autem et augentur victus ratione, qua homo utitur. Omnes autem suas sibi habere partes est necesse; nam si qua para a principio non adesset, non caperet incrementa, neque a multo, neque ab exiguo cibo, quia non haberet quod excrescere posset. Quum vero omnia habeant, singula suo in loco augentur accedente alimento ex aqua sicca et humido igne. Alterum attrahit, alterum repellit, intro vi adductum extrorsum repit; sin praeter modum vis inferatur, omni successu caret. Tam diu singula eundem ordinem servant, donec locus ea non amplius continere possit, tum ad regionem ampliorem tum feminina tum masculina migrant eodem modo a vi et necessitate depulsa. Quae vero sortem fatalem compleverunt primum secernuntur, dein commiscentur. Nempe singula secernuntur, omnia vero secreta ista commiscentur. Quum autem in alium locum abierint et harmonia recte habente concentus tres potiantur, per hos omnes transeuntia vivunt et iisdem, quibus antea augebantur, crescunt. Sin harmoniâ non potiatur primus concentus, neque gravia cum acutis consonant, si secundae generationi locus sit, qui per totum pervadit sonus, uno deficiente, vanus est; neque enim cum aliis consonat, sed mutatio est a maiore ad minus ante sortem, quapropter nesciunt id, quod faciunt. Rationem, quare mares et foeminae generentur, postea tradam, verum quodcumque horum harmonia potiatur, quum sit humidum, ab igne movetur, motum vero vivescit et alimentum attrahit ab iis, qui in mulierem ingeruntur, spiritu et cibis, primum quidem pari modo ubicumque quamdiu rarum est; a motu vero et igne siccatur et solidescit, quo facto circumquaque densatur et ignis conclusus sufficiens alimentum attrahere non amplius potest, nec spiritum expellit propter circumdantis densitatem, nam absumit humorem, qui intus adest. Solida igitur in densato et sicco ab igne in alimentum non convertuntur, sed valida fiunt et concrescunt evanescente humore et ossa et nervi appellantur. Ignis vero e mistione commoto humore corpus effingit propter banc necessitatem: per solida et sicca diu penetrare non potest, quia non habet alimentum, verum per bumida et mollia, quae ipsi alimenti loco sunt. Est antem in bis quoque siccitas, quae ab igne non consumitur. Ista vero inter se consistunt. Qui igitur intus maxime conclusus est ignis et plurimus adest, is maximum exitum fecit; nam plurimus humor eo loco inerat, qui venter appellatur. Qui vero in reliquo corpore concludebatur tres circuitus fecit: nempe pars humidissima ignis in venis, quae cavae dicuntur, reliqua vero pars in medio densata constitit et caro appellatur. Verbo omnia ad imitationem rerum universi in corpore constituit ignis, parva ad magna et magna ad parva respondentia. Ventrem maximum, sicci et humidi promptuarium, ut omnibus det et ab omnibus accipiat, maris potestatem habentem, quod animantia in eo degere solita enutrit, aliena pessumdat. Circa eum frigidae aquae collectio, transitus spiritus frigidi et calidi ad terrae imitationem omnia, quae in ipsam incidant, mutantis. Ea vero, quae absumunt, augens fecit dispersionem aquae tenuis et ignis ad apparentis a compacto secretionem, in qua omnia feruntur et in conspectum prodeunt singula e fatali sorte. In hoc autem triplices fecit circuitus ignis ad se invicem intro ac foras tendentes: alios ad humorum cava lunae facultate, alios ad externum circuitum, ad consistentiam ambientem, astrorum potestate: medios vero et introrsum et extrorsum vergentes, habentes ignem calidissimum et validissimum, qui omnibus imperat, omnia moderatur, citra

strepitum manifestum ad visum et tactum, in quo animus, mens, intellectus, incrementum, motus, decrementum, mutatio, somnus, vigiliae. Hic omnia gubernat, tum quae hic, tum quae illic sunt, numquam quiescens."

„Homines autem a manifestis obscura considerare nequeunt, neque noverunt artibus se uti humanae naturae similibus: mens enim Deorum sua opera imitari illos docuit cognoscentes quae faciunt, ignorantes quae imitantur. Sunt enim omnia, quae dissimilia sunt, similia et convenientia quae differentia. Homines legem sibi ipsi constituerunt ignorantes ea, de quibus eam constituerunt; naturam vero Dii omnem ordinarunt. Quae homines statuerunt, non sunt constanter nec recta, nec prava; quae vero a Diis constituta sunt, semper recte se habent. Hominum artes manifestas affectionibus similes esse manifestis et obscuris exempla docent. Divinatio similis generationi, appetitui cibi et potus: ars ferraria similis institutioni per paedotribam, fullonesque idem efficiunt; sutores tota in partes dividunt idemque in homine fieri solet. Fabri lignarii dum serra secant, alter trahit, alter protrudit, idem dum terebrant faciunt: spiritus alternis vicibus trahit et propellit. Qui domos construunt e diversis rebus conveniens quoddam efficiunt, ad imitationem victus rationis hominis. In arte musica instrumentum sit prius oportet, in quo concentus ea, quae volet, declarabit; maxima sonorum diversitas maxime delectat, taedium parit similitudo. Coqui opsonia parant hominibus e diversis varia conficientes, in quibus item varietas maxime placet. Lingua musicam imitatur dignoscens dulce et acre. Cum eorum, qui pelles subigunt, arte convenit cura puerorum. Qui fila nectunt aut texunt, periodos in corpore imitantur. Aurifices imitantur qui triticum parant. Statuarii corporis imitationem sectantur. Figuli rotam versantes varias vasorum species conficiunt; homines et reliqua animantia in eodem circuitu omnia operantur ex iisdem simile nihil iisdem instrumentis parantes. In grammatica signorum est compositio; signa sunt vocis humanae; facultas praeterea quae facienda sint aperiendi; per septem figuras cognitio locum obtinet, per septem etiam figuras sensatio in homine: auditus sonorum, visus manifestorum, olfactus odorum, lingua iucundi et iniucundi, os loquelam operatur, corpus tactum frigidi et calidi, spiritus intrat et foras exit; per ista autem cognitio fit. Et hac quidem ratione artes omnes commune quoddam habent cum natura humana."

„At animus hominis, uti supra dixi, mistus ex igne et aqua in quodvis animans, quod spiritum ducat, intrat et in hominem tum iuniorem, tum seniorem, nec tamen in omnibus pariter increscit, sed in iunioribus corporibus, quum velocior sit circuitus et corpus crescat, ad huius incrementum insumitur; in senioribus, quum tardior sit circuitus et corpus frigidum ad hominis decrementum absumitur. Verum corpora vigentia et foecunda illum alere et augere valent. Quod igitur in aliud quodvis intrat non crescit, sed quod in corpus muliebre, id crescit, modo debita illi contingant. Omnes autem partes simul distinguuntur et crescunt, neque quidquam alio prius tardiusve, sed maiores partes prius conspiciuntur, licet non prius nascantur. Non omnia tamen aequali temporis spatio certo ordine describuntur, sed maiore minoreve prouti singula ignem et nutrimentum accipiunt. Quidam foetus igitur intra dies quadraginta tres conformantur, alii intra menses quatuor, similiter vitales in lucem eduntur alii septimo mense, nono alii. — Mares autem et foeminae hoc modo oriuntur: foeminae potius ab aqua et frigidis et humidis et mollibus cibis et potionibus, mares ab igne et siccis et calidis cibis et

reliquo victu. Si quia igitur foeminam procreare velit, aquosa victus ratione maxime utendum; sin marem, victus ratione cum igne conveniente. Idque non solum virum facere oportet, sed etiam foeminam, quum uterque sexus quod ad incrementum aptum est excernat. Quodsi igitur cum vir tnm foemina virilia excernat, nascuntur viri animo clari et corporis robusti, nisi postea per victus rationem corrumpantur. Sin a viro virile excernatur, a foemina vero foemineum et virile superet, viri procreantur prioribus quidem minus clari, sed viriles tamen. Sin a foemina masculum excernatur, a viro foemineum, masculinum autem superet, ἀνδρόγυνοι oriuntur. Hae generationes diversae sunt tres; differunt autem plus minuave inter se propter aquae partium temperationem et alimenta et educationem et consuetudinem. In genere autem foeminino idem fit, ita ut si a viro et muliere foemineum excernatur, pulcerrimae et tenerrimae foeminae nascantur; sin a foemina foemineum a viro virile, foemineumque superet, audaciores fiunt illis, sed morigerae tamen; sin a viro foemineum, a muliere virile, foemineumque superet, viragines nascuntur. Quodsi quis non credat, animum cum animo misceri, is uae demens habendus. Gemellorum autem procreationis causa maxime posita est in uteri duplicis natura, nempe si ab utraque parte pariter via per os pateat, et utraque pars a menstrua purgatione resiccata fuerit, ubi semen virile acceperit, utraque id enutrire valet, adeo ut statim dividatur, si multum seminis excernatur. Quodsi igitur a viro et foemina masculum excretum fuerit, in utraque uteri parte virilis foetus crescet; sin foemineum, foemininua in utraque parte; sin alterum foemininum, alterum virile fuerit, quale in alterutra parte superius evaserit, talis foetus procreabitur. Sunt autem sibi similes gemelli, quia in simili loco crescunt et eodem alimento. Foetus autem succidaneus hoc modo fit: cum uterus calidus et siccus est natura, et foemina ad eundem modum se habet, et semen siccum et validum in uterum infertur, nullus humor in utero superest, qui super illabens semen superet, itaque a principio coalescit et vivit, sed persistere nequit, et id, quod ante aderat, item corrumpit."

„Corpua autem hominis ex aqua tenuissima et igne rarissimo mistum sanissimum omnino, quia in anni tempestatum vicissitudine neque aqua densissima est in aquae accessionibus, neque ignis rarissimus in ignis accessionibus; eodemque modo res se habet in victus ratione. Eiusmodi naturae sanae degunt ad annum aetatis quadragesimum usque, nonnullae etiam in extremam senectutem, quae vero in morbum incidunt annum quadragesimum iam agentes non facile ex eo evadunt. Quae vero corpora ex igne validissimo et aqua densissima mista sunt, robusta quidem, sed multam curam requirunt. Nempe magnas in utramque partem mutationes subeunt et tum in aquae, tum in ignis accessionibus facile in morbos incidunt. Itaque victus ratione mutationes tempestatum compensare oportet. At ubi ex aqua crassissima et igne tenuissimo corpus mistum est, talia accidunt, e quibus naturam frigidam et humidam cognoscas. Eiusmodi naturae hieme et vere maxime aegrotant et quod ad aetatem attinet, pueri ex his sanissimi, tum adolescentes; sed praecipue laborant senes et praeterea cito senescunt. His calido et sicco victu utendum. Sin corpus ignem humidissimum et aquam densissimam habeat, natura humida et calida existit. Hi inprimis vere laborant et quod ad aetatem attinet, iuvenili; tum cito adolescunt, sed fluxiones patiuntur. His sicco et frigido victu opus est. Sin mixtio fiat ex igne validissimo et aqua tenuissima, natura sicca

et calida est; aegrotant eiusmodi homines in ignis accessione et aetatis vigore et requirunt victum frigidum, humidum; sunt autem et longaevi et sanissimi. Sin mistio fiat e rarissimo igne et siccissima aqua, sicca et frigida est natura; aegrotat auctumno, et aetate, quae vergit ad annum quadragesimum; opus est victu calido humido."

„Ad aetates quod attinet, puer humidus et calidus, adolescens calidus et siccus; vir siccus et frigidus, senes frigidi et humidi."

„Viri calidiores et sicciores; foeminae frigidiores et humidiores; unde quis victus singulis sit accommodatus apparet."

„De prudentia animi et imprudentia res ad hunc modum se habet. Ubi ignis humidissimus et aqua siccissima in corpore miscentur, maxima prudentia existit, quia utrumque hac ratione optime sibi sufficit. Sin aliqua re superveniente alterutrum augeatur, vel intereat, imprudentia oritur. — Quum ignis purissimus itemque aqua purissima misceantur, ignis autem pro aquae ratione minor copia fuerit, prudentes quidem hi etiam existunt, minus tamen quam primo memorati. Ignis enim quum tardius moveatur, minus acuti sunt sensus; verum hae naturae sedulae sunt in rebus, ad quas se adplicuerint, et victus ratione idonea corriguntur. Ubi vero ignis minorem quam aqua potestatem habet, tardior natura est et stolidi vocantur. Hi vero quoque idoneo victu meliores fiunt. Sin ignis multum ab aqua superetur, insani ab aliis dicuntur, ab aliis attoniti. Horum autem insania potius tarda. Sin aqua minorem potestatem habeat cum igne purissimo mista, sanitate corporis fruuntur et prudentes sunt. Eiusmodi animus cito res obiectas sentit et bona natura est fitque melior victu idoneo. Quando vero aquae potestas ab igne multum superatur, animus acutior est, quia celerius movetur, sed minus est constans. His humido victu opus est. Sin magis etiam aqua ab igne superetur, admodum acuta eiusmodi natura est et somniis agitatur. Hos autem subfuriosos appellant, nam a levi repletione insaniunt et ex ebrietate et bono corporis habitu et carnium esu. Ad hunc igitur modum in prudentia et imprudentia res comparata est."

„Eiusmodi autem animi diversitates, cuiusmodi apparent in iracundis, lentis, astutis, simplicibus, infensis, benevolis, non pendent a mixtione, sed a natura meatuum, per quos animus fertur. Similiter et vox a meatibus spiritus mutatur. Talia igitur vitia victus ratione corriguntur."

Argumentum primi libri fusius descripsi, quia principia latissime patentia doctrinae auctoris incerti continet. Secundi, in quo magis circa specialia versatur oratio, argumentum in brevius contraham.

Agit auctor in libro secundo: de situ regionum earumque natura diversa; — de ventis; — de cibis et potu; — de hordeo iisque, quae ex eo parantur; — de tritico et cibis ex eo paratis; — de avena, fabis, ervilibus et phaseolis; — de cicere albo; — de milio; — lentibus; — de ervo; — de lini, hormini semine; — lupinis, erysimo, onico, papavere. — Agitur porro de cibo ex animalibus quadrupedibus, ex avibus, piscibus. Tum de diversitate animalium cicuratorum et ferorum est sermo et de partibus corporis animalium, quae in cibo sumuntur; — de ovis; — de caseo. Recensentur porro vina, acetum, sapa, faeces vinaceae, mel. Dein legumina, fructus maturi; carnes pingues, vino, aceto, sale conditae. Docetur porro quo modo singulorum ciborum vires temperandae sint; quid sentiendum de ciborum

facultatibus diversis, de opsoniis ἐν ὑποτρίμμασι et de muria conditis. Agitur deinceps de aqua, balneis, solis et ignis effectu in corpus, de coitu, vomitione, somno et vigiliis; — de μονοσιτίῃ et prandio, de aqua calida epota. Exponitur de laboribus secundum naturam et de violentis: ad illos referuntur visio, auditio, vox, meditatio; ad hos: ambulationes post coenam, matutinae, a gymnasiis, cursus, iique ἐν ἱματίῳ, δίαυλοι καὶ ἤπειροι, τροχοί, παρασείσματα, lucta et frictio, ἀλίνδησις, ἀκροχειρίη, κωρυκομαχίη, χειρονομίη, πνεύματος κατάσχεσις, γυμνάσια ἐν κόνει καὶ ἐλαίῳ, frictio ex oleo et aqua. Tandem exponitur de lassitudine varia eiusque effectu et curatione.

Haec quidem fere argumentum faciunt libri secundi.

In tertio libro auctor noster affirmat multa esse, quae impediant, quo minus de humana victus ratione ἀκριβῶς exponatur: scilicet obstaculo esse naturarum hominum inter se innumeras diversitates, aetates diversas, varios regionum situs, et ventorum vicissitudinem, et anni tempestatum, et singulorum cibi generum varietatem. Ipse vero se invenisse profitetur praenotiones eorum, quae in corpore superiora evasura sint, nempe signa, quibus dignoscas utrum labores cibos superent, an vero cibi labores, et quomodo uterque excessus sit curandus. Iam vero primum vulgo hominibus, i. e. illis, qui, quod munera obeundo victum sibi quaerere debent, omnia in victu ad amussim exigere nequeunt, diaetam praescribit, quam quomodo pro variis anni tempestatibus mutare et quomodo sensim ab alia ad aliam tempestatem transire illos oporteat docet. Quibus expositis pergit ad praecipuum inventum suum, quo principio operis totius iam gloriatus erat, scilicet ad dignoscendum utrum labores cibi, an cibos labores superent; in quarum rerum iustae inter se temperationis defectu morbos, in iusta temperatione contra sanitatem existere dicit. Itaque iam varias πλησμονῆς et ξυντήξεως species describit, singularum specierum descriptionibus statim curationem subiungens. Memorantur autem octo species repletionis; post quarum enumerationem depinguntur: colliquatio quaedam; alvus suppressa; horrores ab ambulationibus matutinis, ab exercitationibus; in postremis vero his valetudinis generibus labores cibos superare dicit auctor incertus.

Haec igitur summatim libris de diaeta continentur; subiungo statim argumentum libri περὶ ἐνυπνίων.

„Qui vero, inquit auctor, recte signa in somniis observanda tenuerit, is magnam illa in omnibus vim habere videbit. Nempe dum vigilat homo animus corpori subservit; cum vero corpus quiescit, animus movetur et omnes corporis actiones ipse in se suscipit. Corpus enim dum dormit, nihil sentit, sed animus interea vigilans visibilia videt et quae auditu percipiuntur audit; verbo quot munera sunt corporis aut animi, totidem solus obit animus somni tempore. At quaecumque insomnia divinitus immittuntur, diiudicant illi, quorum ars fert id facere; et vero quas corporis mutationes animus praenunciet e iusto minore repletione vel vacuitate, cett. diiudicant etiam, idque partim vere, partim falso, nec sciunt tamen quare fiant, nec quid faciendum sit, ut a malo caveas, docent, sed Diis vota facere praecipiunt. Quod quidem bonum sane est, attamen insuper manum operi admovere oportet. Itaque de eiusmodi insomniis ita se res habet. Cum diurnae occupationes hominum in insomniis recte apparent, signum est sanitatis, quia animus neque repletione, neque vacuitate, neque alia re qualicumque superatus in diurnis cogitationibus permanet. Sin insomnia cum diurnis occu-

pationibus pugnent, perturbatio in corpore obtinet, quae debito modo curanda est. — Solem, lunam et coelum et astra, pura et clara conspici, bonum est, et sanitatem corporis denotat; sin contrarium locum habeat, morbum. Et astrorum quidem externus est circuitus, solis medius, lunae is, qui ad cava spectat. Quodsi igitur astrum aliquod exstingui, vel laedi, vel evanescere, vel cursum sistere videatur, ea parte morbus esse significatur; sin luna eiusmodi quid patiatur, ad internas partes retrahere oportet; sin sol, difficilius curatur. Quando vero coelo sereno premuntur astra et debilia esse videntur, et siccitate in circuitu retineri, periculum significat, ne in morbum incidas; et quando igneum et calidum videtur id, quod adversatur, bilem secerni denotat; quodsi superata evanescant, futurae ex morbo mortis signum est; sin in fugam se convertere et cito aufugere et alia ea persequi videantur, periculum est ne homo insaniat, nisi curetur. At quae quaquavorsum errant vi non coacta, animum a curis turbatum indicant. Quod autem sidus e circuitu excidisse videtur, splendidum et purum et ad orientem ferri, sanitatis id indicium est; quod vero nigrum et obscurum versus occidentem ferri videtur, vel ad mare, vel in terram, morbos denotat. Quodcumque ex his coelestibus insidere tibi videtur purum et humidum, sanitatis signum est; quodcumque vero nigrum, impurum, morbum ex accessione rei externae. Id quod quis purum a Deo accipere videtur ad sanitatem iuvat; contrarium nocet. Si pluere modice videatur, citra graves imbres, aut tempestates, bonum signum est; contrarium denotat morbum. De illis igitur, quae circa sidera in somniis apparent, ita sentiendum et curam debitam adhibere oportet et Diis preces fundere. Verum praeterea sanitatis signa sunt: ea, quae in terra fiunt, acute cernere et audire; tuto iter facere, et currere; terram adspicere planam, bene cultam, fertilem, pulchro flumine irriguam et limpidis fontibus et puteis. Contraria varia varias noxas significant. Terra, vel domus si moveri videatur, sano homini morbum, aegrotanti liberationem a morbo significat. Terra inundari visa, significat morbum ex humorum redundantia. Neque vero bonum signum est terram nigram adspicere, aut combustam; quippe id nimiam siccitatem et morbum ex ea periculosum, letalem denotat. Quodsi quis in lacum immergi videatur, vel in mare, humorum redundantiae signum id habendum est. Quod quis circa se e consuetudine et secundum naturam suam fieri videat et modum non excedat, id ad sanitatem valet; itemque veste alba indutum sibi videri et pulchro calceamento; contrarium malum est signum. Mortuos videre nitidos, vestibus candidis indutos et purum quid ab iis accipere bonum est signum; sin contra nudos adspicias, vel nigris vestibus indutos, vel sordidos, vel ex aedibus aliquid sumentes, auferentes, morbi indicium est. Quum vero monstrosa corpora in somniis cernuntur et homini metum iniiciunt, indicat repletionem a cibis insuetis et horum secretionem et choleram et morbum periculosum. Si quis cibum aliquem solitum, vel potum edere aut bibere sibi videatur, defectum cibi indicat et animi abiectionem; idem etiam indicant panes cum caseo et melle parati in somnis consumpti. Aquam puram bibere bonum est; cetera omnia, malum. Quas vero res solitas homo adspicere sibi videtur, ipsarum cupiditatem denotant. Quascumque prae timore fugiat, significant sanguinem propter siccitatem sisti. Quodsi cum altero pugnet, vel ab eo pungatur, vel ligetur, denotat secretionem factam esse in corpore circuitui adversam. Idem significant errores et adscensiones. Fluminum traiectiones et armati hostes et monstra morbum, insaniamve praenunciant."

„His, quae dixi, si quis utatur, per totam vitam secunda fruetur valetudine; atque adeo victus ratio a me inventa est, quae optima ab homine iuvantibus Diis inveniri possit."

Exposuimus argumentum horum scriptorum; videamus iam de aliis, quae sit operae pretium tenuisse.

Librorum, de quibus agimus, mentionem fecit nullam Erotianus. Galenus incertus est, cui tribuendi sint. Alterius libri *περὶ διαίτης* Galeni tempore in apographis aliis aliud initium fuit. De quibus omnibus et de variis apud Galenum horum librorum inscriptionibus vide Ackermannum p. CXLII. vol. I. Ed. Kühn.

Interpretum opiniones de libris *περὶ διαίτης* colligens vix satis mirari potui Ackermanni verba (p. CXLIII. l. l.) dicentis: „Diversorum auctorum hos libros tres opus esse ipsa eorum lectio probat." Hic quidem solus, quoad sciam, eiusmodi sententiam in medium protulit, quam mox oppugnabimus; sed id antequam facimus, verbulo de libello *περὶ ἐνυπνίων* monendum. Foësius: „hic liber, inquit, de insomniis videtur pars esse quaedam librorum de diaeta, ut satis testatur hoc principium in codicibus antiquis Vaticanis et Aldinis exemplaribus libri tertio extremo adscriptum. Itaque mihi rite atque ordine illos sequi videtur in omnibus exemplaribus, at eos parum ad Hippocratis mentem facere, neque vero multum ad huius libri auctoritatem, qui eum longe relegant, cum tractatione et styli genere prope sit similis." Et de his scriptis omnibus Hippocrati tribuendis, aut non tribuendis, postea videbimus: nunc id volo, Foësium quique illum sunt secuti, recte statuisse libellum *περὶ ἐνυπνίων* esse partem libri postremi *περὶ διαίτης*. Quod autem vir praestantissimus de libelli illius in codicibus mss. cum libro postremo de diaeta coniunctione monet, egregie confirmatur codicibus Parisinis a Littréo excussis et codice Hafniensi apud eundem vol. I. p. 540., et codice Vossiano bibliothecae Lugduno-Batavae.

Verum, age! ipsis locis ex his libris adlatis demonstremus unum esse opus continuum in his omnibus suo principio et fine probe conclusum singulisque suis partibus rite ordinatis constans, integrum et absolutum, ab uno auctore conscriptum.

Ipse auctor principio cap. 2. libri I. veluti conspectum brevem operis sui nobis dedit, ad cuius ductum si perlustres, videbis integrum superesse. *Φημὶ δὲ δεῖν*, inquit, *τὸν μέλλοντα ὀρθῶς ξυγγράφειν περὶ διαίτης ἀνθρωπίνης πρῶτον μὲν παντὸς φύσιν ἀνθρώπου γνῶναι καὶ διαγνῶναι· γνῶναι μὲν ἀπὸ τίνων ξυνέστηκε ἐξ ἀρχῆς, διαγνῶναι δὲ ὑπὸ τίνων μερέων κεκράτηται· εἰ μὴ γὰρ τὴν ἐξ ἀρχῆς ξύστασιν ἐπιγνώσεται καὶ τὸ ἐπικρατέον ἐν τῷ σώματι, οὐχ οἷός τε ἔσται τὰ ξυμφέροντα τῷ ἀνθρώπῳ προσενεγκεῖν· ταῦτα μὲν οὖν χρὴ γιγνώσκειν τὸν ξυγγράψοντα.* Quae auctor hoc loco requirit ab eo, qui de hominis victus ratione recte scripturus sit, ea ipse ceteris operis sui partibus praemisit a capite inde 3. libri primi, ubi de hominis elementis et eorum inter se ratione exponit; tum a capite inde 32., ubi de variis hominum naturis pro vario elementorum modo et victu idoiroo singulis idoneo agere incipit. Pergit autem l. l. e capite 2. *μετὰ δὲ ταῦτα (γνῶναι δεῖ) σίτων καὶ ποτῶν ἁπάντων, οἷσι διαιτώμεθα, δύναμιν, ἥν τινα ἕκαστα ἔχει, καὶ τὴν κατὰ φύσιν, καὶ τὴν δι᾽ ἀνάγκην καὶ τέχνην ἀνθρωπηΐην. δεῖ γὰρ ἐπίστασθαι τῶν τε ἰσχυρῶν φύσι ὡς χρὴ τὴν δύναμιν ἀφαιρέεσθαι, τοῖσι δὲ ἀσθενέσι ὅκως χρὴ ἰσχὺν προστιθέναι διὰ τέχνης, ὅκου ἂν ὁ καιρὸς ἑκάστων παραγένηται.* Agit autem de hisce scriptor noster libro II. cap.

39—60. Verum subiungit l. l.: γνόντι δὲ τὰ εἰρημένα οὔ κω αὐτάρκης ἡ θεραπείη, διότι οὐ δύναται ἐσθίων ὥνθρωπος ὑγιαίνειν, ἢν μὴ καὶ πονέῃ . . . . δεῖ δέ, ὡς ἔοικε, τῶν πόνων διαγιγνώσκειν τὴν δύναμιν καὶ τῶν κατὰ φύσιν καὶ τῶν διὰ βίης γενομένων. Cum quibus confer lib. II. cap. 60. περὶ δὲ τῶν πόνων, ἥντινα ἔχει δύναμιν διηγήσομαι. εἰσὶ γὰρ οἱ μὲν κατὰ φύσιν, οἱ δὲ διὰ βίης κ. τ. λ. — Verbo de omnibus illis agit in suo opere, quorum cognitionem ab eo, qui de hominis victus ratione scribere velit, requirit: de variis hominum naturis, de aetate diversa, de anni tempestatibus, de ventorum vicissitudine et regionum situ. — Quin quo gloriatur sub finem capitis 2., ἐμοὶ δὲ ταῦτα ἐξεύρηται, πρὸ τοῦ κάμνειν τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τῆς ὑπερβολῆς ἐφ' ὁκότερον ἂν γένηται προδιάγνωσις. οὐ γὰρ εὐθέως αἱ νοῦσοι τοῖσι ἀνθρώποισι προσγίγνονται, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν ξυλλεγόμενα ἀθρόως ἐκφαίνονται. πρὶν οὖν κρατέεσθαι ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ὑγιὲς ὑπὸ τοῦ νοσεροῦ, ἃ πάσχουσι ἐξεύρηταί μοι καὶ ὅκως χρὴ ταῦτα καθιστάναι ἐς τὴν ὑγίειαν· τούτου δὲ προσγενομένου πρὸς τοῖσι γεγυμνασμένοισι, τελέεται τὸ ἐπιχείρημα τῶν διανοημάτων, — hoc ipsum, inquam, quo gloriatur, in fine libri tertii traditur a medio capite 69. inde; ipse quaeso locos inspice L. B.! — Quodsi iam mentem attendamus ad finem istius libri tertii et ad initium libri περὶ ἐνυπνίων, itemque ad ea, quae supra de his libris in mss. continuo sese excipientibus dixi, et ad similitudinem doctrinae et orationis in quatuor his libris omnibus, non possumus, quin unum opus esse statuamus, quod magis etiam confirmant postrema libri de insomniis verba: τούτοισι χρώμενος, ὡς γέγραπται, ὑγιαίνει τὸν βίον καὶ εὕρηταί μοι δίαιτα ὡς δυνατὸν εὑρεῖν ἄνθρωπον ὄντα ξὺν τοῖσι θεοῖσι, quibus universum opus auctorem recte concludere respicientem ad principium, quis negabit?

Sufficiant haec ut demonstremus unum opus referre continuum, integrum quatuor de quibus nunc sermo est, libros. Neque sane ad hanc demonstrationem devenissem, nisi fuissent, qui contra sentirent.

Verum interpretes in hoc opere Heracliti doctrinam agnoscere se dixerunt; itaque paulo accuratius de istis placitis Heracliteis auctoris nostri, eorumque cum philosophi dogmatis convenientia, vel discrepantia videamus. Locos e scriptoris nostri opere citabo et ad eos annotabo quod ad rem facere existimem.

Initio capitis 3.: ξυνίσταται μὲν οὖν, inquit, τὰ ζῷα τά τε ἄλλα πάντα καὶ ὁ ἄνθρωπος ἀπὸ δυοῖν, διαφόροιν μὲν τὴν δύναμιν, ξυμφόροιν δὲ τὴν χρῆσιν, πυρὸς λέγω καὶ ὕδατος. ταῦτα δὲ ξυναμφότερα αὐτάρκεά ἐστι τοῖσί τε ἄλλοισι πᾶσι καὶ ἀλλήλοισι. ἑκάτερον δὲ χωρὶς οὔτε αὐτὸ ἑωυτῷ, οὔτε ἄλλῳ οὐδενί. τὴν μὲν οὖν δύναμιν αὐτῶν ἑκάτερον ἔχει τοιήνδε. τὸ μὲν γὰρ πῦρ δύναται πάντα διὰ παντὸς κινῆσαι, τὸ δὲ ὕδωρ πάντα διὰ παντὸς θρέψαι. Heraclitus apud Diog. Laërtium (IX. 1. p. 228. ed. Cobet.) existimat ἐκ πυρὸς τὰ πάντα συνεστάναι καὶ εἰς τοῦτο διαλύεσθαι . . . . πῦρ εἶναι στοιχεῖον καὶ πυρὸς ἀμοιβὴν τὰ πάντα, ἀραιώσει καὶ πυκνώσει γινόμενα. Arist. Metaph. I. 3. item adnotat Heraclito ignem fuisse rerum principium. Et Laërtius de Heraclito narrare pergens dein subiungit illum statuisse: πυκνούμενον τὸ πῦρ ἐξυγραίνεσθαι συνιστάμενόν τε γίνεσθαι ὕδωρ· πηγνύμενον δὲ τὸ ὕδωρ εἰς γῆν τρέπεσθαι· καὶ ταύτην ὁδὸν ἐπὶ τὸ κάτω εἶναι· πάλιν τε αὐτὴν τὴν γῆν χεῖσθαι, ἐξ ἧς τὸ ὕδωρ γενέσθαι· ἐκ δὲ τούτου τὰ λοιπὰ σχεδὸν πάντα, ἐπὶ τὴν ἀναθυμίασιν ἀνάγων τὴν ἀπὸ τῆς θαλάττης. Αὕτη δέ ἐστιν ἡ ἐπὶ τὸ ἄνω ὁδός.

Cf. Plut. de pl. philos. I. 3. E quibus omnibus constare dixerim Heraclitum ignem esse credidisse materiam primam, e qua cetera omnia fiant. Auctor vero noster duplicem materiem primam statuit ignem et aquam, quod etiam Hippona Rheginum fecisse legimus apud Gal. de hist. philos. p. 243. ed. Kühn. Nec tamen negligendum nostrum potius ignem principium motus esse existimare, aquam potius materiam quamdam primam, licet alterum sine altero existere non posse et utrumque materiem esse statuere illum ex toto opere pateat. Et cum loco supra adlato comparanda videntur verba extremi capituli 10.: ἐν δὲ τούτῳ ἐποιήσατο πυρὸς περιόδους τρισσάς . . . . αἱ δὲ μέσαι καὶ εἴσω καὶ ἔξω περαίνουσαι τὸ θερμότατον καὶ ἰσχυρότατον πῦρ, ὅπερ πάντων κρατέει, διέπον ἅπαντα κατὰ φύσιν, ἄψοφον καὶ ὄψι καὶ ψαύσι· ἐν τούτῳ ψυχὴ, νόος, φρόνησις, αὔξησις, κίνησις, μείωσις, διάλλαξις, ὕπνος, ἐγρήγορσις. τοῦτο πάντα διὰ παντὸς κυβερνᾷ καὶ τάδε καὶ ἐκεῖνα οὐδέκοτε ἀτρεμίζων. Nimirum hoc congruit fere cum Heracliti sententia τὸ πῦρ esse, ᾧ φρονοῦμεν, de qua vide Wyttenbachium ad Plat. Phaed. p. 257. et Groen van Prinsterer prosopogr. Plat. p. 36., Stallb. ad p. 147. Quid igitur de his iudicandum? Equidem sic censeo: incertum auctorem nostrum leni fortasse mutatione Heraclitea nobis tradere, quod magis etiam apparebit e sequentibus.

Capite 4° haud procul ab initio ac cap. 5. haec occurrunt, quae licet longiora sint, describenda videntur: οὕτω δὲ τούτων ἐχόντων ἐς πολλὰς καὶ παντοδαπὰς ἰδέας ἀποκρίνονται ἀπ' ἀλλήλων καὶ σπερμάτων καὶ ζῴων οὐδὲν ὁμοίων ἀλλήλοισι οὔτε τὴν ὄψιν, οὔτε τὴν δύναμιν. ἅτε γὰρ οὔποτε κατὰ τωὐτὸ ἱστάμενα, ἀλλ' αἰεὶ ἀλλοιούμενα ἐπὶ τὰ καὶ ἐπὶ τὰ, ἀνόμοια ἐξ ἀρχῆς γίγνεται καὶ τὰ ἀπὸ τούτων ἀποκρινόμενα. Ἀπόλλυται μὲν οὖν οὐδὲν ἁπάντων χρημάτων, οὐδὲ γίγνεται ὅ τι μὴ καὶ πρόσθεν ἦν· ξυμμισγόμενα δὲ καὶ διακρινόμενα ἀλλοιοῦται· νομίζεται δὲ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων τὸ μὲν ἐξ Ἅιδου ἐς φάος αὐξηθὲν γενέσθαι, τὸ δὲ ἐκ τοῦ φάεος ἐς Ἅιδην μειωθὲν ἀπολέσθαι· ὀφθαλμοῖσι γὰρ πιστεύουσι μᾶλλον ἢ γνώμῃ, οὐχ ἱκανοῖσι ἐοῦσι οὐδὲ περὶ τῶν ὁρεομένων κρῖναι· ἐγὼ δὲ τάδε γνώμῃ ἐξηγέομαι. Ζῷα γὰρ κἀκεῖνα καὶ τάδε· καὶ οὔτε τι ζῷον ἀποθανεῖν οἷόν τε, εἰ μὴ μετὰ πάντων· ποῦ γὰρ ἀποθανεῖται; οὔτε τὸ μὴ ὂν γενέσθαι, πόθεν γὰρ ἔσται; ἀλλ' αὔξεται πάντα καὶ μειοῦται ἐς τὸ μήκιστον καὶ ἐς τὸ ἐλάχιστον τῶν γε δυνατῶν. Ὅ τι δ' ἂν διαλέγωμαι γενέσθαι ἢ ἀπολέσθαι, τῶν πολλῶν εἵνεκεν ἑρμηνεύω· ταῦτα δὲ ξυμμίσγεσθαι καὶ διακρίνεσθαι δηλῶ· ἔχει δὲ ὧδε· γενέσθαι καὶ ἀπολέσθαι τωὐτὸ, ξυμμιγῆναι καὶ διακριθῆναι τωὐτὸ, αὐξηθῆναι καὶ μειωθῆναι τωὐτὸ, γενέσθαι, αὐξηθῆναι καὶ μειωθῆναι τωὐτὸ, ἀπολέσθαι, μειωθῆναι, διακριθῆναι τωὐτὸ, ἕκαστον πρὸς πάντα καὶ πάντα πρὸς ἕκαστον τωὐτὸ, καὶ οὐδὲν πάντων τωὐτό· ὁ νόμος γὰρ τῇ φύσι περὶ τούτων ἐναντίος. Χωρεῖ δὲ πάντα καὶ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα ἄνω καὶ κάτω ἀμειβόμενα. Ἡμέρη καὶ εὐφρόνη ἐπὶ τὸ μήκιστον καὶ ἐλάχιστον, ὡς καὶ τῇ σελήνῃ τὸ μήκιστον καὶ τὸ ἐλάχιστον, πυρὸς ἔφοδος καὶ ὕδατος, ἥλιος ἐπὶ τὸ μακρότατον καὶ βραχύτατον, πάντα ταὐτὰ καὶ οὐ ταὐτά. Φάος Ζηνὶ, σκότος Ἀΐδῃ, φάος Ἀΐδῃ, σκότος Ζηνὶ, φοιτᾷ κεῖνα ὧδε καὶ τάδε κεῖσε, πᾶσαν ὥρην διαπρησσόμενα κεῖνά τε τὰ τῶνδε, τάδε τε τὰ κείνων. Καὶ ἃ μὲν πρήσσουσι οὐκ οἴδασι, ἃ δὲ οὐ πρήσσουσι δοκέουσι εἰδέναι· καὶ ἃ μὲν ὁρέουσι οὐ γιγνώσκουσι· ἀλλ' ὅμως αὐτοῖσι πάντα γίγνεται δι' ἀνάγκην θείην καὶ ἃ βούλονται καὶ ἃ μὴ βούλονται. Φοιτεόντων δ' ἐκείνων ὧδε τῶνδέ τε κεῖσε, ξυμμισγομένων πρὸς ἄλληλα, τὴν πε-

πρωμένην μοῖραν ἕκαστον ἀναπληροῖ καὶ ἐπὶ τὸ μέζον καὶ ἐπὶ τὸ μεῖον. Φθορὴ δὲ πᾶσι ἀπ' ἀλλήλων, τῷ μέζονι ἀπὸ τοῦ μείονος καὶ τῷ μείονι ἀπὸ τοῦ μέζονος· αὐξάνεται καὶ τὸ μέζον ἀπὸ τοῦ ἐλάσσονος καὶ τὸ ἔλασσον ἀπὸ τοῦ μέζονος. — Equidem hunc locum, longiorem licet, integrum descripsi, quia plura certa Heracliteae doctrinae vestigia in illo deprehendere mihi visus sum, de quibus singulis videre lubet. Primo quidem est celebratissimum Heracliti et Heracliteorum *ῥεῖν τὰ ὅλα ποταμοῦ δίκην*, quam opinionem lepide ridet Plato in Cratylo, p. 411. B. C. Huius autem rei indicia in universo, quem descripsimus, loco tam manifesta insunt, ut quivis facile agnoscat et fere valeat etiam de incerto auctore, quod Plato de Heracliteis habet: *ὑπὸ τοῦ πυκνὰ περιστρέφεσθαι ζητοῦντες, ὅπη ἔχει τὰ ὄντα, ἀεὶ ἰλιγγιῶσι, κἄπειτα αὐτοῖς φαίνεται περιφέρεσθαι τὰ πράγματα καὶ πάντως φέρεσθαι.* — Ad ea, quae noster auctor habet de vulgi opinione *περὶ τοῦ γενέσθαι*, sponte in memoriam redit Euripideum apud Plat. in Gorgia p. 492. E.

τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν;

ubi vide locos ab interpretibus laudatos, v. c. Clem. Alex. Strom. p. 434. *οὐχὶ καὶ Ἡράκλειτος θάνατον μὲν γένεσιν καλεῖ*; Sext. Empir. Pyrrh. Hyp. III. 24. *ὁ Ἡράκλειτός φησιν, ὅτι καὶ τὸ ζῆν καὶ τὸ ἀποθανεῖν καὶ ἐν τῷ ζῆν ἡμᾶς ἐστι καὶ ἐν τῷ τεθνάναι· ὅτε μὲν γὰρ ἡμεῖς ζῶμεν, τὰς ψυχὰς ἡμῶν τεθνάναι καὶ ἐν ἡμῖν τεθάφθαι, ὅτε δὲ ἡμεῖς ἀποθνήσκομεν, τὰς ψυχὰς ἀναβιοῦν καὶ ζῆν.* Nempe aut ego egregie fallor, aut auctor noster hoc Heracliti placitum in iis, quae de rerum ortu et interitu monet, respexit et suo more forsitan est interpretatus, ita ut nasci, augeri, commisceri et mori, minui, disiungi, idem esse diceret et interire res negaret, sed mutari tantum doceret. — At videmus loco laudato etiam mentionem fieri *τῆς πεπρωμένης μοίρης*, quod item fit capite 8., tum vero noster: *ἀλλ' ὅμως*, inquit, *αὐτοῖσι πάντα γίγνεται δι' ἀνάγκην θείην.* Sunt autem haec probe tenenda: scilicet Plut. de placitis philos. I. 27. *Ἡράκλειτος*, inquit, *πάντα καθ' εἱμαρμένην, τὴν δ' αὐτὴν ὑπάρχειν καὶ ἀνάγκην.* — Itaque noster *τὴν εἱμαρμένην* Heracliti appellavit *τὴν πεπρωμένην μοῖραν*. In verbis autem laudatis, *ἡμέρη καὶ εὐφρόνη ἐπὶ τὸ μήκιστον καὶ ἐλάχιστον.* — *σκότος Ζηνί*, agnoscere mihi videor quod Laërtius tradit Heraclitum statuisse *γίγνεσθαι πάντα κατ' ἐναντιότητα*. Quin in illo *χωρεῖ δὲ πάντα καὶ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα ἄνω καὶ κάτω ἀμειβόμενα* sine dubio respicitur ad Heracliteam illam *ὁδὸν ἄνω καὶ κάτω*, de qua item Diogenes Laërtius loquitur, et cuius placiti verba ipsa legimus in libello de alimento, uti antea significavimus.

Pergamus autem ad alia: sub finem cap. 7.: *οὐ γὰρ δύναται*, inquit, *τὸ μὴ ὁμότροπον ἐν τοῖσι ἀξυμφόροισι χωρίοισι ἐμμένειν· πλανᾶται μὲν γὰρ ἀγνοούμενα, ξυμμισγόμενα δὲ ἀλλήλοισι ξυγγιγνώσκεται· προσίζει γὰρ τὸ ξύμφορον τῷ ξυμφόρῳ· τὸ δὲ ἀξύμφορον πολεμεῖ καὶ μάχεται καὶ διαλλάσσει ἀπ' ἀλλήλων.* Quae nescio an non potius ex Empedocleo *τὸ ὅμοιον τοῦ ὁμοίου ἐφίεσθαι* pendeant, quam ex placito aliquo Heracliteo.

Quod principio capitis 7. legitur, *ἐσέρπει δ' ἐς ἄνθρωπον ψυχὴ πυρὸς καὶ ὕδατος ξύγκρησιν ἔχουσα, μοῖραν σώματος ἀνθρώπου· ταῦτα δὲ θήλεα καὶ ἄρσενα καὶ πολλὰ καὶ παντοῖα τρέφεται*: id, ni fallor, intelligendum ex Heracliteo *πάντα ψυχῶν εἶναι καὶ δαιμόνων πλήρη.*

Advertunt porro ea, quae cap. 8. scripta leguntur: *χώρην δὲ ἀμείψαντα καὶ τυχόντα*

ἁρμονίης ὀρθῆς, ἐχούσης ξυμφωνίας τρεῖς, ξυλλήβδην διεξιὼν διὰ πασέων ζώει καὶ αὔξεται τοῖσι αὐτοῖσι, οἷσι καὶ πρόσθεν, ἢν δὲ μὴ τύχῃ τῆς ἁρμονίης, μηδὲ ξύμφωνα βαρέα τοῖσι ὀξέσι γένηται, ἡ πρώτη ξυμφωνίη διαφθείρεται· ἢν δὲ δευτέρη γένεσις ᾖ, τότε διὰ παντὸς ἑνὸς ἀπογενομένου πᾶς ὁ τόνος μάταιος· οὐ γὰρ ἂν προσαείσειε, ἀλλ' ἀμείβει ἐκ τοῦ μέζονος ἐς τὸ μεῖον πρὸ μοίρης. Existimo enim in his latere παλίντονον illam Heracliti ἁρμονίαν, de qua sermo est apud Platonem in Symp. p. 187. A., Soph. p. 232. D. Cf. Groen van Prinsterer prosopogr. Plat. p. 36. seq., ubi vide inprimis locum Aristotelis (Ethic. VIII. 1.) Heracliteum hocce memorantis: τὸ ἀντίξοον ξυμφέρον καὶ ἐκ τῶν διαφερόντων καλλίστην ἁρμονίαν esse. Cum quo ad unguem convenit, quod cap. 18. apud scriptorem nostrum occurrit: μουσικῆς ὄργανον ὑπάρξαι δεῖ πρῶτον, ἐν ᾧ δηλώσει ἃ βούλεται ἁρμονίη· ξυντάξιες δὲ τῶν αὐτῶν οὐχ αἱ αὐταὶ, ἐκ τοῦ ὀξέος, ἐκ τοῦ βαρέος, ὀνόματι μὲν ὁμοίων, φθόγγῳ δὲ οὐχ ὁμοίων, τὰ πλεῖστον διάφορα μάλιστα ξυμφέρει καὶ τὰ ἐλάχιστον διάφορα ἥκιστα ξυμφέρει. εἰ δὲ ὅμοῖα πάντα ποιήσει τις, οὐκ ἔνι τέρψις. Notemus vero ista eo legi loco, ubi auctor noster demonstrat, homines uti artibus ὁμοίῃσι ἀνθρωπίνῃ φύσι, et ubi artium cum naturae rebus gestis comparatione has ex illis illustrare studet.

Quae traduntur cap. 27., seq. de generatione, conferenda sunt cum iis, quae in libro περὶ φύσιος παιδίου τοῦ ἐν τόκῳ leguntur. Sunt nempe inter se similia saltem hac in re, quod uterque auctor statuit tum virum, tum mulierem semen emittere non solum, sed utrumque tum masculinum, tum foemininum secernere semen, foetusque sexum pendere ἀπὸ τοῦ ἐπικρατοῦντος.

Sufficiant autem haec de summis doctrinae in his libris traditae principiis. Magnam partem ex Heracliti, τοῦ σκοτεινοῦ philosophia ista ducta esse abunde constat, nec vero intellectu facilis est oratio pluribus locis, quod mirum non est in Heracliti imitatore.

Clericus opinatus est haec scripta referenda esse ad Herodicum Selymbrianum. Et auctor sane tanquam proprium suum inventum iactat praenotionem eorum, quae homini accidant, antequam morbus fiat, cuius originem repetit a iusto maiore minoreve ciborum copia pro laborum modo, ita ut in his temperandis summum medendi instrumentum ponat. Plato vero Herodicum σοφιστὴν appellat (Protagoras p. 316. E.); et quis non in primo praecipue libro sophistam agnoscit? — Sed tamen ideo certo hos libros anctori adscribere, de quo ceterum perparum novimus, me iudice non licet.

Id constat libros tres de diaeta cum libello περὶ ἐνυπνίων unum integrum esse opus. Num libellum περὶ ἐνυπνίων quartum librum facere oporteat, quod Littréus fecit, an vero pro parte extrema libri tertii habere, incertum videtur, neque multum ad rem facit. Hac in re secutus sum Littréum, et tamen si cum libro tertio partem illam operis, quae de insomniis agit, coniungere malis, non adversabor; quin ratio, qua in codicibus mss. se habet, potius distributioni operis in libros tres, quam in quatuor favere mihi videtur. — Auctorem sophistam esse, s. iatrosophistam, qui Heracliti placita in primis arripuit, certo demonstratum est. Vid. Bernays Heraclitea, particula prima, et in Museo Rhen. VII. p. 90., IX. p. 241.

Supra quidem de Galeni verbis hunc librum memorantis dimisi lectorem ad Ackermannum; operae pretium tamen videtur describere locum e libro I. de alimentorum facultatibus p. 473. ed. Kühn., ubi de his libris loquitur Pergamenus et unde constat quam

incerti fuerint antiqui de auctore; est autem locus memorabilis, quia quam parvam veterum de his scriptis indiciis fidem habere possis, abunde docet; en eum: ἐν δὲ τοῖς νῦν ἐνεστῶσι καιρὸς ἂν εἴη τὰς τῶν σιτίων εἰπεῖν κράσεις: ὡς ἐν τῷ (περὶ excidit) διαίτης ἐγράφθη βιβλίῳ, κατά τινας μὲν Ἱπποκράτους ὄντι συγγράμματι, κατά τινας δὲ Φιλιστίωνος, ἢ Ἀρίστωνος, ἢ Εὐρυφῶντος, ἢ Φιλήτου, παλαιῶν ἁπάντων ἀνδρῶν. ἀρχὴ δέ ἐστιν αὐτοῦ κατὰ μὲν ἔνια τῶν ἀντιγράφων ἥδε· Σιτίων τε καὶ πομάτων δύναμιν ἑκάστου καὶ τὴν κατὰ φύσιν καὶ τὴν διὰ τῆς τέχνης ὧδε χρὴ διαγινώσκειν· (quod est principium cap. 39. p. 434. nostrae editionis) ἐν ἄλλοις δὲ ἥδε· Χωρίων δὲ θέσιν καὶ φύσιν ἑκάστου ὧδε χρὴ διαγινώσκειν· (est principium libri II., i. e. cap. 37. p. 430. nobis) ὅταν μὲν οὖν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ φέρηται τὸ βιβλίον τοῦτο, περὶ διαίτης ἐπιγράφεται, μέρος ὂν δεύτερον εἰς τρία διῃρημένου τοῦ παντός· ὅταν δὲ τὸ συγκείμενον ἐκ τῶν τριῶν ὅλον ἓν ἀδιαίρετον εὑρεθῇ, περὶ φύσεως ἀνθρώπου καὶ διαίτης ἐπιγράφεται. τὸ μὲν οὖν δεύτερον, ἐν ᾧ περὶ τῶν σιτίων διέρχεται, τάχ' ἄν τις εὐλόγως Ἱπποκράτους ἄξιον ἡγήσαιτο· τὸ δὲ πρῶτον ἀφέστηκε πάμπολλα τῆς Ἱπποκράτους γνώμης· ἀλλὰ τοῦτο μὲν οἷον ὁδοῦ τι πάρεργον εἰρήσθω. Quid igitur? alius alii scriptori librum tribuit. Quae de inscriptionibus diversis monet, non sunt negligenda; apparet hoc in opere iterum quam incerti sint tituli antiqui, sed totum opus inscribendum esse potissimum περὶ φύσιος ἀνθρώπου καὶ διαίτης mihi non constat; praefero titulum περὶ διαίτης, cum respiciam totius operis exordium, neque credo scriptorem aliud nomen libro suo dedisse. Quod Galenus partem aliam libri Hippocrate dignam, aliam longe ab eius doctrina remotam dicit, hac in re ridiculus est, quum manifesto totum opus sit unum et integrum scriptum ab uno auctore, eoque sane non Hippocrate, conscriptum.

Haec de his libris dicta sunto.

§ 41.

De libris de principiis, de aetate, de septimestri partu, de octimestri partu, de numero septenario.

Hos libros una hic comprehendo, quia ab eodem auctore, quem Pythagoreum aliquem fuisse suspicor, videntur profecti. Nolim affirmare ordinem, quo eos dispono, eum esse, quo conscripti ab illo sint, quin probabilius mihi videtur librum περὶ ἑβδομάδων a maxime universalibus initium ducentem, antecessisse ceteros. Sed hunc postremo collocavi propter miseram conditionem, qua nobis relictus est. Non supersunt, nisi duae interpretationes Latinae, quarum altera a Littréo edita intelligi non potest et quarum altera a Darembergio edita item locis multis ita se habet, ut sensum sanum ex integro capite saepius non elicias; tum vero desunt huic capita aliquot. Fragmenta Graeca huius libri supersunt pauca; accipiunt quidem lucem e Latinis, sed ne horum quidem ope fragmentum primum restitui probabiliter potest; tum vero etiamsi singula ad unguem restitui possent, sunt tam pauca numero, ut scriptum universum ex iis cognoscere non liceat.

Singulorum librorum conspectum tradam, excepto libro περὶ ἑβδομάδων, quem non satis intelligo, ut facere apte possim, ita ut ad libri cognitionem conferat. Facere quidem sum

conatus, sed impedivit me quominus rem absolverem corruptela scripturae partim, partim ineptia eorum, quibus interpretationes Latinas debemus.

Libro igitur περὶ σαρκῶν inscribi solito, quem etiam περὶ ἀρχῶν dixerunt alii, haec fere traduntur:

„Adhuc, inquit auctor, communibus usus sum sententiis tum aliorum, tum meis; nunc vero meam ipsius proponam sententiam."

„Id, quod *calidum* appellamus, mihi immortale esse videtur et omnia intelligere et videre, et cum praeterita omnia, tum futura scire. Huius quidem pars maxima, quum omnia conturbarentur, ad supremum circuitum escendit eamque veteres *aethera* appellavisse mihi videntur. Altera pars *terra* vocatur et est frigida et sicca. Tertia pars calidi medium quendam in aëre locum obtinuit... Quarta vero terrae proxima humidissima et crassissima est. Ista autem quum in orbem circumacta turbarentur, multum calidi in terra concludebatur partim maiore, partim minore, partim minutissima copia quidem, sed innumeris particulis, temporisque tractu exsiccatâ a calido terrâ conclusa illa circum se putredines produxerunt, veluti membranam. Diu autem calefacta ea pars terrae putrefactae, quae pinguedinis multum et parum liquidi habebat, exusta in ossa convertebatur. Quae vero partes tenaciores erant et frigidi participes, calefactae non exurebantur, neque liquescebant, sed nervi solidi facti sunt. Venae autem multum habebant frigidi, adeo ut huius pars tenacissima a calido exassata membrana facta sit, quae vero pars a calido superaretur, sit dissoluta et in sanguinem conversa. Simili modo fauces, gula, ventriculus et intestina ad rectum usque cava formata sunt, eademque ratione vesica exstitit ceteraeque partes cavae omnes. Frigidum autem condensat, calidum diffundit, idemque temporis tractu exsiccat."

„Cerebrum sedes et fons est frigidi et glutinosi; medulla vero fons pinguedinis. Itaque cerebrum minimum pinguedinis habet, sed plurimum glutinosi, et quum a calido exuri non possit, tractu temporis crassam nactum est membranam et circa membranam ossa orta ex iis, quae calidum superavit et in quibus inerat pinguedo. Medulla autem spinalis, quae a cerebro ducitur, huic fere similis est et pinguedinis expers et membrana praedita; quibus rebus a medulla ossium differt."

„Viscera autem hoc modo mihi nata esse videntur: cor multum glutinosi et frigidi habet et calefactum caro evasit dura et viscida, et membrana circumdatum est et cavum factum, et ad caput venae maxime cavae adiacet. Tendunt nempe venae duae, quae cavae sunt, a corde, — altera *arteria* audit, altera *vena cava*, cui adnexum est cor. Calidi plus habet arteria quam vena cava; illa vero spiritum per corpus dispensat. Ab his venis duabus aliae ad reliquas corporis partes tendunt. Cor, quum calidissimum sit, partium omnium habet spiritum. Calidissimam autem partem esse, sponte patet. Quia calidus est sanguis, cor et venae cavae semper moventur, ideoque cor trahit spiritum. Puerulus autem in ventre matris labiis compressis sugit alimentum ex utero et spiritum etiam, respirante matre, corde intus attrahit."

„Pulmo prope cor est ortus hoc modo: partem humoris maxime glutinosam calefaciens cor exsiccavit instar spumae et cavernosum reddidit multasque in eo fecit venulas. Nimirum quod in glutinoso inerat frigidum a calido fusum in humorem conversum est: partes ceterae glutinosae tunicas formarunt."

„Iecur vero sic exstitit: una cum calido humoris multum conclusum fuit sine glutinoso et pingui; itaque frigidum superavit calidum et condensatum est humidum. Lien autem hac ratione: cum calido et glutinoso parva tantum pars frigidi fuit, quanta sufficeret ut glutinosum cogeretur, unde fibrae in liene, et his de causis lien mollis simul est et fibris plenus. Renes hoc modo nati sunt: parum fuit humidi, plurimum glutinosi, calidi parum, frigidi plurimum, a quo coacti fuerunt et viscus exstitit durissimum, minime rubrum, quia non multum calidi inest. Eadem carnium est ratio: frigidum coēgit humidum et carnem ex eo fecit, glutinosum vero foraminula factum est, in foraminulis vero inest humor, quemadmodum in venis."

„Calidum in corpore universo multum inest, plurimum etiam humidi, et frigidi multum in humore: tantum autem inest frigidi, quantum cogere possit humorem, sed superatum a calido diffusum est. Humorem autem calidum esse e sanguine patet de vulnere manante; quamdiu enim calet, liquet; sin a frigido quod inest et ab externo frigore tangatur, in cuticulam mutatur, quam si quis demat, nova brevi succrescit. Constat inde simul extremas corporis partes adflantibus ventis a frigore in eas agente necessario cutem fieri."

„Articuli vero ita orti sunt: quum ossa fierent, citissime exurebantur eae partes, quae essent frigidae; quae vero glutinosae essent, exuri non potuere, sed inter exustas partes conclusae et exsiccatae a calido nervi fiebant et mucus. Quae autem pars glutinosi humidissima erat, calefacta crassior evasit et ita mucus exstitit."

„A glutinoso autem nati sunt ungues; nam ab ossibus et articulis pars humidissima continenter secedit et a calido siccata glutinosa fit et magis arefacta unguium speciem extus induit."

„Dentes vero sero nascuntur hac de causa: a capitis ossibus et maxilla incrementum capiunt: glutinosum et pingue, quod inest, a calido exsiccatum exuritur et dentes fiunt reliquis ossibus duriores, quia frigidi nihil inest. Primi dentes a victu in utero nascuntur et septimo anno fere decidunt; ii vero, qui postea in illorum locum succrescunt, ad senectutem usque persistunt et a cibis et potu fiunt. Nascuntur autem post ceteras partes propterea quod in maxilla venae sunt, quas ossa cetera non habent, sed quae alimentum praebent ex ventre. Ossa vero cetera non solum, sed omnes reliquae partes tale capiunt incrementum, quales sunt ipsae; nam venae e ventriculo et intestinis hauriunt tenuissimam alimenti partem, crassissima contra relinquitur et stercus fit. Alimentum vero quum ad corporis partes advenit, singulis partibus eam speciem, quam ipsae habent, communicat. Nempe omnia, quae in corpore insunt, calidum et frigidum, et glutinosum et pingue, et dulce et amarum, et ossa ab alimento irrigata augentur. Itaque maxillae, quia venas habent, plus nutrimenti attrahunt, quam cetera ossa et tale incrementum praebent, quales sunt ipsae, quamdiu homo crescit, crescit autem simul ac perspicue adolevit, quod accidit maxime ab anno septimo ad decimum quartum usque, quo tempore dentes maximi oriuntur et reliqui omnes, qui excidentibus illis, qui ab alimento in utero nascuntur, in horum locum subveniunt. Increscit autem ad tertium etiam annorum septenarium, quo adolescens fit, usque ad septenarium quartum, quintumve; ac quinto quidem plerisque hominibus excrescunt dentes duo, qui σωφρονιστῆρες dicuntur."

„Pili ita crescunt: ossa sunt et cerebrum unde incrementum capiunt, quia glutinosum circumcirca est, sicuti in nervis, et quia pingue non inest. Nascuntur vero pili etiam multi in axillis et pube, quum ubicumque in corpore glutinosum sit, a calido pili nascuntur."

„Audit homo, quia aurium foramina penetrant ad os durum et siccum lapidi simile, cui ossi adiacet cavum. Iam vero soni ad durum illud deferuntur et cavum os intonat propter suam duritiem. Cutis autem, quae prope aurem est in osse duro, tenuis est instar araneae et siccior reliqua cute. Sunt autem plura, quae docent id, quod siccissimnm est, plurimum resonare. Fuerunt qui dicerent cerebrum audire, at hoc locum habere nequit: nam cerebrum humidum est et cingitur membrana, quam circumdant ossa: humidum quid vero non sonat, sed sicca sonant, eaque quae sonant auditionem faciunt."

„Cerebro autem odorandi est facultas et, cum ipsum sit humidum, siccorum odorem percipit eum attrahens una cum aëre per branchia (conchos et os ethmoïdeum): nam cerebrum ad narium cava protenditur, quo loco non conclusum est osse, sed cartilagine molli instar spongiae. Et cum narium cavum maxime siccum est, cerebrum sicca quam optime odorare potest: aquae enim odorem percipit nullum; est nempe haec humidior cerebro, nisi putrescat; putrescens autem et aqua et reliqua omnia fiunt crassiora. Ubi contra nares sunt humidae, aër per eas attrabi nequit, adeo ut olfactus impediatur. Eadem, qua olfactus fit, via de cerebro destillationes accidunt in palatum et gulam et pulmonem et ventrem."

„Visus ita se habet: a cerebri membrana vena per os ad utrumque tendit oculum, per quas venas a cerebro percolatur tenuissima glutinosi pars et circa se membranam ducit, qualis est pellucidum illud in oculo ventis expositum. Sunt autem einsmodi membranae multae ante pellucidum illud, per quod visio fit: nam ad pellucidum illud lux reflectitur et splendentia quaevis. Itaque huius reflectentis ope bomo videt; id vero, quod non splendet, neo lumen reflectit, non videt. Reliqua vero oculi pars alba, caro est. At oculi pupilla nigra videtur, quia in profundo sita est et cincta membranis nigris, neque tamen conspectu nigra est, sed alba, pellucida, humor vero glutinosus est. Laedit oculum quodcumque in eum illabitur, et venti adflantes et quaecumque nimis splendent."

„Loquitur autem homo spiritus ope, quem attrahit, quique foras propulsus per vacuum sonum edit. Nam caput resonat, linguaque sonum efformat, ad palatum et dentes sese adplicans. Sine linguae auxilio loqui articulate bomo non possit, sed sonum tantum ederet: indicio sunt muti, qui loqui nequeunt, sed vocem solum edunt. Neque spiritu emisso loqui quis valet. Nam qui magnam vocem emissuri sunt, spiritum attractum foras pellunt et clamorem edunt, quamdiu spiritus exit, quo cessante sonus evanescit. Idem obtinet in iis, qui canentes magnum sonum proferunt. Unde constat spiritum esse, qui vocem faciat. Tandem etiam vidi, qui sese interfecturi totum praeciderant guttur; qui quidem vel sic in vita manere possunt, sed vocem edere nequeunt, nisi guttur comprimant. Ita quidem circa vocem res se habet."

Haec quidem libro περὶ σαρκῶν continentur; subiungo statim bis conspectum capitis 19., quod scriptum separatum a nonnullis babetur περὶ αἰῶνος inscriptum.

„Vita hominis, ita auctor, septem diebus circumscribitur. Primnm quidem septimo die, postquam in uterum genitura illapsa est, partes habet omnes, quae in posterum illi competunt. Tnm vero si quis septem dies a cibo et potu abstineat, plerique intra hoc tempus moriuntur, pauci supersunt, qui postea tamen obeunt. Fuerunt etiam quibus persuaderetur ut cibum caperent, verum venter non amplius eum admittit, nam intestinum ieiunum illo tempore

coalescit, adeo ut hi quoque moriantur. Tum puer septimo mense natus secundum certam legem in lucem editur et vivit et certam habet rationem ad septenarios numeros respondentem: octavo vero mense natus infans non vivit, sed post novem menses et decem dies in lucem editus et vivit et numerum habet septenario ad amussim respondentem."

„Ad eandem normam etiam morbi acutissimi oriuntur, diiudicantur: acutissimi diebus quatuor, seu dimidio septenario; qui sequuntur, integro dierum septenario; tum uno septenario et dimidio; porro duobus septenariis. Reliqui vero morbi haud ita certam finis sui rationem obferunt. Pariter magna in capite et reliquo corpore vulnera quarto die inflammari coepta sunt; intra septem dies vero inflammatio cessat aut intra duodecim; sin inepte aliquis ea curet, homines moriuntur."

„Miretur quis forsitan septimo mense puerum nasci; ego vero saepius vidi et praeterea huius rei facile aliquis certior fieri potest, modo obstetrices interroget. Tum vero hoc etiam indicio est, quod septimo anno exacto pueri dentes explent: ratio autem, quare natura haec omnia per septenarium numerum ordinaverit, alio loco traditur."

Sunt fere haec, quae traduntur in ea parte postrema libri περὶ ἀρχῶν, quam sub titulo περὶ αἰῶνος separatim nonnulli ediderunt. In eo opusculo, quod περὶ ἑπταμήνου inscribi solet, habentur fere quae sequuntur.

„Septimestres pueri nascuntur diebus centum et octoginta duobus cum dimidio et diei particula. Nam si computes primi mensis dies quindecim et mensium quinque dies centum quadraginta et septem cum dimidio (quippe quinquaginta et novem dies fere duos menses faciunt), in septimum mensem supersunt dies plures quam viginti, qui annum faciunt dimidium, diei parte ad partem diei accedente. Cum igitur ad istum temporis finem foetus pervenit et vires eius creverunt, membranae, quibus continetur, a foetu robustiore rumpuntur adeoque partus ut fiat est necesse. Horum quidem plurimi intereunt: nam foetus iusto minor est et mutatio illi accidit maior quam ceteris; tum vero ex utero prodeuntes coguntur solita mala per quadraginta dies perpeti, quae etiam decimo mense natis multis perniciem adferunt. Pauci tamen supersunt, quum temporis, per quod in utero fuerint, ratio ita comparata sit, ut omnium sint participes, quae perfectissimus quisque foetus habet et qui maxime superfuturus sit, et a matre eduntur priusquam patiuntur mala, quae octavus mensis adferre solet. Plerique vero foetus septimo illo mense, quum membranae laxentur, qua parte hae laxentur cedunt, et ibi alimentum capiunt per quadraginta dies primos plus minus laborantes. Multae autem mulieres illo tempore partu edito febricitant, aliae cum prole sua pereunt."

„Aiunt autem mulieres octavum mensem molestissimum graviditatis tempus esse. Vere quidem illae, at tempus illud non est solus mensis octavus, sed et septimi et noni mensis dies si accesserint. Quando vero septimo mense membranae rumpuntur et foetus suam sedem mutaverit, incipiunt labores, qui octavo mense et circa sextum quadragenarium accidere solent. Quo tempore praeterlapso in iis, quibus faustus rerum eventus est futurus, inflammationes solvuntur tum matris, tum foetus, ita ut mollis fiat venter et tumor descendat ab hypochondriis ad locos inferiores. Septimum autem quadragenarium ibi loci fere transigit foetus et facillime gerunt uterum mulieres postremis huius periodi diebus, donec foetus vertatur, quo facto dolores partus invadunt, donec puero et secundis mater liberetur."

„Quaecnmque vero mulieres plures partus ediderunt, in quibus aliquis foetus claudus aut coecus fuerit, illae fatebuntur illius graviditatis mensem octavum sibi molestiorem fuisse quam graviditatis, qua integrum foetum ediderunt. Nimirum foetus mutilus octavo mense vitae aegrotaverit et morbus abscessum fecerit. Qui vero foetus alio tempore admodum aegrotant, intereunt antequam ad abscessum res perveniat. Octimestres autem foetus non valde laborantes, nec tamen recte valentes, quadraginta dies illos debiles transigunt, sed in utero fere convalescunt. Sin in lucem edantur, fere moriuntur, quum morbo iam in utero orto accedant mutationes et labores post partum. At illi, qui in utero morbo defunguntur et mense nono in lucem emittuntur, superesse solent; praecipue cum sub finem noni mensis nascuntur, quia illo tempore sunt robustiores et longiore intervallo ab octavi mensis aerumnis remoti; nempe qui intra septem quadragenaria in lucem eduntur, eadem de causa in vita manent. Indicio vero morbosum esse octavum mensem est tenuitas pueri nono mense nati, quum nuper e morbis istis evaserit. Septimestres contra bene nutriti in lucem eduntur, quum sani in utero fuerint."

„Mulieribus autem foetus conceptio et abortiones et partus illo tempore iudicantur, quo morbi hominibus omnibus. Ista vero omnia partim secundum dies, partim secundum menses, partim secundum quadragenarium dierum numerum, partim secundum annum sui significationem praebent. Dies maxime notabiles esse solent primus et septimus, tum in morbis, tum quod ad foetum attinet: nam illis etiam diebus plerisque abortiones accidunt, quae eo tempore ἐκρύσεις vocantur. Reliqui autem dies ante quadragesimum minus quidem insignes sunt, sed multi sunt iudicatorii. Mensium vero eadem quae dierum est ratio. Fluunt etiam sanis muliebres purgationes quoque mense, quum mensis peculiarem vim in corpora habeat. Quo fit etiam ut septimus mensis foetum ad perfectionis initium deducat, quo tempore talia in foetus corpore accidunt et dentes se produnt."

„Idem valet de diebus criticis: medicum in primis animum advertere oportet ad dies pares, decimum quartum, vicesimum octavum, quadragesimum secundum. Hic enim terminus harmoniae ratione et integer et perfectus numerus a quibusdam statuitur. Spectandum est autem per ternarios numeros et quaternarios: per ternarios omnes copulatos, per quaternarios vero alternis vicibus copulatis, alternis connexis. Quadragenarius numerus vero primum quidem iudicat in embryo: quae hunc diem superant, abortionem effugiunt, quippe haec primo quadragenario maxime frequens est: nam postea robustiores sunt foetus et corporis membra discernuntur, quod tamen in foeminino foetu tardius accidit. Nempe similia in simili diutius similia sunt: tardius distinguuntur propter consuetudinem et coniunctionem. Ceterum cum a matre editae sunt puellae, citius quam pueri et pubescunt et senescunt propter corporis imbecillitatem. Alter quadragenarius numerus est, quo circa octavum mensem foetus in utero aegrotant; tertius, quo superiore periodo absoluta nascuntur robustiores et magis intelligentes. Nimirum simul ac nati sunt, in somno rident infantes et plorant et vigilantes statim rident et plorant ante diem decimum quartum, neque vero tacti et irritati ante illud tempus rident: nam pituita vires obtunduntur. Etiam mors ex fato accidit. Itaque documento est omnibus secundum naturam omnia ex iisdem orta certis temporibus constitutas habere mutationes."

Pervenimus igitur ad libellum περὶ ὀκταμήνου, in quo haec fere habentur:

„Ad octimestrem vero partum, inquit auctor, quod attinet, dico dnas affectiones sibi continuo subsequentes ferre infantes non posse, adeo ut nullus supersit octavo mense natus. Infans autem laborare incipit, cum partus instat, et mortis periculum obire, cum in utero vertitur. Nempe omnes crescunt capite superiorem in utero locum tenente, sed in lucem emittuntur in caput, et facilius ità foras prodeunt quam si in pedes ferantur; quod si accidat, facilius exitus occluditur; nec raro umbilicus circa collum circumvolutus deprehenditur. At qua parte umbilicus in utero iuxta tenditur, ibi infans dum vertitur facilius umbilicum circumvolvet quam circa cervicem. Quodsi ergo circa humerum id fiat, mater profecto plus laborabit et infans vel morietur, vel difficilius foras prodibit. Atque adeo multi iam in utero principium morbi susceperunt, ex quo alii perierunt, alii aegrotantes superfuerunt. Qui vero facile in lucem proferuntur, subito ex utero emissi saepius supra modum crassi et magni nascuntur, quod non ab eorum incremento fit, sed a tumore, quo multi pereunt: nisi enim ante tertium diem tumor subsideat, diuturni morbi oriuntur. Quin et periculosae sunt nutrimenti et respirationis mutationes: nam si quid morbosi ingeratur, per os et nares advehitur. Et plus in corpus intrat quam antea, adeo ut pars rursus exire debeat, quod antea non fiebat. Et pro spiritu et humore affini iam alienis utitur crudioribus et siccioribus et minus ad hominis naturam accommodatis, unde labores multi, non semel mors, quum etiam multis mutationes locorum et victus rationis non raro morbos adferant. Idem valet de vestimento. Et umbilicus, qui solus viam praebet infanti in utero, qua eorum quae ingrediuntur particeps fiat, occlusis ceteris viis, iam extenuatur et exsiccatur, quum contra reliquae aperiuntur. Iam vero quemadmodum fructus eorum, quae e terra proveniunt, maturi decidunt, ita et foetus umbilico extabescente de matre solvitur. Partus autem decimestres et undecimestres e septem quadragenariis ad eandem normam fiunt, qua septimestres e dimidia anni parte. Pleraeque enim mulieres post mensium fluxum concipiunt. Concedendum igitur mulieri tempus mensis, quo purgatio ei accidit, quod tempus minimum trium est dierum, plerisque vero longius. Sunt et alia impedimenta multa, quae conceptionem morantur. Id autem praecipue tenendum, novilunium unius diei fere trigesimam mensis partem esse, duos dies fere partem decimam quintam, tres decimam. Nec minore spatio aut mensium solutio fieri potest, aut foetus conceptio. Ergo pleraeque mulieres circa plenilunium ut concipiant est necesse; itaque saepe ducenti et octoginta dies undecimum mensem attingere videntur. Scilicet hi faciunt septem dierum quadragenaria: nam quocumque temporis spatio mulier ultra plenilunium concipit, id omne undecimi mensis esse debebit, ut extremam periodum attingat."

Ecce, L. B,! habes brevem conspectum eorum, quae bis libris traduntur. Verum tenendum est in nonnullis editionibus Hippocratis occurrere fragmentum, quod περὶ ἑπταμήνου νόσον audit et quod a libris, de quibus agimus, prorsus est alienum. Habetur autem in Calvi Latina editione p. 43., in Graeca Basil. p. 541., apud Lind. vol. I. p. 165. Praeterea notandum inter Galeni scripta circumferri comm. περὶ ἑπταμήνων βρεφῶν, in quo pars libri de septimestri partu fuse explicatur. Habetur in ed. Chartierii vol. V. p. 347., in Kühniana non occurrit: utrum iste commentarius re ipsa Galeno debeatur, nec ne, vix satis discerno. Nempe Foës. in adnn. ad librum περὶ ἑπταμήνου bis adfert locum e Galeni comm. ad sententiam 47. lib. VI., epid. sect. 7., ubi Pergamenus narrat se conscripsisse commentarium in

librum de septimestri partu; eandemque citationem repetitam video in hist. litt. praemissa Galeni operum editioni Kühnianae. At ego hunc locum frustra quaesivi: in sect. 7. libri Ep. VI. non insunt sententiae 47. e divisione Foësü; itaque totum perlustravi comm. in Ep. VI., nihil vero eiusmodi reperi. — Notandum est etiam fragmentum inscriptum „Hippocratis de morborum septimanis diebus sermo," quod in Calvi Latinis p. 323. legitur et num sit tribuendum auctori librorum, de quibus agimus, an alteri, non satis mihi constat.

Pergimus autem ita ut nonnulla colligamus, quae in his libris advertant, ac primum quidem, quare eos una comprehendamus, dicendum.

Communis est omnibus Pythagoreis doctrina, qua numeri certi proponuntur tanquam rerum omnium et hominis aetatis et morborum domini. Hac de causa iure dudum interpretes *Πυθαγόρειον* aliquem eorum auctorem fuisse crediderunt. Quodsi iam inspicias Prelleri historiam philosophiae Graeco-romanae et locos capite II. § 2. (p. 62. seqq.) collectos de doctrina Pythagoreorum et inprimis Philolai, non poteris non eius, quam dixi, originis hos libros esse existimare. Et de aliis rebus postea videbimus, sed nunc statim locum afferam e cap. 1. libri *περὶ ἀρχῶν*, ubi: *ἀποδείξω*, inquit, *ὅ τι τὸ ὑγιαίνειν καὶ ὅ τι τὸ κάμνειν, — καὶ ὅ τι τὸ ἐν ἀνθρώπῳ κακὸν καὶ ἀγαθόν*; nempe in his vestigium reperio istorum *δέκα ἀρχῶν κατὰ συστοιχίαν*, quae apud Arist. in Metaph. memorantur et apud Prellerum p. 65. descriptae sunt, inter quas *ἀρχὰς κατὰ συστοιχίαν* una est *ἀγαθὸν — καὶ κακόν*. — Hac de causa etiam praefero inscriptionem libelli *περὶ ἀρχῶν* alteri, qua *περὶ σαρκῶν* dicitur.

Ex huius autem libelli *περὶ ἀρχῶν* principio constare mihi videtur, eum esse fragmentum maioris alicuius operis: nam nisi ita statuamus, non intelligo verba *ἐγὼ τὰ μέχρι τοῦ λόγου τούτου κοινῆσι γνώμῃσι ἐχρησάμην ἑτέρων τε τῶν ἔμπροσθεν, ἀτὰρ καὶ ἐμεωυτοῦ .... νῦν δὲ ἀποφαίνομαι αὐτὸς τὰς ἐμεωυτοῦ γνώμας*. Iam vero non affirmo inter librum *περὶ ἀρχῶν* et eum, quem separatim edentes *περὶ αἰῶνος* inscripserunt, nihil deësse; attamen certum esse iudico utramque scriptiunculam ab uno auctore esse relictam, fortasse utramque unius operis duas partes esse existimo. Nam quemadmodum in libro *περὶ αἰῶνος* septenarius numerus veluti summum quoddam auctori vitae leges explicandi est principium, ita certa eiusdem rei vestigia deprehendo in libri *περὶ ἀρχῶν* capitis 13. sub finem verbis: *αὐξάνεται δὲ καὶ ἐς τὴν τρίτην ἑβδομάδα, ἐν ᾗ νεηνίσκος γίγνεται, μέχρι τεσσάρων ἢ πέντε ἑβδομάδων, καὶ ἐν τῇ τετάρτῃ δὲ ἑβδομάδι ὀδόντες φύονται δύο τοῖσι πολλοῖσι τῶν ἀνθρώπων, οὗτοι καλέονται σωφρονιστῆρες.*

Itaque vidimus de nexu inter librum *περὶ ἀρχῶν* et libellum *περὶ αἰῶνος*. Sed sequens *περὶ ἑπταμήνου* cum libello *περὶ αἰῶνος* ita cohaerere mihi videtur, ut a se invicem disiungi non debeant. Quodsi animum attendas ad postrema verba libelli *περὶ αἰῶνος*, ubi: *θαυμάσειε δ᾽ ἂν τις*, inquit auctor, *καὶ τοῦτο, ὅστις ἂν ἄπειρος ᾖ, εἰ ἑπτάμηνον γίγνεται παιδίον κ. τ. λ.*, et conferamus principium libri *περὶ ἑπταμήνου*, videbimus novum operis *τμῆμα* facilius distingui posse eo loco, quem indicavi, quam illo, quo nunc principium esse statuunt libri *περὶ ἑπταμήνου*. Neque vero solum hac in re arctus inter hos libellos nexus apparet, sed praeterea conferenda sunt verba libelli *περὶ αἰῶνος*: *τὸ παιδίον ἑπτάμηνον γενόμενον λόγῳ γεγένηται καὶ ζῇ καὶ λόγον ἔχει τοιοῦτον καὶ ἀριθμὸν ἀτρεκέα ἐς τὰς*

ἑβδομάδας cum loco cap. 2. libri περὶ ἑπταμήνου, ubi: ἔστι δέ, inquit, ἃ καὶ περιγίγνονται ἐκ πολλῶν ὀλίγα, ὅτι ὁ λόγος καὶ ὁ χρόνος, ἐς ὃν ἐτράφη ἐν τῇ μήτρῃ, κατέστησε μετέχειν πάντων, ὧνπερ καὶ τὰ τελεώτατα μετέχει καὶ μάλιστα περιγιγνόμενα et cum altero cap. 9., ubi: τοῖσι δὲ παιδίοισι ἑπταμήνοισι ἐοῦσι καὶ ἄλλα διαφέροντα γίγνονται ἐν τοῖσι σώμασι καὶ οἱ ὀδόντες φαίνεσθαι ἄρχονται ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ· ὁ δὲ αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ κρισίμων ..... οὗτος γὰρ ὁ ὅρος τίθεται τῷ τῆς ἁρμονίης λόγῳ πρός τινων καὶ ὁ ἀριθμός τε καὶ τέλειος ἀριθμός, — quibus inter se comparatis indicia certissima inesse videntur, hos libros unius eiusdemque auctoris scripta esse et probabiliter unius illius operis partes.

Libellum περὶ ὀκταμήνου cum superiore coniungi, ita ut non divellendi sint, sed procul dubio unius scripti sint partes, vel argumentum, quod exposuimus, docet et perspexerunt dudum alii, Foësius, Grünerus et, qui diserte de hac re monuit, Littréus.

Horum autem scriptorum auctor ad alia sua opera dimittit lectorem locis sequentibus: extremo libello περὶ αἰῶνος legimus: τῆς δὲ φύσιος τὴν ἀνάγκην διότι ἐν ἑπτὰ τούτων ἕκαστα διοικεῖται, ἐγὼ φράσω ἐν ἄλλοισι· eodem respicit locus e cap. 9. libri περὶ ἑπταμήνου, ubi: δι' ἣν δέ, inquit, αἰτίην μακρότερον ἂν εἴη ἐπὶ τοῦ παρόντος διεξελθεῖν. Equidem, nisi φράσω ibi legerem, vix dubitaverim, quin respiciat librum περὶ ἑβδομάδων; nam licet liber iste, quod principio huius prolegomenorum capitis iam dixi, sit pessime habitus et male Latine expressus, dubium tamen non est, quin item huic scriptori debeatur. Quin fortasse existimandum librum περὶ ἑβδομάδων primam fuisse partem operis, cuius membra disiecta in iis, de quibus adhuc vidimus, supersint, ita ut eum in pristino ordine exceperit liber περὶ ἀρχῶν. Sed me iudice, quominus certo ita rem se habere statuamus, impedit miserrima illius libri conditio, quae facit, ut iudicium satis firmum ferre vix possis. Id unum tamen certum unius auctoris opuscula esse haec omnia.

At videamus num quid doceat de tempore, quo libri hi conscripti sint, eorum cum aliis in hac sylloge medicorum veterum obviis comparatio. Littréus credidit librum περὶ ἀρχῶν s. eius partem, quae περὶ αἰῶνος audit, post libros, qui περὶ φύσιος παιδίου τοῦ ἐν τόκῳ, de morbis IV., de mulierum morbis I., dicuntur, esse conscriptam.

Primo noto locum e cap. 6. libri περὶ ἀρχῶν, ubi: τὸ δὲ παιδίον, inquit, ἐν τῇ γαστρὶ ξυνέχον τὰ χείλεα μυζεῖ ἐκ τῶν μητρέων τὴν τροφὴν καὶ ἕλκει καὶ τὸ πνεῦμα τῇ καρδίῃ εἴσω, ὅταν περ ἡ μήτηρ ἀναπνέῃ. — Foetum per matrem, sive una cum matre spiritum ducere docet etiam scriptor libri de nat. pueri, cett. cap. 12. et 15., quo ultimo loco etiam de matre ali dicitur.

Advertit quidem locus e lib. περὶ αἰῶνος de partu abacto in ταῖς ἑταίραις ταῖς δημοσίαις. qui quodammodo convenit cum narratione de partu abacto apud auctorem libri de nat. pueri cap. 13. Sed non ausim affirmare alterum locum ex altero esse descriptum, quod Littréus contendit, adeo ut propter id ipsum librum, de quo agimus, post illum de nat. pueri scriptum esse iudicet.

Locus porro dignus, ad quem mentem attendamus, est ille, qui habetur prope ab initio libri περὶ ἑπταμήνου, ubi: οἱ ὑμένες ..... τὰ μὲν ἰσχυρότατα καὶ ἁδρότατα τῶν ἐμβρύων βιησάμενα καὶ διαρρήξαντα τοὺς ὑμένας ἠνάγκασε τὸν τόκον γενέσθαι. Scilicet

ruptis membranis partum sequi, etiamsi graviditas nondum ad finem sit perducta, docetur etiam libro de nat. pueri cap. 30.

Manifesto autem imitationem loci e libro de natura pueri deprehendere mibi videor cap. 5. libri *περὶ ἑπταμήνου*, ubi: *ὅσαι δὲ τῶν γυναικῶν ἔτεκον πολλὰ παιδία καί τι αὐτῶν ἐγένετο χωλὸν, ἢ τυφλὸν, ἢ ἄλλο τι κακὸν ἔχον, φήσουσι ἐπὶ τῶν τοιούτων τὸν ὄγδοον μῆνα χαλεπώτερον διαγαγεῖν ἢ ἐφ' ὧν ἔτεκε οὐδὲν κακὸν ἐχόντων· τὸ γὰρ ἔμβρυον τὸ πηρωθὲν ἐν τῷ ὀγδόῳ μηνὶ ἰσχυρῶς ἐνόσησε, ὥστε καὶ ἀπόστασιν ἐποίησε ἡ νοῦσος κ. τ. λ.* Nempe soriptori nostro haec litteris mandanti obversabatur locus e libro de nat. pueri cap. 9.: *ἔστι ὅτε τὰ τεκνὰ λεπτὰ καὶ ἀσθενέα. γίγνεται ἐκ πατρὸς καὶ μητρὸς παχέων τε καὶ ἰσχυρῶν ἐόντων: κἢν μὲν πολλῶν ἤδη γενομένων τῶν παιδίων τοιοῦτον γένηται, δῆλον ὅτι ἐν τῇσι μήτρῃσι ἐνόσησε τὸ ἔμβρυον κ. τ. λ.* Apparet utrumque scriptorem distinguere inter matres, quae semper foetus morbidos pariant easque, quae saepius edito sano in lucem tandem unum sive mutilum, sive imbecillum emittant, quod si fiat, foetum hunc in utero aegrotavisse affirmant. Me iudice post alterum scriptus est locus ex libro *περὶ ἑπταμήνου*: nam auctor eius magis *ὡς ἐν παρέργῳ* distinctionem illam memorat, quam alter scriptor multo disertius protulit.

Tandem noto locum principio cap. 9. libri *περὶ ἑπταμήνου* obvium, ubi haec: *τῇσι δὲ γυναιξὶ αἱ συλλήψιες τῶν ἐμβρύων καὶ οἱ τρωσμοί τε καὶ οἱ τόκοι ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ κρίνονται, ἐν ᾧπερ αἵ τε νοῦσοι καὶ αἱ ὑγίειαι καὶ οἱ θάνατοι τοῖσι ξύμπασι ἀνθρώποισι.* Quippe agnoscere mihi videor lectorem verborum prognostici e cap. 38. (p. 149. vol. I.) *κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ τῇσι γυναιξὶ αἱ κρίσιες ἐκ τῶν τόκων γίγνονται.* — Contra Cnidiorum vocabulum, s. dictionem, *βρυγμὸς ἔχει* legimus in libello *περὶ αἰῶνος*. — Talia indicio sunt librorum, de quibus agimus, scriptorem saltem Hippocratis aevo esse multo recentiorem.

Sed redeo ad libri *περὶ ἀρχῶν* initium, ubi auctor noster: *νῦν δέ*, inquit, *ἀποφαίνομαι αὐτὸς τὰς ἐμεωυτοῦ γνώμας.* Scilicet aut ego insigniter fallor, aut plurima pro suis noster venditat, quae re ipsa aliis viris iisque inter Graecos philosophos clarissimis debentur. Iam supra apparuit Pythagoreorum placita illum arripuisse, sed operae pretium est de aliis quoque videre.

Notemus primum verba e cap. 2. libri *περὶ ἀρχῶν*: *δοκέει δέ μοι*, inquit, *ὃ καλέομεν θερμὸν ἀθάνατόν τε εἶναι καὶ νοέειν πάντα καὶ ὁρῆν τε καὶ ἀκούειν καὶ εἰδέναι πάντα τὰ ἐόντα τε καὶ μέλλοντα ἔσεσθαι.* Mirum nisi auctori ob mentem obversabatur celebratissimum illud Epicharmeum

νοῦς ὁρῇ καὶ νοῦς ἀκούει· τἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά.

Et vero Anaxagorae doctrinae certa vestigia deprehendere mihi videor tum in hisce, tum magis etiam in sequentibus ibidem: *τοῦτο οὖν τὸ πλεῖστον, ὅτε ἐταράχθη πάντα, ἐξεχώρησε εἰς τὴν ἀνωτάτω περιφορήν· καὶ ὀνυμῆναί μοι αὐτὸ δοκέουσι οἱ παλαιοὶ αἰθέρα. ἡ δὲ δευτέρα μοῖρα ἡ κάτωθεν καλέεται μὲν γῆ, ψυχρὸν καὶ ξηρὸν καὶ πουλὺ κινοῦν, καὶ ἐν τούτῳ ἔνι δὴ πουλὺ τοῦ θερμοῦ. ἡ δὲ τρίτη μοῖρα τὸ τοῦ ἠέρος μέσον χωρίον εἴληφε θερμόν τε ἐὸν καὶ ὑγρόν· ἡ δὲ τετάρτη τὸ ἐγγυτάτω πρὸς τῇ γῇ ὑγρότατόν τε καὶ παχύτατον.* Nempe Anaxagorae libri auctore Diogene Laërtio hoc fuit initium: *πάντα χρήματα ἦν ὁμοῦ· εἶτα νοῦς ἐλθὼν αὐτὰ διεκόσμησε.* Ad prius illud refero nostri verba:

ὅτε ἐταράχθη πάντα, quod vero ad posterius attinet, videmus nostrum calorem, τὸ θερμόν, ipsum νοῦν esse credidisse. Ad nostri verba, quae adtulimus, explicanda facit etiam locus Plutarchi de plac. philosophorum, ubi Ἀναξαγόραν statuisse dicit τὸν περικείμενον αἰθέρα πύρινον μὲν εἶναι κατὰ τὴν οὐσίαν. Sed praeterea totus, quem descripsi, locus explicandus e seqq., quae statuisse Anaxagoram idem Laërtius docet: τῶν δὲ σωμάτων τὰ μὲν βαρέα τὸν κάτω τόπον ὡς τὴν γῆν, τὰ δὲ κοῦφα τὸν ἄνω ἐπισχεῖν, ὡς τὸ πῦρ· ὕδωρ δὲ καὶ ἀέρα τὸν μέσον. Neque negligendum est in ratione, qua auctor noster incertus dein eodem loco corporis genesin explicat, omnino pellucere Anaxagoreum illud: ζῷα γενέσθαι ἐξ ὑγροῦ τε καὶ θερμοῦ καὶ γεώδους. Quae verba adfert etiam Stallb. ad Platonis Phaedonem loco dignissimo, qui conferatur cum incerti nostri scriptoris verbis: ταῦτα καταληφθέντα περὶ ἑωυτὰ σηπεδόνας ποιέει, οἷόν περ χιτῶνας. Scilicet Socrates l. l. p. 90. B.: καὶ πολλάκις, inquit, ἐμαυτὸν ἄνω κάτω μετέβαλλον σκοπῶν πρῶτον τὰ τοιάδε, ἆρ' ἐπειδὰν τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν σηπεδόνα τινὰ λάβῃ, ὥς τινες ἔλεγον, τότε δὴ τὰ ζῷα ξυστρέφεται. Quo loco cum incerti nostri auctoris verbis collato fere in suspicionem inducor Platonis ὥς τινες ἔλεγον, item ad Anaxagoram respicere.

Certissimum autem esse arbitror locum e cap. 13., ubi: τὰ δὲ ὀστέα, inquit, τοιαύτην αὔξησιν ὁποῖά πέρ ἐστι, καὶ τὰ ἄλλα δὲ πάντα τοιαύτην ἀποδίδωσι αὔξησιν, ὁποῖα αὐτά ἐστι . . . . ἡ δὲ τροφὴ ἐπειδὰν ἀφίκηται ἐς ἕκαστον, τοιαύτην ἀπέδωκε τὴν ἰδέην ἑκάστου, ὁκοῖά περ ἦν κ. τ. λ. ad Anaxagorae ὁμοιομερείας respicere; quod ultro patebit, si conferas Phaedonem p. 96. D. et Wyttenbachii adnotationem p. 254.

Ratio, qua noster auditum interpretari studet, sibi proprium habet aliquid, quum illum a duritie simul et cavo, quod est in osseo auditus organo repetat cap. 15. At partim tamen Alcmaeoni deberi illam auditus explicationem arbitror: hic enim auctoribus Plutarcho de placitis philosophorum et Galeno de hist. philos., opinatus est ἀκούειν ἡμᾶς τῷ κενῷ τῷ ἐντὸς τοῦ ὠτός· τοῦτο γὰρ εἶναι τὸ διηχοῦν κατὰ τὴν τοῦ πνεύματος ἐμβολήν.

Cum loco de olfactu cap. 16. maxime convenire dixerim ea, quae Empedocles hac de re docuit, (vid. Plutarchum et Gal. l. l.), nempe ταῖς ἀναπνοαῖς ταῖς ἀπὸ τοῦ πνεύμονος συνεισκρίνεσθαι τὴν ὀδμήν· ὅταν γοῦν ἡ ἀναπνοὴ βαρεῖα γένηται κατὰ τραχύτητα μὴ ξυναισθάνεσθαι, ὡς ἐπὶ τῶν ῥευματιζομένων.

Quae de visu habet, longe maximam partem ad organi γένεσιν spectant. Ad ipsam visionem respiciunt verba: τούτῳ γὰρ τῷ διαφανεῖ ἀνταυγέει τὸ φῶς καὶ τὰ λαμπρὰ πάντα· τούτῳ οὖν ὁρῇ τῷ ἀνταυγέοντι. ὅ τι δὲ μὴ λαμπρόν ἐστι, μηδὲ ἀνταυγεῖ, τούτῳ οὐχ ὁρῇ. Non tamen interpretatur visum.

Vocis explicatio magnam partem e naturae observatione est hausta, sed quo auctore dicat capite resonante spiritum per vacuum emissum vocem formare, mihi non innotuit.

Advertit denique locus libri περὶ ἑπταμήνου cap. 9.: πλείονα γὰρ χρόνον τὸ ὅμοιον ἐν τῷ ὁμοίῳ ὁμοῖόν ἐστι καὶ διακρίνεται βραδύτερον διὰ τὴν ξυνήθειάν τε καὶ φιλότητα. Aut ego insigniter fallor, aut Empedocleum in his cernitur placitum de amicitia res coniungente.

Quodsi iam reputamus, quae e supra dictis de his libris vidimus, puto sic fere de iis statuendum esse:

Libri περὶ ἑβδομάδων, περὶ ἀρχῶν, περὶ αἰῶνος, περὶ ἑπταμήνου, περὶ ὀκταμήνου

omnes debentur uni eidemque auctori, quem Pythagoreum fuisse, qui aliorum etiam philosophorum placita arripuit, abunde constat. Nemo Hippocrati ipsi hos libros tribuere poterit, nisi qui huius scripta minime noverit; sunt incertae aetatis, sed procul dubio Hippocratis aevo recentiores.

De forma pristina horum opusculorum haec affirmare ausim: liber περὶ ἀρχῶν est pars operis maioris. Probabile est caput illud postremum, quod περὶ αἰῶνος inscribitur, esse principium operis, cuius partes sunt libri περὶ ἑπταμήνου et περὶ ὀκταμήνου. Itaque existimo uno tenore esse describendos libellos tres postremo memoratos. Utrum omnia haec opuscula sint unius operis τμήματα, nec ne, non certo definio, sed fere inclino in eam opinionem esse partes unius operis maioris. Melius hac de re iudicare liceret, si liber περὶ ἑβδομάδων Graece superesset. Quia vero iudicium hac in re anceps est, non mutavi solitam in mss. et editionibus distributionem. In adn. ad fragmentum primum libri περὶ ἑβδομάδων monui de modo, quo nobis servatus sit iste liber.

Superest aliquid, de quo dicendum esse sentio. Quum prolegomena ad vol. I. conscribebam, iudicium tuli de ratione, quae intercedere mihi videretur, inter locos Coacarum praenotionum similesque in libro de numero septenario occurrentes. Vide proleg. § 3. p. XXVIII. seq. voluminis I. Dixi autem mihi non certo constare Coacarum locos e libro περὶ ἑβδομάδων esse decerptos, fortasse contra e Coacis in librum περὶ ἑβδομάδων esse introductos. Ita vero sentiendum mihi visum est, quum librum de numero septenario tantum cognovissem e Littréi editione. Postea Darembergius, qua est erga me humanitate, ad me misit suam editionem, eamque tandem in postremis voluminibus editionis Littréi item accepi. Quo facto vidi vix aliter statui posse quam fecisset Darembergius et re vera putandum esse librum περὶ ἑβδομάδων esse fontem, unde Coacarum collector locos similes in praenotionibus obvios desumpserit. Collectio igitur Coacarum omnino recentioris est temporis quam quo libri, de quibus postremo vidimus, exstiterunt. Tam parum vero intelligebam Latinam interpretationem a Littréo editam, ut inde nihil certi deduci posse de quaestione illa existimarem. Nunc res mihi certior videtur, cum et Darembergii apographum Latinum perlustravi et fragmentum Graecum, quod ille primus nobis edidit.

Me iudice certum est interpolata inter historias morborum in Epid. II. IV. VI. recentiora esse quam scripta haec, de quibus nunc agimus. Ita v. c. Ep. VI. 8. 6. verba οἱ πόνοι ἐν περιόδοισι κ. τ. λ. cum horum librorum doctrina conspirant, ut inde ducta videantur; quin id paene certum fit, si conferas locos ex Epid II. 3. § 17.

In Pandectis mentio fit Hippocratis, quod mihi dixit collega amicissimus J. H. Philipse, qui mihi tradidit Glückii commentarium, unde hos locos excerpo:

Paulus libro XIX. responsorum:

„Septimo, inquit, mense nasci perfectum partum iam receptum est propter auctoritatem doctissimi viri Hippocratis et ideo credendum est eum, qui ex iustis nuptiis septimo mense natus est, iustum filium esse."

Idem Paulus lib. IV. tit. 9. § 5.

„Septimo, inquit, mense natus matri prodest: ratio enim Pythagorei numeri hoc videtur admittere, ut aut septimo pleno, aut decimo mense partus maturior videatur."

Censorinus de die natali cap. IX.

„Pythagoras autem, inquit, quod erat credibilius dixit, partus esse genera duo, alterum septem mensium, alterum decem: sed priorem aliis dierum numeris conformari, aliis posteriorem."

Idem vero paulo post: „His expositis redeo ad propositum, ut doceam quid Pythagoras de numero dierum ad partus pertinentium senserit. Primum, ut supra memoravi, generaliter duos esse partus dixit; alterum minorem, quem vocant septemmestrem, qui decimo et ducentesimo die post conceptionem exeat ab utero; alterum maiorem, decemmestrem, qui edatur die CCLXXIV, quorum prior ac minor senario maxime continetur numero."

Vides L. B. non immerito me statuere libros, de quibus in hac § vidimus, sophistae Pythagoreo deberi.

§ 42.

De epistolis, orationibus, ceteris.

Epistolae, sermones, cetera, spuria esse sponte apparet unicuique vel leviter tantum ea tangenti; non tamen ideo plane negligenda sunt haec scripta.

Novem primis epistolis agitur de Hippocratis vocatione ad Regem Persarum virique recusatione:

Prima epistola Rex Artaxerxes scribit ad Paetum subditum suum, ut auxilium aliquod excogitet adversus pestem, qua milites misere pereant. — Altera epistola Paetus Regi respondet et Hippocratem ut quovis pretio, ad se ut proficiscatur, alliciat suadet. — Tertiâ Artaxerxes Hystani Hellesponti praefecto mandat, ut omni opera efficere studeat ut Hippocrates in Asiam proficiscatur, qui pestem pellat. — Quartâ Hystanes hac de re scribit ad Hippocratem. — Quinta Hippocrates ad Hystanem scribit se Graecorum hostibus opem ferre plane nolle. — Epistolâ sextâ ad Demetrium scriptâ Hippocrates huic narrat se a Persarum Rege arcessitum esse, sed ire noluisse. — Septimâ Hystanes ad Regem scribit se responsum ad Regis epistolam ab Hippocrate accepisse, seque per nuncium illud responsum ad Regem perferendum curavisse. Epistolâ octavâ Artaxerxes Cois imperat ut Hippocratem sibi tradant, quod nisi faciant, eos poenas daturos minatur. — Nona epistola Coi Regem certiorem faciunt se quaevis perpeti malle quam ut Hippocratem Regi traderent.

His quidem novem epistolis continetur historia, aut si mavis fabula, de Hippocratis ad Persas vocatione. Epistolae hae omnes, si res propositas et orationem, qua expressae sunt, teneas, ab eodem viro, eoque ordine, quo nunc dispositae sunt, conscriptae videntur. Chronologica repugnantia non inest: Hippocrates in fastis Hellenicis natus dicitur anno 461. A. C., obiisse anno 357. Artaxerxes ὁ Μακρόχειρ ad annos 465—424 refertur, ὁ Μνήμων ad annos 405—362. Itaque Artaxerxem Mnemona Hippocratem arcessivisse fingit noster epistolarum auctor. — Quis Demetrius sit, ad quem sextam epistolam scripsisse Hippocrates fingitur, nescio; videtur idem esse Rex Demetrius, ad quem epist. 23. ab Hipp. scripta fingitur, sed tamen quis sit Rex Demetrius quaero; ad Macedoniae Reges huius nominis referri non posse

constat. Sed fortasse respicit aliquem ex eadem principum gente! Neque magis novi num Paetus et Hystanes, qui memorantur, nomina sint apud Persas re ipsa nobilia illo aevo, an vero ficta sint.

Ceterum de his epistolis nihil amplius habeo dicendum; pergimus ad epistolas 10—24, de quibus plura observanda erunt.

Epistola decima Hippocrates ab Abderitis invitatur ut ad ipsos veniat curatum Democritum, qui mente captus sit. — Undecimâ pollicetur medicus Cous se invitationi obsecuturum esse. — Duodecima epistola ad Philopoemena, Abderae civem et amicum suum scripta Hippocrates hospitium sibi ab illo paratum accipit et suspicionem suam significat Democritum studiis suis totum deditum non insanire, sed cives id falso existimare. — Epistola decima tertia Hippocrates ad Dionysium amicum suum Halicarnassensem scribit, ut Coum veniat et se absente patriae urbis et domi suae et uxoris curam habeat. — Decima quarta ad Demagetum Rhodium scribit Hippocrates, ut sibi mittat navem, qua se Abderam conferat. — Epistola decima quinta ad Philopoemena eundem, ad quem ep. 12. scripta fuit, Hippocrates enarrat somnium sibi visum de Aesculapio et Veritate et Opinione sibi apparentibus, quod significet Democritum minime insanum esse reputandum, sed Abderitis furere videri. — Decima sexta scripta fingitur ad Crateuam ῥιζοτόμον ab Hippocrate ut ab hoc impetret ut herbas, radices, flores, alia medicamenta ad se mittat, ne imparatus Abderam proficiscatur Democritum curatum, quamquam philosophi causa istis sibi non opus fore opinari se profitetur. — Epistola vero decima septima ad Demagetum Rhodium, ad quem epistolam 14^{am} scriptam fuisse vidimus, ab Hippocrate data amplam continet narrationem de adventu apud Abderitas, de congressu Hippocratis cum Democrito, sermonibus cum hoc habitis, de admiratione philosophi, qua medicus Cous teneatur, ceteris.

Ab his epistolis quodammodo differre mihi videntur nisi omnes sequentes, at horum nonnullae saltem, de qua re postea dicam.

Epistola decima octava Democriti esse fingitur, qui ad Hippocratem scribit de huius itinere, ut se furere creditum curet, qua ad eum se mittere dicit sermonem quendam suum de furore. — Decimo nono autem loco est promissus ille a Democrito λόγος περὶ μανίης.

Epistola vicesima Hippocratis est ad Democritum, in qua tum alia quaedam scribit, tum hunc invitat ut frequentius quae scripserit ad se mittat, et de curatione per veratrum libellum a se conscriptum ad Democritum se perferendum dedisse narrat. — Vicesimo primo loco ponitur iste Hippocratis ad Democritum de curatione per veratrum tractatus.

Epistola vicesima secunda Hippocratis est ad filium Thessalum, cui pater arithmetices et geometriae studium commendat, utpote medico perutile.

Vicesima tertia de natura hominis a Democrito ad Hippocratem conscripta fingitur.

Vicesima quarta est Hippocratis epistola ad Regem Demetrium de sanitate tuenda.

Iam vero paulisper subsistamus et de nonnullis in his epistolis obviis et de epistolis nonnullis integris quaedam notemus.

Ac primum quidem ad epistolam 10^{am} observo illa, quae ibi de Democriti delirio credito scribuntur, partim ita se habere, ut de alio quovis ita proponi possint; inesse tamen, quae manifesto ex Democriti operibus innotuerint epistolae auctori. Ubi hic de Democrito: καὶ

εἰδώλων φησί, inquit, πλήρη τὸν ἠέρα εἶναι, id omnino e Democriteis desumpsit: nam Plut. de plac. philos. IV. 8. Λεύκιππος, inquit, καὶ Δημόκριτος τὴν αἴσθησιν καὶ τὴν νόησιν γίνεσθαι εἰδώλων ἔξωθεν προσπιπτόντων· μηδενὶ γὰρ ἐπιβάλλειν μηδετέραν χωρὶς τοῦ προσπίπτοντος εἰδώλου. — Quod in eadem epistola dicitur de Democrito καὶ ἀποδημεῖν ἐνίοτε λέγει ἐς τὴν ἀπειρίην, illud omnino cohaeret cum eo, quod de Leucippo et Democrito affirmat Arist. de coelo III. 2., nempe eos dixisse ἀεὶ κινεῖσθαι τὰ πρῶτα σώματα ἐν τῷ κενῷ καὶ ἀπείρῳ. Nescio unde ductum sit quod in epistola affirmatur, philosophum dicere Δημοκρίτους εἶναι ὁμοίους ἑωυτῷ ἀναριθμήτους, verum cum iis, quae de philosopho habet Orig. Phil. 13.: ἔλεγε δὲ ἀεὶ κινουμένων τῶν ὄντων ἐν τῷ κενῷ, ἀπείρους μὲν εἶναι κόσμους καὶ μεγέθεῖ διαφέροντας convenit id, quod auctor epist. 17. obiicientem facit Democritum Hippocrati: ὁ δ' ὑπολαβών, πολλαί γε, φησί, ἀπειρίαι κόσμων εἰσί, Ἱππόκρατες, καὶ μηδαμῶς, ἑταῖρε, καταςμικρολόγει πλουσίην τὴν φύσιν ἐοῦσαν. Quid quod iste γελὼς Democriti, qui cum contemptu aliorum proxime coniungebatur, egregie quadrat cum iactatione Democriti apud Clem. Alex. Strom. I. p. 301. A. ἐγὼ δέ (sunt philosophi verba) τῶν κατ' ἐμεωυτὸν ἀνθρώπων γῆν πλείστην ἐπεπλανησάμην ἱστορέων τὰ μήκιστα, καὶ ἀέρας τε καὶ γέας πλείστας εἶδον, καὶ λογίων ἀνθρώπων πλείστων ἐσήκουσα, καὶ γραμμέων συνθέσιος μετὰ ἀποδέξιος οὐδείς κώ με παρήλλαξε, οὐδ' οἱ Αἰγύπτιοι καλεόμενοι Ἀρπεδονάπται, σὺν τοῖς δ' ἐπὶ πᾶσι ἐπ' ἔτεα ὀγδώκοντα ἐπὶ ξείνης ἐγενήθην. Nolim ideo te existimare me vanum hominem esse credere philosophum: talis si fuisset, non tantum sibi nomen comparavisset. — Verum de alia re monendum: locus ex epistola 12a: ὁκόταν γὰρ ὁ νόος ὑπὸ τῶν ἔξω φροντίδων κοπτόμενος ἀναπαύσασθαι θελήσῃ, — καὶ ὁ μέγας πόλος ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ τοὺς πουλυκινήτους ἀστέρας κατέστεπται, — totus poëticum colorem refert, neque alia est ratio eorum, quae in epistola decima septima Democritus cum Hippocrate de vanitate studiorum hominum disputare fingitur. Quid autem? Cicero Orat. 20. „Itaque video, inquit, visum esse nonnullis Platonis et Democriti locutionem, etsi absit a versu, tamen, quod incitatius feratur et clarissimis verborum luminibus utatur, potius poëma putandum quam comicorum poëtarum." Et de Orat. I. 12. „Quamobrem, si ornate locutus est, sicut et fertur et mihi videtur physicus ille Democritus, materies illa physici, de qua dixit, ornatus vero ipse verborum, oratoris putandus est." Itaque mihi non plane improbabilis videtur opinio, epistolarum auctori cognita fuisse opera Democriti, sive ipse legerit, sive alios de Democrito narrantes et fragmenta operum, apophthegmata eius citantes, eumque nonnulla de eorum argumento in epistolas intulisse et sine dubio formam orationis iis locis, ubi ipsum loquentem inducit, interdum etiam ubi de eo narratur aliquid ab aliis, esse imitatum. Quapropter ne philosophiae veteris studiosis quidem hae epistolae negligendae sunt. Noli putare me credere epistolarum auctorem ad unguem reddidisse orationem Democriti, sed eum illam imitari studuisse et aliquatenus saltem eam hic illic nobis referre, probabile esse opinor.

Verum nunc ad alia me converto: supra iam monui epistolas 10—17 mihi proxime inter se coniunctas videri, sed ab iis quodammodo differre me putare sequentes. Qua de re primum dicam: in epistolis 10—17 filum narrationis est continuum perinde atque in primis novem epistolis. In utraque narratione, licet compositio factorum et eventuum non sit ingeniose excogitata et interdum cum veri similitudine pugnet, nihil tamen inesse puto quod vehementer

offendat, saltem quod a mediocri scriptore exspectari non possit. Et quemadmodum prima illa fabula absolvitur epistola nona, ita altera fabula absolvitur epistola 17ª. Verum ea, quae accedunt, ineptissime superioribus sunt adsuta, quin nonnulla antecedentibus adversantur et plurima leguntur, quae perabsurda sunt. Quod ne durius affirmare videar, age inspiciamus epistolas 18—24.

In narratione epistola 17ª tradita proponitur Democritus occupatus in animalium dissectione, ut bilis naturam et sedem investiget, et *περὶ μανίης* scribens. In epistola vero 18ᵛᵃ scribentem faciunt Democritum: *ἐτυγχάνομεν δὲ περὶ κόσμου διαθέσιος καὶ πολογραφίης, ἔτι τε ἄστρων οὐρανίων ξυγγράφοντες.* Est hoc sane longe aliud! Fnitne fabulae auctor tam parum memor, ut prorsus oblitus esset eorum, quae antea scripserat?

At quid porro observamus? Illa epistola 18ᵛᵃ est Democriti ad Hippocratem, in qua mirum est Democritum ad Hippocratem praecepta mittere de arte medica facienda; verum in epistolae fine philosophus: *ἀπέσταλκα δέ σοι*, inquit, *τὸν περὶ μανίης λόγον*! Itaque respici dixeris illum de insania libellum, de quo sermo fuit in epistola 17ª cum primum apud Democritum venisset Hippocrates. Verum ipse ille *περὶ μανίης λόγος*, qui Democriti esse fingitur, constat e locis librorum antiquitus Hippocrati tribui solitorum et qui saltem ad Democritum auctorem referri nullo modo possunt, i. e. e locis ex libro de morbo sacro et epidemiorum quinto. Statim initio occurrunt loci e scripto spurio de morbo sacro, qui habentur in hac editione p. 71. vs. 24. vol. II. usque ad capitis 18. finem, p. 73. ibidem. Loci ex epid. V. in epistola citati leguntur in nostra ed. epid. VII. vol. I. cap. 85. 86. Constat autem ex citatione in epistola eo tempore, quo haec scripta fuit, epidemiorum quinto iam adhaesisse illa, quae nobis Galeni auctoritate ad librum VII. solum pertinere visa sunt et de quibus monuimus p. CXXII. prolegomenorum ad vol. I. Epistola tamen sine dubio ante Galeni tempora fuit conscripta, ita ut statuere oporteat iam antiquo tempore epidemiorum quinti duas fuisse apographorum familias, in quarum altera occurrebat Ep. V. fere quemadmodum nos edidimus, in altera quemadmodum in editionibus ceteris nostri aevi circumfertur.

Inter epistolam 20. et 17. hunc esse nexum opinor: in illâ *καὶ ἔγωγε*, legimus, *δοκέω πλείονα μεμψιμοιρίην ἢ τιμὴν κεκληρῶσθαι τὴν τέχνην*, quae Hippocratis verba esse feruntur; in 17ª vero Democritus Hippocrati dicit: *ἢ κου γὰρ ὑπονοέω λωβᾶσθαί σου τὰ πολλὰ τῆς ἐπιστήμης, ἢ διὰ φθόνον, ἢ δι' ἀχαριστίην κ. τ. λ.*; locum ipsum inspice! Quod in epistola 20. legimus ab Hippocrate, si Dis placet, scriptum: *ἐγὼ μὲν γὰρ ἰητρικῆς ἐς τέλος οὐκ ἀφῖγμαι, καίπερ ἤδη γηραλέος καθεστεώς*, — id manifesto positum est propter aph. 1. I. *ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρή.* Unde constat, cuius rei plura sunt indicia, alias epistolas et hanc scriptas esse, postquam aphorismorum sylloge eâ, qua hodie eos possidemus forma, edita sit. — Quod ibidem sequitur, *εἰσηνέχθην μὲν οὖν, ὦ Δημόκριτε, ὡς μεμηνότα ἐλλεβοριῶν οὐ καταμαντευσάμενος ὅστις ποτ' εἴης*, id rursus pugnat cum epistola 15., in qua somnium Hippocrati obversatum enarratur, unde ipse efficere se dicit Democritum falso mente captum haberi. Sed ponitur illud, ut causa certe aliqua appareat, cur Hippocrates ad Democritum scribat de veratri usu.

Facit autem hoc epistola 21ª, quae conflata est e locis ex aphorismis, ex additamentis spuriis ad librum de victu acutorum, prorrhetico primo, de morbis mulierum, quos in adnotatione

indicavi. Unde liquet haec consarcinata esse postquam sylloge librorum Hippocraticorum magnam saltem partem exstiterit. — De loco e Prorrh. I. hoc annotare operae pretium videtur: eum interpolatum esse certum est; in adn. (p. 16. vol. I.) scripsi: „me iudice debetur auctori epistolae ad Democritum περὶ ἐλλεβορισμοῦ, qui consulto huic libro inseruerit, ut eam in epistola citare posset et ita ei speciem obtrudere scripti vere Hippocratei." Fateor nunc mihi probabiliorem videri sententiam, locum in prorrh. I. iam fuisse interpolatum quo tempore noster scriptor eum in epistola ex prorrhetico citaret. Scilicet epistolae auctor medica omnia, quae in hac epistola et in 19ª citat, aliunde habet et de suo nihil dedit.

Epistola 22. cum narratione de Hippocrate Democritum insanire creditum curaturo nihil commune habet.

Epistolâ 23ª unâ re coniuncta est cum extremis epistolae 20ªᵉ verbis: nempe iis Hippocrates ad Democritum scribit: ἐπειδὴ τοίνυν τὸ αὐτόματον ἡμέας ἐς τὸ αὐτὸ ξυνήγαγε, ὀρθῶς ποιήσεις ἐπιστέλλων ἡμῖν πυκνότερον, καὶ μεταδιδοὺς τῶν ὑπὸ σέο γραφομένων. Quin hac de causa fortasse aptius 23ᵃᵐ epistolam ante 22ᵃᵐ collocaveris.

Ipsa illa epistola 23ª num plurima Democritea referat, nec ne, in philosophi reliquiarum penuria, difficile dictu est. Advertit sane orationis ornatus, maxime si reputes locos supra e Cicerone de Democritea dictione citatos. Vir doctissimus B. ten Brink in diario philol. VIII. p. 414., seqq. philosophi fragmenta re ipsa huic epistolae inesse opinatus est. Qua de re quum dubitarem, epistolam legendam dedi Franckenio, qui mecum consentiebat in eâ non reperiri quod non potius recentiori philosopho quam Democrito tribuas. Passim facta mentio δημιουργοῦ potius e Platonico philosophiae systemate quam ex Democriteo profluxisse videtur. Democriteae doctrinae περὶ τοῦ πλήρεος καὶ κενεοῦ, quam etiam ad perceptionem per sensus organa retulit philosophus, vestigia nulla reperiuntur. His de causis admodum incertum videtur re vera Democriti verba in hac epistola legi, licet auctorem Democriti orationem imitari velle satis certo constet.

Lubet autem de ipsis epistolae verbis haec adponere: p. 610. vs. 7. Franckenius praefert θυμός; quod si velis, οἷσι ἐπεὼν ὁ θυμὸς legendum erit et οἷσι non ad ὦτα, sed ad μύθων in antecedentibus referendum est. — Dubitavit idem de ἐς κέλευθον πνεύματος p. 610. vs. 13.; — vide num ὁ μὲν γάρ ἐστι κέλευθος πνεύματος, an ὁ μὲν γὰρ ἔχει κέλευθον πνεύματος sit dandum. — Eiusdem pag. vs. 29. malit coniungere δημιουργίῃ ξυνδονεόμενα; itaque scribendum erit: ἔνοχα δὲ κοιλίης ξυνθέσι, δημιουργίῃ ξυνδονεόμενα εἱλεῖται περὶ κοιλίην ἔντερα. — Pag. vero 611. vs. 14. prae ἔννομον δ' ἥβῃ κ. τ. λ. praefert ten Brinkii εὔνητον δ' ἥβῃ. — Ibid. vs. 19. me nolente non est expressa eiusdem emendatio ξυνηθροισμένην, licet in Latinis data sit. — In postrema periodo epistolae verborum ordo fuerit: σώματος δ' ἐν μυχοῖσι ἡ φύσις ἐξέτευξε κ. τ. λ. — Tandem Franckenius me admonuit p. 609. vs. penult., ubi κοιλᾶσι dedi, se κυλᾶσι praeferre; qua de re consentio.

Epistola vicesima quarta ad Regem Demetrium nullo modo coniuncta est cum epistolis superioribus, nisi eo nomine, quod sexta ad eundem Demetrium missa esse fingitur.

Ex iis, quae disputavimus, summatim patet epistolas 18—24 cum fabula in epistolis 10—17 tradita laxo nexu contineri; — non loquor de duabus, i. e. de 22. et 24., quae ab illa fabula plane alienae sunt; — quin constitit repugnantias inter utrasque epistolas occurrere, quae mi-

nime dubiae sint. Estne igitur statuendum has epistolas ab alio auctore profectas esse quam a quo superiores? — Fateor me, si ad materiem epistolarum solam mentem attendam, dubitare; — sed orationem si respiciam tum reliquam, tum in ep. 18 sermonis Democritei affectationem, non possum quin in maxima rerum propositarum repugnantia, eundem tamen auctorem sumam; qui quali ingenio fuerit, inde simul ultro apparet!

Vicesimo quinto loco venit illud δόγμα Ἀθηναίων, quo Hippocratem se initiaturos magnis mysteriis, corona aurea donaturos et victum in prytaneo illi praebituros spondent, quia in peste, quae Graeciam affixerat, opem Graecis tulerat, barbaris contra ferre noluerat. Itaque in hoc dogmate respicitur ad narrationem epistolis 1—9 memoratam.

Vicesimo sexto loco est illa oratio, quam supplex ad aram Minervae apud Thessalos habuisse fingitur Hippocrates, ut horum auxilium imploraret contra Athenienses patriam suam Co bello aggressuros et in servitutem redacturos.

Postremo loco legitur oratio a Thessalo Hippocratis filio habita ad Athenienses, quum legatus missus esset, ut bellum ab Atheniensibus in patriam suam Co susceptum, de quo in oratione ad aram ab ipso Hippocrate habita sermo erat, averteret. Quem in finem Thessalus in Atheniensium memoriam revocat quatuor beneficia, quae a civibus suis et patre et se acceperint partim soli, partim una cum Graecorum pluribus.

Primum beneficium commune fuit Atheniensibus cum Amphictyonibus. Erat autem hocce: Crisaei patrum memoria circa templum Pythicum habitabant et nefaria in Deum perpetraverant; itaque Amphictyones arma contra eos susceperunt et eorum regionem devastarunt. Crisaei autem intra moenia magnae cuiusdam urbis suae se recipiebant, ad quam Amphictyones praesidium collocarunt eius obsidionem parantes reliquo exercitu dimisso. Sed hic pestis eorum milites invadebat et tandem pertaesi rerum adversarum ad Deum mittunt, qui oraculum consulerent, unde responsum tulerunt, eos κρατήσειν, ἣν ἐς Κῶ ἐλθόντες ἐλάφου παῖδα ἐπικουρίην ἀγάγωνται ξὺν χρυσῷ. Erat autem in Co medicus celeberrimus Nebrus nomine, cui filius erat Chrysus appellatus, quorum virorum ope oppidum illud Crisaeorum fuit captum. Hoc primum Coorum erga Athenienses beneficium.

Alterum autem erat huiusmodi: quum Rex Persarum Graecis aquam et terram negantibus bellum indixisset, Coi belli calamitates sustinere et mala quaevis subire maluerunt quam exercitum contra Graecos mittere. Quod maxime factum est per Cadmum et Hippolochum, quorum alter materno, alter paterno genere proavus erat Thessali. Cadmus autem in primis de Graecorum rebus bene meritus dicitur, utpote qui in Siciliam se contulerit ut Gelona et fratres a societate cum barbaris avocet.

Tertium fuit beneficium, cum pestis ab Illyria et Paeonia inde Graeciam invadere velle videretur. Scilicet Hippocrates ab earum regionum Regibus, ut opem sibi ferret invitatus, id facere recusavit, sed filios et discipulos monitis suis instructos per Graeciam dimisit, ut mala ab incolis averterent.

Quartum beneficium erat, quum Alcibiades in Siciliam mitteretur ab Atheniensibus cum exercitu. In concione deliberabatur de medico cum exercitu mittendo. Hippocrates vero promisit Thessalum filium suis sumptibus rebus omnibus, quibus opus fore videbatur, instructum cum exercitu iturum, ut medicus militibus suâ operâ adesset.

Horum beneficiorum commemoratio princeps argumentum faciunt, quo orator utebatur, ut Atheniensium animos flecteret.

Iam vero de una alteraque re monere operae pretium videtur.

De prima historia inter beneficia illa relata nihil adnotatum reperio apud alios, unde tamen efficere nolim eam non veri aliquid continere, licet id aestimare quale sit non valeam.

In altero beneficio memoratur Artemisia Lygdamios filia, cuius mentio aliis locis apud Herodotum facta et VII. 99., ubi inter Xerxis socios occurrit et: *ἡγεμόνευε δέ*, inquit historicus, *Ἁλικαρνησσέων τε καὶ Κῴων καὶ Νισυρίων τε καὶ Καλυδνίων, πέντε νέας παρεχομένη.*

De peste illa, de qua sermo est, in tertio Coorum beneficio, tenendum, eam ab Illyria et Paeonia inde Graeciam invadere, itaque diversam esse ab ea, quam in epist. 1—9. in Asia grassatam esse legimus. Crediderunt olim pestem Athenis grassatam et a Thucydide memoratam spectari. Quod praesertim opinati sunt propter inscriptionem *κατάστασις λοιμώδης* in Ep. III. (p. 212. vol. I.); sed qui istam *κατάστασιν* cum loco Thucydideo confert, statim videt morbum alterum ab altero toto coelo distare. Non ausim tamen plane negare epistolae auctorem non usum esse loco Thucydidis ut suam fabulam ornaret, quippe ille: *ἤρξατο δέ*, inquit, *τὸ μὲν πρῶτον, ὡς λέγεται ἐξ Αἰθιοπίας τῆς ὑπὲρ Αἰγύπτου, ἔπειτα δὲ καὶ ἐς Αἴγυπτον καὶ Λιβύην κατέβη καὶ ἐς τὴν βασιλέως γῆν τὴν πολλήν.* Nimirum qui finxit Hippocratem cum Alcibiade in Siciliam mittere filium suum Thessalum, facile loco isto Thucydideo uti potuit, ut fabulam de Hippocrate ad Persas evocato superstrueret.

Sed hoc utut est, in epistolis duae memorantur pestes, quarum utriusque etiam mentio facta in dogmate Atheniensium.

Hoc rursus argumento esse poterit, probabile esse omnes epistolas, repugnantiis licet redundantes, ab eodem viro esse literis mandatas, qui res gestas nonnullas ex historia notas arripuerit, ut narrationi suae eas fundamenti loco subiiceret, quemadmodum in narratione de Democrito philosophi operum locos usurpavit ut fabulam de colloquio inter Hippocratem et celebrem Abderitam exornaret.

Transimus ad vitam Hippocratis.

Circa hunc *βίον Ἱπποκράτους κατὰ Σωρανόν* animadvertendum, eum cum epistolis esse coniunctum. Constat enim e verbis de Democriti curatione: *ῥύσασθαι τὴν πόλιν ὅλην*, quibus respicitur ad locum in epist. 10. haud procul ab initio obvium: *ὥστε φόβος οὐχ ὁ τυχὼν, ἂν φθαρῇ τὸν λογισμὸν Δημόκριτος, ὄντως δὴ τὴν πόλιν ἡμῶν τῶν Ἀβδηριτῶν καταλειφθήσεσθαι.* Respicitur praeterea ad alios locos de eadem re in epistolis obvios. Coniunctio vero ista apparet etiam e factorum in epistolis memoratorum excitatione. Apparet e citatione epistolae in vita illa, ubi: *ὡς καὶ τοῦτο*, inquit auctor, *διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν ἐπιστολῆς δηλοῦται.*

Duo me iudice fieri potuerunt: aut vita illa conscripta est ab homine, qui epistolas legerit ab alio conscriptas easque fidos fontes historiae medici Coi esse existimaverit; — aut epistolae et vita ab eodem viro sunt profectae. Equidem vero maxime in hanc partem inclinare me fateor. Nam licet advertat repugnantia inter ea, quae de praeceptoribus Hippocratis in vita narrantur et ea, quae de eadem re in epistola secunda occurrunt, ubi solum pater et avus memorantur, fatendum tamen, quod abunde e superioribus constitit, vel eiusmodi repugnantiam

non esse certum in hac quaestione indicium; eamque minime evertere quod de oratione supra diximus et ad vitam adnotavimus.

Quod apud Suidam in voce Ἱπποκράτης legitur, id manifesto ex his epistolis et vita hacce κατὰ Σωρανόν ductum est. Apud Suidam primum Herodicus Selybrianus enumeratur inter Hippocratis praeceptores; dein vero, ὡς δέ τινες discipulus dicitur καὶ Προδίκου. Haec res ita intelligenda mihi videtur ut in vita cum epistolis coniuncta alii Ἡρόδικος, alii Πρόδικος legerent.

Haec hactenus.

§ 43.

Quot scriptores huius medicorum sylloges sumere oporteat investigatur.

Adhuc persecuti sumus libros singulos huius collectionis scriptorum medicorum, quae vulgo Hippocratis opera audit. De scriptorum singulorum auctoribus passim in his prolegomenis monuimus. Vidimus esse plures libros, quorum unum aliquem scriptorem sumere neutiquam possis, sive quod excerpta continent e fontibus diversissimis, sive alia de causa. At ea, quae in prolegomenis supra disputavimus, respicientes iam id agamus, ut enumeremus primum scriptores partim cognitos, partim incognitos, quibus certo certos libros tribuere liceat; tum subiungamus aliquid de iis libris, quos ita certo alicui scriptori sive cognito, sive incognito adscribere non detur.

Auctores cogniti sunt hi:

I. Hippocrates, quem certo conscripsisse affirmo libros Epidemiorum I. et III. praeter interpolata; librum de Aëre, aquis, locis; librum de Victus ratione in morbis acutis exceptis additamentis spuriis; librum de Capitis vulneribus.

Admodum probabile existimo in Praenotionibus Coacis non paucos esse locos sive ex uno aliquo opere, sive e pluribus operibus Hippocratis ductos. Hos autem singulos ita discernere ut certo affirmes locum illum Hippocratis esse, alium esse non posse, quum e nexu suo divulsi sint, res est perardua. Locos plerosque in Prognosticum translatos esse Hippocrateos, probabile existimo. Idem fere statuendum videtur de Iure iurando: scilicet certo id Divino seni tribuere non audeo, sed probabile est apud veteres Coos id exstitisse et in usu fuisse.

II. Polybus, cui debetur fragmentum de Venis, quod legitur cap. 10. libri de Natura ossium et cap. 12. libri de Natura hominis.

III. Syennesis Cyprius, qui scripsit fragmentum de Venis, quod reperitur cap. 9. libri de Natura ossium.

Itaque hi tres sunt scriptores, quorum nomina novimus.

Auctores anonymi:

I. *Anatomicus incertus*, cui debemus fragmentum, quod legitur cap. 12. seqq. libri de Natura ossium.

II. *Interpolator Epidemiorum I. et III.*, qui Prognosticum consarcinavit et reliquit librum Prorrheticum II.

III. *Sophista incertus*, qui auctor est libellorum vulgo Lex, de Arte, et de Vetere medicina dictorum.

IV. *Sophista*, qui librum de Morbo sacro conscripsit.

V. *Incertus auctor* libri, cuius fragmenta supersunt in scriptis de Natura hominis, excepto Polybi fragmento de Venis, et de Victu salubri.

VI. *Sophista*, qui librum de Flatibus composuit.

VII. *Sophista*, a quo prima pars libri de Morbis I. profecta est.

VIII. *Sophista*, qui libellum de iis, quae ad Virgines spectant, reliquit. Dubium enim admodum, num idem sit, quem quarto loco enumeravimus, libri de Morbo sacro auctorem.

IX. *Heracliteus* ille, qui libros tres de Diaeta et librum de Insomniis reliquit.

X. *Pythagoreus*, auctor librorum de Principiis, de septimestri et octimestri Partu, de Numero septenario.

XI. *Auctor* libri de Affectionibus internis.

XII. *Sophista* ille, qui e Doriensibus in Italia fuit et librum de Locis in homine composuit.

XIII. *Incertus auctor* librorum de Morbis IV., de Genitura, de Natura pueri, de Morbis mulierum I., de Sterilibus. De quo tamen tenendum, eum in duobus scriptis postremo enumeratis potius ἐπιδιασκευαστὴν operum aliorum quam auctorem se praebere.

XIV. *Chirurgus et anatomicus incertus*, cui debentur libri de Fractis et articulis, de Glandulis, de Corde; tum fragmenta anatomica duo in libro de Natura ossium, quorum prius capp. 1—8., alterum cap. 11. eiusdem libri et in Epid. II. sect. 4.

Cum quibus libris cohaerent Vectiarius et de Officina medici.

XV. *Auctor* fragmenti περὶ ἀνατομῆς.

XVI. *Auctor* libri de Medico.

XVII. *Auctor* librorum de Decenti habitu et Praeceptionum.

XVIII. *Auctor incertus* Epidemiorum V.

XIX. *Auctor* Epistolarum, cett. et Vitae Hippocratis secundum Soranum.

Hos quidem incertos auctores undeviginti certo distinguendos esse opinor.

Minus certo mihi constitit de hisce:

I. Fuitne unus scriptor aliquis fragmentorum descriptionis morborum epidemiorum et morborum singularium, qui leguntur in Epid. II. IV. VI.? Neque nego, neque affirmo; plane incertus sum.

II. Pariter incertus sum, num ab eadem manu sint Epid. VII. et libri de Morbis II. et III. De orationis similitudine in his scriptis fuse egi in Prolegomenis ad vol. I.

III. Fortasse unus idemque auctor reliquit librum de Affectionibus, libri de Morbis I. partem secundam, tertiam, libellum de Visu.

IV. Suspicor libros de Ulceribus, de Haemorrhoïdibus, de Fistulis tribuendos esse auctori alicui librorum e Cnidia schola profectorum, in quibus doctrina de duobus humoribus pellucet. Fieri tamen possit ut alii cuidam ex ea schola debeantur.

V. De libris de Morbis mulierum II., de Superfoetatione, de Foetus in utero mortui resectione nescio num singulos suo auctori incerto, an plures omnesve uni alicui tribuere

oporteat. Liber de Natura muliebri recentior fortasse quam illi libri, sed huius quoque scriptor potius consarcinator quam auctor est.

VI. Quomodo nati sint libri, quales Prorrheticus I. et Praenotiones Coacae plane ignoramus. Praenotiones post plures libros alios in hac sylloge, etiam post Pythagorei scripta quem decimo loco supra posuimus, exstitisse certum est; sed ceteroquin id unum scimus, esse locos e diversissimis scriptis congestos.

Aphorismi eodem se habent modo; de tempore, quo nati sint, incerti sumus. Si locos consimiles ex aliis libris cum iis conferas et formas locorum in his et Praenotionibus obviorum inter se conferas, ut probabili coniectura efficias locos quosdam in alterutro libro formam sive antiquiorem, sive recentiorem referre, et hoc vel cum fructu aliquo feceris, ne sic quidem multum proficias, quum neque de fontibus harum collectionum apophthegmatum medicorum, neque de ipsarum syllogarum consarcinatoribus, neque de eorum et fontium aetate quidquam scias.

VII. De interpolatis in Epidd. II. IV. VI. et de libro de Humoribus, de libro de Liquidorum usu, de eo, qui de Alimento inscribitur nihil fere certi dixeris. Interpolata illa, quae primum memoravi, esse multo recentiora morborum descriptionibus, quibus intermixta sunt, certum esse iudico.

VIII. De additamentis spuriis ad librum de Victu acutorum incertum quando sint scripto mandata. Pleraque eorum uni scriptori alicui deberi videntur; nec tamen de omnibus, minime de postremis idem affirmare ausim. Platonicae doctrinae vestigia in iis detegere mihi visus sum.

IX. Collectio sententiarum brevium, quae in libello de Dentitione habentur, recentior esse videtur Aphorismis. Sintne illi loci omnes ab uno auctore profecti, an a pluribus non constare dixerim.

X. Formularum medicinalium congeries, quales in libris de Morbis mulierum et in fine libri de Morbis III. occurrunt et quae partes sunt *Φαρμακιτίδων*, quas appellaverunt veteres illi, singulae uni alicui scriptori eo nomine tantum tribui posse videntur, ut is eas collegisse statuatur. Natae autem videntur illae formulae apud practicos plures.

XI. Quomodo et quo tempore exstiterint locorum distractorum apographa, quae in libris de Crisibus et de Diebus iudicatoriis supersunt, nemo novit.

Ut brevibus tandem comprehendam quae in prolegomenis ad volumen tertium disputata sunt, haec in medium profero:

I.

Libri *de fractis* et *de articulis* unius operis sunt partes, quarum eo quo descripsi ordine altera alteram excipit. Probabile est opus antiquum fuisse chirurgicum plenius, cuius hae sunt reliquiae, quae non pristino ordine circumferri videntur, sed eo, quo recentiores disposuerunt. Scriptor ad Cnidios recentiores pertinere videtur, qui Hippocratis opera legerint, cuius orationis imitationis vestigia manifesta interdum apparent. Tum inde, tum e distinctione venarum et arteriarum luce clarius patet haec opera Hippocratis aevo esse recentiora.

II.

Mochlicus compendii librorum supra memoratorum pars dici potest. Rerum ordo alius quam in illis; multa praesertim in postremis pessime descripta sunt.

III.

Libri *de glandulis* et *de corde* eidem debentur auctori, cui libri de fractis et de articulis. Hic ad primum horum opusculorum manifesto tanquam ad scriptum suum dimittit lectorem; alter vero cum primo illo et cum libris de fractis et articulis dictionibus ita congruit, ut ab eadem manu esse ultro pateat.

IV.

Liber *de officina medici* compendium esse videtur operis conscripti ab eodem auctore cui libros *de fractis*, cett. debemus. Non caret veri specie opinio veterum, fuisse opus aliquod antiquo tempore κατ' ἰητρεῖον appellatum, cuius partes supersint in libro *de fractis*, cett. et cuius aliarum partium excerpta relicta sint in eo, quod bodie *de officina medici* inscribitur. Hoc autem scriptum pluribus sui partibus admodum corrupte ad nostram aetatem pervenit.

V.

Liber *de natura ossium* dici solitus non refert nisi fragmenta operum antiquiorum, quae

quinque sunt numero et quorum primum et quartum sunt reliquiae anatomicae eiusdem scriptoris, qui librum *de fractis*, ceteros, composuit. Alterum fragmentum Syennesis Cyprii est, tertium Polybi venarum descriptio. Quintum incerto auctori debetur, sed qui diversus est ab eo, qui fragmentum primum et quartum scripto mandavit.

VI.

Certo constat libros *de fractis*, *de articulis*, *mochlicum*, *de glandulis*, *de corde*, *de officina medici*, et fragmentum primum et quartum e libro *de natura ossium*, communem habere originem.

VII.

Alius originis vero sunt libri *de ulceribus*, *de haemorrhoidibus*, et *de fistulis*, qui sine dubio item a Cnidio recentiore sunt conscripti, sed communi dogmate de bile et pituita morborum causis cum libris *de morbis I. II. III.*, *de affectionibus*, cett. conveniunt; qua in re supra memorati ab iis differunt, quum huius dogmatis vestigia in illis non appareant. Videntur tres illi libri, de quibus nunc dicimus, unius cuiusdam operis esse partes.

VIII.

Libellus *de visu* fragmenta continet de morbis oculorum, quae sine dubio Cnidius recentior scripto mandavit. Fieri possit, ut auctori libri περὶ παθῶν debeantur, sed certo tamen id demonstrare non licet.

IX.

Libellus *de corporum resectione* plane incertae originis est. Fuerunt, qui illum Democrito tribuere vellent, sed certa indicia nulla sunt; potius conscriptum esse videtur a sciolo, qui Democriti personam agere voluerit. Pariter incertae originis est *de dentitione* libellus.

X.

Liber *de alimento* referre videtur excerpta ex aliis libris. Sine dubio recentiore quam Hippocratis aevo literis sunt mandata. Forma satis conveniunt cum *epidemiorum spuriorum* partibus nonnullis et cum libro *de humoribus*.

XI.

Libri *de crisibus* et *de diebus iudicatoriis* centones sunt consuti e pannis de libris diversissimae originis in hac sylloge scriptorum medicorum antiquorum decerptis. De eorum ori-

gine nihil innotuit. Solum quia lectionis traditae horum locorum testes sunt, alicuius momenti sunt habendi; ceterum nullius sunt pretii.

XII.

Libri *de medico* auctor ipse medicus practicus fuit, qui hoc opusculum in usum tironum scripto mandavit. Nexus inter hanc scriptiunculam aliosque in hac sylloge libros apparet nullus. Incertus auctor et aetas incerta.

XIII.

Libri *de decenti habitu* et *praeceptiones* inscripti uni eidemque auctori debentur, qui inepto ornatui rhetorico in scribendo maxime deditus est, et huic rei ita indulget, ut subinde solum hac de causa, minimeque propter locorum corruptelam, talia habeat, quae intelligere nemo possit. Neque huius scriptoris alia opera in hac sylloge supersunt.

XIV.

Probabile est *prorrheticum secundum* conscriptum esse ab eodem viro, qui *prognosticum* e locis antiquiorum librorum composuit et *epidd. I. et III.* in eam redegit formam, qua hodie superesse novimus. Videtur sedulus fuisse antiquorum e scholis diversis lector et inde cum materiam depromere tum orationem partim ducere.

XV.

Libri *de victus ratione I. II. III.* et qui *de insomniis* inscribitur unum continuum atque integrum referunt opus sophistae, qui Heracliti inprimis placita suae doctrinae substravit. Iactat hic, primum se esse, qui plenum de victus ratione tractatum edat, et praesertim, se signa reperisse, quibus morbi ex intemperantia sive in cibo, sive in laboribus nasci soliti, antequam orti sint, cognoscantur et modos, quibus eos praevertant homines.

XVI.

Libri *de principiis*, *de aetate*, *de septimestri partu*, *de octimestri partu*, *de numero septenario* omnes ab eodem auctore eoque Pythagoreo sunt conscripti. Integra opera non sunt, sed fragmenta sive unius operis, cuius τμήματα integra in nonnullis supersunt, sive operum plurium. Certum est Praenotionum Coacarum syllogen post huno librum s. hos libros *) exstitisse.

---

*) Hac de re nunc moneo, quia olim res mihi dubia visa erat; cf. Proleg. vol. I. p. XXVIII. seq. et vol. III. § 41. sub finem, p. LXXVII.

XVII.

Epistolae, *orationes*, *δόγμα Atheniensium*, *vita Hippocratis secundum Soranum* unius viri scripta sunt, qui inter se repugnantia profundere in narrationibus non veretur. Quum manifesto e libris Hippocrate recentioribus locos hauriat, ita ut illius aetate iam magnam partem collectionem Hippocraticam, quam vocant, exstitisse pateat, non potest non multo Divino sene recentior esse. *Oratio ad aram* et *Thessali oratio* enumerantur apud Erotianum, unde efficias saltem ante C. N. composita esse haec opuscula. Conicio ea fere ab Alexandrino sciolo esse profecta.

XVIII.

De titulis librorum tertio volumine contentorum sic sentio: *de fractis* et *de articulis* sunt tituli recentes; *mochlicus* ineptus est titulus, sed nescio num ab auctore compendii, an ab alio sit profectus. *De glandulis* et *de corde* fortasse inscriptiones antiquae sunt: idem dicendum videtur de titulo *de officina medici*. Libri *de ossium natura* inscriptio recens, spuria. Librorum *de ulceribus*, *de haemorrhoïdibus*, *de fistulis* tituli sunt inscriptiones partium libri chirurgici; utrum librario an auctori debeantur non liquet. Titulus *περὶ ὄψιος* mihi recens esse videtur eodemque modo sentio de titulo *περὶ ἀνατομῆς* et *de dentitione*. De inscriptione *de alimento* dubius haereo itemque de titulis *de crisibus* et *de diebus iudicatoriis*. Scripti *de medico* titulum deberi dixerim librario initium eius respicienti. Libelli *de decenti habitu* et *παραγγελίαι* fortasse habent titulos ab auctore inditos. *Prorrheticus secundus* sine dubio novus est titulus, liber fortasse *Prorrheticus* nude olim fuit inscriptus. Libri *de diaeta I. II. III.* suum sibi habent titulum antiquum, sed *de insomniis* inscriptio est *τμήματος* huius operis et recens. Tituli *de principiis*, *de aetate*, *de septimestri partu*, *de octimestri partu*, videntur recentes esse sectionum operum s. operis inscriptiones. Fortasse titulus *περὶ ἑβδομάδων* est antiquus, ab ipso auctore inditus. Epistolis, orationibus, ceteris sui titnli servati sunt.

EPIMETRUM.

I.

Omnia, quae hoc volumine continentur, typothetae iam erant tradita, cum accipiebam Athenis ad me missam partem editionis novae Hippocratis curatae ab eruditissimo Carolo H. Th. Reinhold. Insunt Ius iurandum et libri, qui Lex, de Arte, de Vetere medicina audiunt. In fine *τοῦ ὀβελισμοῦ*: *ταῦτα μὲν οὖν*, inquit, *κατὰ ταῦτα τὰ βιβλία κεκαινοτόμηταί μοι παρὰ τοὺς* K. K. Littré, Daremberg *καὶ* Ermerins, — *αὐτῶν δὲ τῇ ἐπικρίσει θαρσέων ἐπιτρέπω τὸν ὀβελισμὸν τουτονί.* In quibus verbis non inest vana iactantia; nam nemo harum rerum peritus non videbit, eum multis locis plane novam lucem attulisse, ita ut eius curâ melius hi libri quam antea intelligantur. Ego vero communium nobis studiorum causa eius invitationi obsequor et quam brevissime potero ea notabo, sive in quibus dissentiam, sive quae rectius quam fecit ille describi posse visa sunt.

Ius iurandum. Pro vulgato *οὐ τεμέω δὲ οὐδὲ μὴν λιθιῶντας* de coniectura dedit *οὐ τεμέω δὲ οὐδὲ μὴ ἐν ἡλικίῃ ἐόντας.* „Neque vero, inquit, ne impuberes quidem secabo, *τουτέστιν εὐνουχιῶ*, castrabo." — Ego valde dubito: primum de chirurgiae illius aevi conditione deficientibus monumentis tam parum compertum habemus, ut ne diiudicare quidem nos posse arbitrer, num re ipsa vitiosum sit quod emendatur, licet nostro tempore mirum videatur, medicum solemniter promittere se calculum non exsecturum. Tum vero, licet non ignorem *τάμνεμεν* eo, quo R. posuit, sensu apud Hesiodum explicari, negari tamen non potest solitam in re turpi et nefaria formulam apud Herodotum, alios esse *ἐκτέμνειν*. Denique quorsum spectat *οὐδέ*? Sintne censendi veteres minus nefariam reputasse *τὴν τῶν μὴ ἐν ἡλικίῃ ἐόντων ἐκτομήν* quam adultorum? — Possint, puto, plura obiici, sed haec nunc satis sunto.

Lex. Cap. 3. de coniectura *τοιῆδε καὶ τῆς ἰητρικῆς μαθήσιος* pro *τοιῆδε καὶ τῆς ἰητρικῆς ἡ μάθησις* dedit. Unde profluxerit coniectura probe scio, sed non mihi cônstat non ipsum corrigi auctorem.

Cap. 4. Quae in fine capituli partim spuria habentur, partim re ipsa eiiciuntur nondum mihi persuadeo ab aliena manu esse. Loco, ubi sophista tam declamatorio dicendi genere

utitur, equidem ista eiicere non ausim. Habetur in mss. iam interpretis nescio cuius scholion ad repudiata illa adpositum.

De Arte. Cap. 2. γιγνώσκεται τοίνυν δεδιδαγμένων ἡ δύναμις τῶν τεχνέων. Ad hanc emendationem R. provocat ad capitis 4. finem τὴν δύναμιν περανθέντος τοῦ ἔργου ἔγνωσαν. Possis vicissim provocare ad locum capitis 2. de vet. med. καὶ δεικνὺς τὴν τέχνην ὅ τι ἐστί, ut firmes Foësii coniecturam γιγνώσκεται τοίνυν δεδειγμένων εἴδεα τῶν τεχνέων. Me tamen, ut hanc vulgati textus scripturam emendatam a Foësio tuear, maxime movet hocce: omnia vicina non nisi *ad formam, quae spectetur*, referuntur.

Cap. 4. ἐξυγιαίνονται non esse puto nisi librariorum errorem pro ἐξυγιάζονται; plures in his libellis loci id abunde docere mihi videntur. Transitivum ἐξυγιαίνειν non admitti posse existimo.

Ibidem. ἐν ᾧ γὰρ ἐπέτρεψαν αὐτῇ σφᾶς αὐτοὺς καὶ ἐπίστευσαν. Quod in ordine vocabulorum, qualem ego dederam, non adverterat, nunc observo: scilicet suspicor καὶ ἐπίστευσαν esse glossema ad ἐπέτρεψαν olim adscriptum.

Cap. 5. ἄλλως τε εἰ ἐπιτύχοιεν κ. τ. λ. Nunc etiam existimo hanc lectionem esse recentiorem, antiquam latere in ἀλλ' ὥστ' ἂν ἐπιτύχοιεν. Quippe cum rerum nexu plane congruit ἀλλ' ὥστε, minime ἄλλως τε κ. τ. ἑ.; nempe sibi respondent οὐ μὴν — ἀλλ' — ita ut solum ἀλλ' ὥστε probandum sit. Credo tamen in vulgata lectione ἂν de sede sua aberravisse, malimque legere: ἀλλ' ὥστ' ἐπιτύχοιεν ἂν κ. τ. λ. Eiusmodi autem structurae exempla tum alia citantur, tum haec: Herod. II. 16.: ὥστε ἐν τῷ — μεταξὺ γίνοιτ' ἄν. Xen. Anab. VI. 6. 20.: ὥστε ὅπῃ ἂν βούλησθε ἐξαίφνης ἂν ἐπιπέσοιτε.

Ibidem. Num consulto post ἀλουσίῃ omissa sint verba ἢ πόνοισι, ἢ ἡσυχίῃ, ἢ ὕπνοισι, ἢ ἀγρυπνίῃ, non constat. Non video causam, cur reiiciam.

Ibidem. Εἰ τοίνυν ἐπιστήσεται ἢ ἐπαινέειν ἢ ψέγειν ὁ νοσήσας τῶν διαιτημάτων τι οἷσιν ὑγιάσθη, πάντα ταῦτα τῆς ἰητρικῆς ἐόντα εὑρήσει. Quis ψέγει τι, ᾧ ὑγιάσθη? Necessario explendum quod dederam, οἷσι ὑγιάσθη, ἢ ἐβλάβη.

Cap. 7. τὴν μὲν τῶν καμνόντων ἀκρισίην scriptum est pro vulgato ἀκρησίην, i. e. ἀκρασίην. Me iudice auctor ἀκρασίην scripsit, quod pro ἀκράτεια passim occurrit; nam quid huc ἀκρισίη aegrotantium? Hi ἐπιτάσσονται, non ἐπιτάσσουσι, hi καρτερεῖν ἀδυνατοῦσι. Summatim non iudicium, sed obtemperantiam et patientiam in iis requirit scriptor.

Cap. 8. (p. 9. vs. 23. apud R.) legimus: ὧν ἁπάντων φημὶ δεῖν κατατυχόντα τὸν ἰητρὸν τὴν δύναμιν αἰτιᾶσθαι τοῦ πάθεος, μὴ τὴν τέχνην. Omittit μὴ ante κατατυχόντα, quo facto hoc interpretatur, „mente assecutum — καταμαθόντα." Primum quidem eo sensu, quo vult R., non sunt synonyma κατατυγχάνειν et καταμανθάνειν, quum in illo semper notio rei fortuitae insit, non semper in hocce. Verum de illo, quod fortuito et felicitate quadam a medico cognoscatur, eo rerum nexu, quo vult R., non est sermo; potius congruum esset ἃ ἅπαντα φημὶ δεῖν εἰδότα τὸν ἰητρὸν τὴν δύναμιν αἰτιᾶσθαι τοῦ πάθεος, μὴ τὴν τέχνην. Etiam nunc μὴ κατατυχόντα *spe falsum* significare et vera loci scriptura esse videtur.

Quod sub finem capitis ἀνατεθετέον legimus, lapsus calami est, vel typothetae.

Cap. 9. τὰ δ' ἐξανθεῦντα ἐς τὴν χροιὴν, ἢ οἰδέοντα ἐν εὐδήλῳ scribit vulgatam lectionem secutus, nisi quod in hac οἰδαίνοντα. Vulgatam autem lectionem illum praeferre prae

altera satis capio; non intelligo quare in ea *οἰδαίνοντα* in *οἰδέοντα* mutet. *Οἰδαίνειν* intransitivum esse certum est; veteres adeo lexicographi *οἰδαίνειν* exponunt *φλεγμαίνειν*.

Cap. 10. sub finem edidit: *καὶ αὐτὰ τὰ ἄρθρα, ἐν οἷσιν αἱ ξυμβολαὶ τῶν κινευμένων ὀστέων ἐγκυκλέονται καὶ τούτων οὐδὲν ὅ τι οὐχ ὑ π ο φ ρ ύ ἐστι καὶ ἔχον περὶ ἑωυτῷ θαλάμας, ὡς καταγγέλλει ἰχὼρ, ὃς ἐκ διοιγομένων αὐτέων πολύς τε καὶ λ ι π ό ε ι ς ἐξέρχεται.* In quibus *ὑποφρυ* et *λιπόεις* coniecturae sunt, de quibus videndum. Ad *ὑποφρυ* R. adnotat: *κέκρυπται γάρ πως ἡ τοῦ ἄρθρου κοιλότης ὑπὸ ταῖς εἴτε γλήνης, εἴτε κοτύλης ὀφρύσιν.* Verum hoc ipsum nego, ne fit quidem *ἐν τῇ κοτύλῃ*, cuius cavum altissimum: vel hac de causa sola *ὑποφρυ*, in quo *ὑπό* simili sensu ponitur atque in *ὑποχθόνιος*, constare nunc nequit. Tum vero ex verbis adlatis statim apparet R. referre antecedens *τούτων* ad *αὐτὰ τὰ ἄρθρα*. Quodsi tamen ad totius periodi decursum, a verbis inde *ἔτι δὲ καὶ πρὸς τούτοισι φλέβες κ. τ. ἑ.* ad *καὶ τούτων οὐδὲν κ. τ. ἑ.* usque, mentem advertas, apparet *τούτων* referri ad antecedens *φλέβες πολλαὶ καὶ νεῦρα* et ad *καὶ αὐτὰ τὰ ἄρθρα*, ita ut idcirco etiam *ὑποφρυ* non admittendum videatur. — Ultro profiteor locum intellectu difficillimum esse; nunc etiam *ὕπαφρον* maxime arridet, *ὕποφρον* Erotiani corruptum esse opinor, sed vellem esset, qui mihi Sophoclis locum apud eum expediret. Verum pergo: quae sunt nostro illae *θαλάμαι*, quas circum se habent illae partes? — Relegenti mihi haec in mentem venit, num forte auctor respiciat telam cellulosam circa venas, nervos, articulos et quae cum spuma comparetur, ita ut ideo *ὕπαφρα* dicat haec organa? Sintne *αἱ θαλάμαι* interstitia huius telae iunctoriae, quam hodie dicimus? — Non certo novi; sed fortasse locus ita acceptus planior fit. — At de *λιπόεις* etiam monere pergo, quod pro *πολλὰ λυπήσας* de coniectura exhibetur. Adnotat R. *λυπεῖ μὲν ἐξερχόμενος, λ υ π ή σ α ς δὲ οὐκ ἐξέρχεται.* Loquitur autem de ichore, qui in articulis inflammatis secernitur, sed ne de hac re quidem verum est, quod affirmat. Equidem puto vulgatum *πολλὰ λυπήσας* non esse tangendum, modo respiciamus antecedentia in hoc ipso capite: *Πᾶν γὰρ τὸ ξύμφυτον . . . . κοῖλόν ἐστι, πληροῦταί τε ὑγιαῖνον μὲν πνεύματος, ἀ σ θ ε ν ῆ σ α ν δὲ ἰ χ ῶ ρ ο ς.* Quo loco non magis quam in illo fine capitis novimus quis et qualis *ἰχὼρ* significetur, licet e superioribus illis verbis appareat *πολλὰ λυπήσας* non leviter esse reiiciendum. — Summatim id unum affirmo, me haec nondum satis intelligere, nec magni facere meam ipsius explicationem, ubi telam cellulosam me cogitare supra dixi.

Cap. 11. (p. 12. sub finem apud R.) *καὶ τῆς γε τέχνης τὴν δύναμιν, ὁκόταν τινὰ τῶν τὰ ἄδηλα νοσεύντων ἀναστήσῃ, θαυμάζειν, ἀξιώτερον, ἢ ὑ π ε ρ ο ρ ᾶ ν μ ὴ ἐ γ χ ε ι ρ η σ ά σ η ς τ ο ῖ σ ι ν ἀ δ υ ν ά τ ο ι σ ι ν.* Ita R. constituit haec ex A. lectione *ἢ ὁπότερον μὴ ἐγχειρήσῃ τοῖς ἀδυνάτοις*, ubi vulgo *ἢ ὁκόταν ἐγχειρήσῃ τοῖς ἀδυνάτοις*. Littréus in adn. e lectione ms. A. coniecerat *ἢ μέμφεσθαι ὁκόταν μὴ ἐγχειρήσῃ τοῖς ἀδυνάτοις*. Mihi melius hic codicis A. lectionem emendasse videtur quam R. Admodum dubium est, num *ὑπερορᾶν* in *ὁπότερον* abierit; quin hoc facilius ex *ὁκόταν* nasci potuisse videtur; tum satis firmum esse arbitror *ἐγχειρήσῃ*, quod in *ἐγχειρησάσης* mutandum erat in nova loci lectione.

Ibidem. Locus, qui incipit verbis *ὅκου ἐν ἄλλῃ γε δημιουργίῃ* (vs. ult. p. 12. apud R.) et pergit ad finem capitis, nondum recte descriptus est, necdum video, quomodo ad integritatem restituendus sit. In eo (p. 13. vs. 3.) *καὶ ὁκόσαι, καίτοι ἐν εὐεπανορθώτοισι κ. τ. ἑ.*

prorsus impeditum est: *καὶ ὁκόσαι* suspensum manet; — nihil est quorsum subiectum illud referatur in eâ loci scripturâ. Ceterum quod in hisce *ὅκου* pro *οὔκουν* et *ὁμοιοσχήμοσι* pro *ὁμοίοισι σχήμασι* datum est, recte factum esse puto.

Cap. 12. initio *τοῦτο δὲ τὸ ξύμπαν τὸ ἐν τῇ νηδύϊ νοσεύντων* scriptum est pro *τοῖσι δὲ τῶν ξυμπάντων ἐν τῇ νηδύϊ νοσεύντων*, quod sine dubio vitiosum est. Malim tamen *τοῦτο δὲ τῶν ξύμπαντα τὰ ἐν τῇ νηδύϊ νοσεύντων.* Displicet *ξύμπαν τὸ ἐν τῇ νηδύϊ*, quia non credo viscera diversa eâ contenta tanquam unum quoddam totum fuisse memorata.

Ibidem paulo post *Ὅταν δὲ ταῦτα μηνύοντα* non concoquo, quin primum credidi errorem esse typographicum; postea tamen animadvertens non *ταῦτα τά*, sed solum *ταῦτα* scriptum esse, perspexi R. id omnino voluisse. Videtur autem mihi plane incongruum esse et legendum *ὅταν δὲ ταῦτα τὰ μηνύοντα μηδ' αὐτὴ ἡ φύσις ἑκοῦσα ἀφίῃ.*

De vetere medicina. Cap. 1. in fine *πρὸς ὅτι χρὴ ἐπανέγκαντα* lapsus est pro *πρὸς ὅ τι χρὴ ἐπανενέγκαντα.*

Cap. 2. *ἐκ τούτου δὲ καταφανὲς ἔσται ἀδύνατον ἐὸν τὸ ἄλλως πως τὸ ἐτεὸν εὑρίσκεσθαι* de coniectura scriptum est pro codicis A. lectione *ἐκ τούτου δὲ καταφανὲς ἔσται ἀδύνατα ἐόντα ἄλλως πως τουτέων εὑρίσκεσθαι.* In ceteris libris *τουτέων* abest, itaque edi solet *ἐκ τούτου δὲ καταφανὲς ἔσται ἀδύνατα ἐόντα ἄλλως πως εὑρίσκεσθαι*, quod quare tentandum sit, non video. In codicis A. lectione *τουτέων* abundare certum est, sed potius credo librariorum errore exstitisse, quam ex *τοὐτεόν* natum esse. Nisi formula, qualis *τὸ ἐτεὸν εὑρίσκειν* exemplis confirmetur, ei de coniectura illatae fidem non habeo, modo reputem usum huius *ἐτεόν*, *ἐτεά*, quod ita positum, uti vult. R., nusquam vidi.

Ibidem in fine capitis *εἰ δέ τις τῶν ἰδιωτέων γνώμης ἀποτεύξεται καὶ μὴ διαθήσει οἱ τοὺς ἀκούοντας, οὗτος τοῦ ἐόντος ἀποτεύξεται* scriptum est, ubi ceteri *καὶ μὴ διαθήσει τοὺς ἀκούοντας οὕτως, τοῦ ἐόντος ἀποτεύξεται.* Nunc tamen locum corrumpit, non emendat. Quid enim erit *διατίθημί μοι τὸν ἀκούοντα*, nisi significetur *πῶς αὐτὸν διατιθῇς*? — Apparet *οὕτως* esse necessarium; *οἱ* ferri potest, sed non est necessarium; *οὕτως* in vulgata est *ὥστε ἀναμιμνήσκεσθαι τῶν ἑωυτῷ ξυμβαινόντων.*

Cap. 3. haud procul ab initio *αὕτη ἡ ἀνάγκη* non praefero prae *αὐτὴ ἡ ἀνάγκη.*

Ibidem (p. 17. vs. 19.) *ὡς ἢν μὲν ᾖ ἰσχυρὰ, οὐ δυνήσεται κ. τ. ἑ.* Etiamsi locum ad hunc modum constituere lubeat, *ἰσχυρότερα* codicum praestat prae *ἰσχυρά.* Nempe comparativus eo sensu, quo quod nimium est significetur, non est incongruus, sed apte ponitur.

Caput 4. (p. 18. vs. 5.) Nondum praefero *ἀσκησίων* prae *ἀνακτησίων.* Potius illud ex hoc, quam hoc ex illo nasci potuit. Foësius in oecon. recte interpretatus esse videtur et vere cum *ἀνάληψις* comparavisse; noster *ἀνακομιδή*, cap. 21. initio. Non me fugit illud *ἀνακτήσιες* esse *ἅπαξ εἰρημένον* in hac medicorum sylloge; sed verbum *ἀνακτᾶσθαι* eodem sensu, quo *ἀναλαμβάνειν* notum est; tum eo significatu apte coniunguntur *γυμνασίων τε καὶ ἀνακτησίων*, et contra quare *ἀσκήσιες* memorentur post *γυμνάσια*? Equidem existimo *ἀνακτησίων* esse antiquam lectionem.

Cap. 5. initio legimus *σκεψώμεθα δὲ νυν καὶ τὴν ὁμολογουμένως ἰητρικὴν τὴν ἀμφὶ τοὺς κάμνοντας εὑρημένην, ἣ καὶ οὔνομα καὶ τεχνίτας ἔχει ἱερή τε εἶναι αὐτὴ αὐτῶν ἐθέλει, πόθεν ποτὲ ἦρκται*, in quibus *ἱερή τε εἶναι αὐτὴ αὐτῶν ἐθέλει* de coniectura est

datum e ms. A. lectione *καὶ ἦρά τι καὶ αὐτὴ τῶν αὐτῶν ἐθέλει*, ubi vulgata *καὶ κρατέειν καὶ αὐτὴ τῶν αὐτῶν ἐθέλει*, unde Littréus recepta Zuingeri coniectura: *εἰ κρατέειν καὶ αὐτὴ* (ego *αὕτη* edidi) *τῶν αὐτῶν ἐθέλει*. Mihi minime arridet quod R. dedit; primum id non latet in codicis A. scriptura; tum quid quaeso huc *ἡ ἱερότης τῆς τέχνης*? Quid erit *ἱερὴ αὐτὴ αὐτῶν*? — Ex ms. A. lectione prius *καί* deleto emergit *σκεψώμεθα . . . ἦ ῥά τι καὶ αὕτη τῶν αὐτῶν ἐθέλει*, i. e. „num aliquid simile, aliquid eiusdemmodi velit." Vulgatam si cum codicis A. verbis compares, quaeras utrum *κρατέειν* ex *ἦράτι* sit natum, an vero evanuerit in altera lectione *ἦράτι*, in altera *κρατέειν*. Habebimus ex utraque lectione coniuncta *σκεψώμεθα δέ νυν καὶ τὴν ὁμολογουμένως ἰητρικὴν . . . . ἦ ῥά τι κρατέειν καὶ αὕτη τῶν αὐτῶν ἐθέλει*, quod praestare puto prae *ἦ ῥά τι καὶ αὕτη τῶν αὐτῶν ἐθέλει*.

Cap. 6. (vs. 10. capitis) *καὶ ὅτι γε ῥυφέειν ξυμφέρει* coniectura est pro *καὶ ὅτῳ ῥυφεῖν*, vel *καὶ ᾧγε ῥυφεῖν*, quae codicum sunt lectiones. Sed quod de coniectura datum est, pervertit ratiocinationis cursum, ita ut constare non possit. Quid enim? Loquitur de illis, *οἷσι τὰ ῥυφήματα οὐ ξυμφέρει*, initio capitis; in altera vero periodo iidem iterum memorantur, nam dicit *ὁκόσοι . . . . ἐν ταύτῃ τῇ διαθέσει ἐόντες*; itaque quo modo de iis, quibus *τὰ ῥοφήματα οὐ ξυμφέρει*, affirmari potest, eos ex alio cibo laedi, *ὅτι ῥυφέειν ξυμφέρει*? Codicum lectio alterutra sine dubio servanda.

Cap. 8. *εἰ δέ τις σκέπτοιτο — τῶν ἄλλων ζώων*. Non acquiescendum videtur in codicis A. lectione, quam R. recepit. In ea scriptura *εὕροι ἂν οὐ βλαβερωτέρην* refertur ad *τὴν δίαιταν τὴν τῶν ὑγιαινόντων*, i. e. ad rem, quae cum altera antea memorata comparatur, quum tamen, nisi miro modo scripsisse censendus sit ipse auctor, illud referri debeat ad *τὴν δίαιταν τὴν τῶν καμνόντων* i. e. ad rem, quae cum altera subsequenti comparatur. Haec visa est obscuritas illa, quam Dübnerus sensit, et quae me impulit ut locum, quemadmodum feci, ederem.

Ibidem vs. 5. capitis non credo *ἀλλ' οἷον* esse bonam correctionem. In Reinholdi scriptura *ἀλλ' οἷον μέλλει ἐπίδηλον ἔσεσθαι*, erit *ἀλλ' οἷον νόσημα μέλλει ἐπίδηλον ἔσεσθαι*. Sed minime hoc voluit auctor. Is omnino voluit *ἐπίδηλον ἔσεσθαι τὸ βλάβος, εἰ θέλοι καταφαγεῖν ἄρτον*. Itaque si *οἷον* usurpare velis, debebis ex auctoris mente scribere *ἀλλ' ἐν οἵῳ μέλλει αὐτῷ ἐπίδηλον ἔσεσθαι εἰ θέλοι καταφαγεῖν ἄρτον κ. τ. ἑ.* Hic locus eo, quo R. fecit, modo descriptus non recte se habet.

Caput 10. (p. 22. vs. 21.) libri ferunt *δυσοργίῃ, δυσθυμίῃ*; — quia glossema sit ad vocem antecedentem *δυσθυμίῃ* reiicit R. — Dubito, nec probo: non idem est: alterum ad iracundiam spectat et morositatem, alterum ad animi abiectionem.

Caput 13. (p. 24. vs. 20.) *ἦν γε μὴ παντάπασιν ᾖ διεφθαρμένος ὑπὸ χρονιωτέρης τῆς διαίτης*. Non video notata illa, eoque modo de coniectura descripta, praestare prae codicum lectione *ὑπὸ χρόνου τε καὶ τῆς διαίτης*. Nulla opus erat emendatione.

Caput 14. (p. 25. vs. 7.) *ὅστις δὲ ταῦτα μὴ ᾖ σκεπτόμενος*. Neque *ὅστις* sine *ἂν* cum subiunctivo placet, neque ex nostri usu est; nec vero *σκεπτόμενος ᾖ* pro *σκέπτηται* arridet. Vellem ex cod. A.: *ὅστις δὲ ταῦτα μὴ ἐπέσκεπται, οὐκ οἶδα πῶς ἂν τι οὗτος δύναιτο κ. τ. ἑ.*

Caput 16. *ἢ ῥιπιζόμενός τις — διεπαύσατο* non mihi videtur vera lectio esse. Codd. optativum *διαπαύσαιτο* ferunt et supra vs. 4. *εἰ* cum optativo legitur, unde conficio hoc etiam

loco *εἰ* cum optativo datum fuisse; quare nunc etiam *ἢ εἰ ῥιπιζόμενός τις . . . διαπαύσαιτο* veram scripturam esse opinor.

Capite 19. (p. 30. vs. 13.) *καὶ λήμην ἄπεφθον ᾖ* datum est, quod minime admittam, nisi exemplis confirmatum videam *λήμην ἰέναι* esse dictionem a medicis Graecis usurpatam, quod ut demonstrari possit, multum vereor. Sed facito scribi posse, quod non potest, at omnis loci sensus sanus vel sic peribit, quum hoc plane repugnet antecedentibus. Equidem re iterum perpensa propono: *Ὀδύναι δὲ καὶ καῦμα καὶ φλογμὸς ἔσχατος κατέχει, μέχρις ἂν τὰ ῥεύματα πεφθῇ καὶ γένηται παχύτερα καὶ μὴ λήμη ἄπεφθος ᾖ.*

Ibidem (p. 30. vs. 24.) *εἰλικρινέως* errorem esse puto typographicum. Vulgo *εἰλικρινέος*, recte; nam quid huc adverbium?

Caput 20. (p. 32. vs. 21.) *οὕτως αὖ σημεῖον ἔστω τῷ λόγῳ* scriptum est pro vulgato *οὕτως οὖν μοι ἔστω τῷ λόγῳ.* Nondum vera lectio reperta esse mihi videtur; *οὕτως* saltem parum placet. Malim sane *τοῦτο δ' αὖ μοι σημεῖον ἔστω τῷ λόγῳ*, vel simile quid; sed, quod dixi, nondum satis video quid auctor re ipsâ scripserit.

Ibidem (p. 33. vs. 3.) *διαφέρουσι δὲ καὶ κατὰ τοῦτο* legimus, in quibus *καί* constare nequit, quippe non nova proponitur differentia, sed explicatur eadem, quam ante indicavit.

Cap. 22. *Τὰ δὲ σπογγοειδέα τε καὶ ἀραιὰ, οἷον σπλὴν τε καὶ πνεύμων καὶ μαζοὶ προσκαθεζόμενα μάλιστ' ἂν ἀναπίνοι, καὶ πληρυνθείη ἂν καὶ αὐξηθείη ὑγρότητος προσγενομένης ταῦτα μάλιστα· οὗ γὰρ ἂν ὥσπερ ἐν κοιλίῃ ἐνῇ τὸ ὑγρὸν, ἔξω τε περιχέοι αὕτη ἡ κοιλίη τὸ ὑγρὸν καὶ ἐξαλίζοιτ' ἂν καθ' ἑκάστην ἡμέρην· ἀλλ' ὅ τι ἂν πίῃ καὶ δέξηται αὐτὸ ἐς ἑωυτὸ τὸ ὑγρὸν, τὰ κενεὰ καὶ ἀραιὰ ἐπληρώθη καὶ τὰ σμικρὰ πάντῃ καὶ ἀντὶ μαλθακοῦ τε καὶ ἀραιοῦ σκληρόν τε καὶ πυκνὸν ἐγένετο καὶ οὔτ' ἐκπέσσει, οὔτ' ἀφίησι.* Quodsi hanc periodum, quemadmodum eam ex Reinholdi editione descripsi, aliud non agens perlegas, vides notata verba omnem argumentationis cursum evertere, nec sanum sensum praebere. Maxime peccatum est mutatione lectionis codicum *οὐ* in *οὗ*; neque vero pro *περιέχοι* dari debuerat *περιχέοι*; neque *αὐτὴ ἡ κοιλίη* in *αὕτη ἡ κοιλίη* mutandum erat. — Equidem pro subnotatis illis scripserim: *οὐ γὰρ ἂν ὥσπερ ἐν κοιλίῃ ἐνῆν τὸ ὑγρὸν ἔξω τε περιέχοι αὐτὸ ἡ κοιλίη καὶ ἐξαλίζοιτ' ἂν καθ' ἑκάστην ἡμέρην.* Dein perge legere cum Reinholdo *ἀλλ' ὅ τι ἂν πίῃ κ. τ. ἑ.* — Sibi necessario respondent *οὐ γὰρ . . . ἀλλ' ὅ τι ἂν κ. τ. λ.*

Ibidem (p. 35. vs. 12.) *οἷα ἐν τῇσι ἀποστάσισι γίγνεται.* Non sunt *νάρκαι τε καὶ πληρώματα* abscessibus propria; neque sunt propria *τοῖσι ἀποψυγεῖσι*, quod postea proposuit R.; in abscessibus *νάρκαι*, in *τοῖσι ἀποψυγεῖσι* desunt *πληρώματα.* Utrumque vero aderit in partibus devinctis, ubi nervi et vasa premuntur, et ex illorum pressione *νάρκαι*, ex horum *πληρώματα.* Pariter ubi obturatio vasorum locum habet, eadem exspectare licet. Nunc etiam *ἀποσφιγχθεῖσι* prae reliquis placet: in chirurgicis devinctionibus talia observandi occasio abunde erat data, modo librum de Fractis et articulis percurramus.

Ibidem paulo post: *καί τι πρὸς αὐτοῦ ἀντιπαίσῃ.* — Quare *πρὸς αὐτοῦ* pro *πρὸς αὐτό* codicum? —

Sunt haec fere, quae adhuc in novo textu observavi; sunt quidem pauca alia, de quibus item dubito, sed de quibus minus mihi constare videbatur. Ita v. c. cap. 9. de vetere med.

πολλὰ γὰρ τοῦ ἀσφαλέος ἀνέδην περιλαμβάνοντας ἄγειν ἐπὶ τὸ ἀκριβέστερον num recte habeat, vix satis scio; num ἂν ἔδει natum sit ex ἀνέδην dubium videtur. Id certum est me eo loco exspectare aliquid, quod cum particula ἂν construatur; quare nisi pro ἂν ἔδει aliud quid magis aptum quis mihi praebeat, fere ἂν εἴη velim; saltem id, quod de coniectura est datum, vix ferri posse dixerim. Sed haec nunc satis sunto: possit quis iure illud „claudite iam rivos pueri sat prata biberunt" mihi obiicere.

Quorsum vero haec disputavi? Ut significarem quam parum feliciter Reinholdus ediderit hos lihellos? Procul ahest! Vidi tam praeclare emendatos locos, ut cum primum eius editionem inspiciebam, crederem peritissimum philologum eam paravisse. Diligenter inspectâ sententiam mutavi et medicum prohe agnovi. Quod tamen non impedit, quominus nunc etiam affirmem pulcrius et felicius quam ille restituit plures locos, alios a medico redintegratos me vix ullos novisse. Si forte exempla velis L. B., non deërunt: optime restituta est perturhatio loco capitis 1. libri de Arte (p. 5. vs. 19. vol. II. mihi), ubi legit: ἀλλὰ κακαγγελίῃ μᾶλλον φιλοτιμεομένων μὲν, οὐχ ἅμα δὲ δυναμένων κακίῃ φύσιος· ἢ ἀτεχνίῃ· μούνοισι γὰρ τοῖσι ἀτέχνοισι ἡ ἐργασίη αὕτη ἁρμόζει, ὑπουργέειν ἐς τὸ τὰ τῶν πέλας ἔργα κ. τ. ἑ. Scite p. 7. vs. antepenult. mihi, διὰ in οἷα mutavit. Pulchre vidit p. 9. vs. 12. negationem ante πᾶς servari posse, modo post γνῶναι signum interrogandi ponatur. Verissime p. 11. vs. antepenult. ὧν δ' ἐπικουρίης δεῖται, οὐχ ἅπτονται legit de suo. Pulchre restituit finem capitis mihi 14. (p. 14.) edens δύνανται δὲ οἷσι τά τε τῆς φύσιος μὴ ἐμποδὼν, τά τε τῆς παιδείης μὴ ἀταλαίπωρα. Item extremum caput 30. mihi (p. 31. vs. 17.) ἀποβάλλεσθαι . . . . ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον διὰ τὸ ὁμοῦ τοῦ ἀτρεκεστάτου δύνασθαι ἥκειν λογισμῷ προσίεσθαι· καὶ (malim καί τοι, καὶ γάρ, vel eiusmodi quid) πολλῆς ἀγνωσίης μὴ θαυμάζειν τὰ ἐξευρημένα ὡς καλῶς καὶ ὀρθῶς ἐξεύρηται κ. τ. ἑ. — Sunt sane plura, sed subsisto in hocce: cap. mihi 37. (p. 42.) initio perturbationem pessimam plane egregie sustulit, ubi edidit: Λέγουσι δέ τινες καὶ ἰητροὶ καὶ σοφισταὶ, ὡς οὐκ ἔνι ἰητρικὴν εἰδέναι ὅστις μὴ οἶδεν ὅ τι ἐστιν ἄνθρωπος καὶ ὅκως ἐγένετο πρῶτον καὶ ὁκόθεν ξυνεπάγη ἐξ ἀρχῆς· ἀλλὰ τοῦτο δεῖ καταμαθεῖν τὸν μέλλοντα ὀρθῶς θεραπεύσειν τοὺς ἀνθρώπους. Τείνει δ' αὐτοῖσιν ὁ λόγος ἐς φιλοσοφίην, καθάπερ Ἐμπεδοκλέϊ ἢ ἄλλοισιν, οἳ περὶ φύσιος γεγράφασι. Ἐγὼ δὲ κ. τ. ἑ.

Ego spero fore, ut R. pergat in cursu suscepto et quid in aliis scriptis sit praestiturus avide exspecto. Ceterum plane omnia mihi confirmata sunt hoc epimetrum componenti, quae dudum ante in postrema parte praefationis ad hoc volumen scripseram et quae ut Reinholdus etiam aliquando legat opto.

Scripsi mense Aprili
CIƆIƆCCCLXIV.

II.

Brevi postquam antecedentia scripseram, accepi a Reinholdo lihrum de capitis vulnerihus, in quo quae observavi item annotare lubet. Nimirum delector illa editione et gratum mihi accidit de ea cum editore quasi colloqui, et denuo cum eo lihelli textum explorare.

Primum R. in aliam sedem transtulit caput mihi 5., quod perturbationis suspicionem mihi

movere dixi in prolegomenis vol. I. p. xci. Intulit nempe post caput mihi 9., ad quod retulit priorem partem; alteram a verbis inde ῥαφὴ δὲ ἐν ἕλκεϊ φανεῖσα caput novum fecit. Equidem assentior; ista nunc demum suum sibi locum proprium obtinuisse existimo.

In capitis vero illi 8., mihi 9., descriptione periodos eo modo, quem Littréus iudicavit p. 208. suae editionis, disposuit. Equidem non feci et nunc etiam num faciendum sit dubito; hoc contendo, si quid innovandum sit, nondum recte factum esse. Littréus et R. quinque τρόπους laesionum ossium capitis numerant; ego mss. sequenda sum arbitratus, in quibus septem recensentur. De hac re primum aliquid monendum habeo, dein de ordine, quo τρόποι sint disponendi. Littréus et R. existimant teli sedem cum fractura et contusione, et teli sedem cum sola contusione non esse τρόπους laesionis, quum non sint nisi magis compositae τῆς ἕδρης species. — Ego rursus provoco ad verba capitis 8. Reinholdo (p. 41. vs. 25.) ἐν δὲ τῶν τρόπων ἑκάστῳ πλέονες ἰδέαι γίγνονται, quae nunc etiam opinor Hippocratem non scripturum fuisse, si in illo capite unus tantum τρόπος descriptus esset. Sed idem indicant verba citatis illis statim subiuncta καὶ περὶ μὲν φλάσιός τε καὶ ῥωγμῆς, ἣν ἄμφω ταῦτα προσγένηται καὶ ἣν φλάσις μούνη γένηται (προσγένηται?) ἤδη πέφρασται, ὅτι πολλαὶ ἰδέαι γίγνονται καὶ τῆς φλάσιος καὶ τῆς ῥωγμῆς, e quibus patet eum sedem teli cum contusione et fractura et teli sedem cum sola contusione τρόπους esse existimare, licet hos non singillatim iterum describat, quia cum iis, quae ante (capite 5. et 6. Reinholdo) exposuisset, fere conveniant. Tertium vero indicium peto e cap. 11. Reinholdo et mihi, ubi initio: τούτων τῶν τρόπων τῆς κατήξιος ἐς πρίσιν ἀφήκει ἥ τε φλάσις ἡ ἀφανὴς ἰδεῖν καὶ ἣν πως τύχῃ φανερὴ γενομένη, καὶ ἡ ῥωγμὴ ἡ ἀφανὴς ἰδεῖν καὶ ἣν φανερὴ ᾖ. καὶ ἣν ἕδρης γενομένης τοῦ βέλεος ἐν τῷ ὀστέῳ, προσγένηται ῥωγμὴ καὶ φλάσις τῇ ἕδρῃ, καὶ ἣν φλάσις μούνη προσγένηται ἄνευ ῥωγμῆς τῇ ἕδρῃ, καὶ αὕτη ἐς πρίσιν ἀφήκει. Hic iterum sedes teli cum fractura et contusione et teli sedes cum sola contusione manifesto inter τρόπους illos enumerantur. His de causis nunc etiam septem τρόπους illos distinguo, quos p. 376. vol. I. in adn. enumeravi.

Antequam de ordine dico, rursus (cf. proleg. vol. I. p. xcii.) quaero, sintne ista εἷς οὗτος τρόπος, δεύτερος οὗτος τρόπος, cett. insiticia. Unum quid fortasse ea vindicat: nempe locus initio capitis 5. Reinholdo, τιτρώσκεται δὲ ὀστέον τὸ ἐν κεφαλῇ τοσούσδε τρόπους. Et tamen τοσούσδε ibi poni potuit, neque opus erat ideo numeros τῶν τρόπων deinceps notare.

Sed pergimus videre de ordine, quo οἱ τρόποι disponendi sint.

Littréus p. 208. in adn. capitis huius (8. Reinholdo) periodos disposuit quemadmodum iam R. eas exhibuit. Adscribit autem „cet arrangement serait du moins plus naturel que celui que nous trouvons dans les manuscrits. Car probablement Hippocrate a parlé de l'hédra simple, puis de l'hédra compliquée de contusion, enfin de l'hédra compliquée de fracture et de contusion. Cependant cette remarque est loin de suffire pour autoriser un pareil déplacement." Offendit aliquantum Littréum quod observat Hippocratem in his non a re simplicissima, sed a re maxime composita ordiri. At neque in superioribus id facit: nam cap. 5. Reinholdo loquitur de contusione cum fractura, cap. 6. de simplici contusione, cap. 7. de contusione cum fractura, ita ut os intro recedat. — Sentio tamen eum, qui locos alio ordine quam adhuc factum sit, describere velit, aliud argumentum exprimere posse, quod me iudice maioris momenti

est. Nimirum advertit in vulgato textu definitionem τῆς ἕδρης demum proponi postquam iam bis nomen illud usurpatum fuit. Et tamen, opinor, vel hoc fieri potuit. — Sed largiamur periodum, quam primam fecit Littréus in adn. sua, re vera eum locum tenere debere, at minime ideo ordo inverti debet periodorum, quae adhuc in textu prima et secunda fuerunt. In verbis illis, quae supra e principio capitis 11. citavi, ipse Hipp. iterum enumerat sedem teli cum fractura et contusione ante sedem teli cum sola contusione. — Idem facit cap. hocce octavo, de quo agimus, loco infra obvio, quem item supra iam citavi, καὶ περὶ μὲν φλάσιός τε καὶ ῥωγμῆς, ἢν ἄμφω ταῦτα προσγένηται τῇ ἕδρῃ, καὶ ἢν φλάσις μούνη προσγένηται, ἤδη πέφρασται κ. τ. λ. — Puto luce clarius demonstratum esse Hippocratem non semper eum ordinem sequi, ut a re simplicissima ad magis compositas deinceps procedat: itaque admodum dubium esse num illa ἕδρη simplex primo loco poni debeat; quod si faciendum esse existimes, at saltem periodus prima et secunda textus Littréi eo modo sese excipere debent, non inverti. — Tum vero miror in hac quaestione numeros τῶν τρόπων tam parum curari. Non est hoc nihil, in codicibus τὴν ἕδρην cum fractura et contusione esse τὸν τρόπον τὸν τέταρτον et in codicibus, in quibus descripta legitur, ἕδρην cum sola contusione esse τρόπον τὸν πέμπτον. — Ista ἕδρα simplex in nullo libro est ὁ τρόπος ὁ τέταρτος, quem facere eum volunt. — Equidem nunc, si iterum faciendum esset, non alio modo, quam feci ipse, haec descripserim: de una re tantum dubitarem, num scilicet numeri εἷς οὗτος τρόπος et sic deinceps ad ἕβδομος οὗτος τρόπος addendi iterum essent, an omittendi.

Sed pergo capita singula percurrere:

Cap. 1. Quae obiiciuntur in adn. adversus comparationem postremi suturarum schematis cum litera X mihi parvi momenti videntur; nempe haec litera scripta fuerit apud antiquos ita ut lineolae πρὸς ὀρθὰς γωνίας ἀλλήλας secarent. Utrum igitur nomina literarum una cum earum figuris ab auctore adscripta fuerint, an solae illae figurae, solave nomina, utrum igitur γράμμα nostro scriptori sit *figura*, an *litera*, quis scire poterit?

Capite 2. R. rursus intulit illud ἢ ἡ ὁμοχροίη τοῦ ὀστέου ἡ ὑπὸ τῇ σαρκί et ἢ ἡ ὁμοχροίη τοῦ ὀστέου ἡ κάτω; attamen si addas, δὶς ταὐτὸν ἡμῖν εἶπεν, tum vero τό τε ἀνώτατον καὶ τὸ κατώτατον miro modo a se dimoventur interposito priore illo, glossemate Scaligero et mihi viso. — Contra rectissime me iudice eiecit quod uncinis interseptum descripsi, ἐπὶ τὸ μαλθακώτερον καὶ [ἧσσον πυκνὸν καὶ ἐπὶ] κοιλότερον. — Intelligo dissentire eum posse ubi ego de meo ἡ δὲ διπλόη τὸ κοιλότατον κ. τ. ἑ. dedi articulum interponens. Quod in fine capitis οὕτως et ὧδε sedem invicem commutare iussit, recte sane factum est.

Capite 3. Locus καὶ δῆλον ὅτι οὕτω ταῦτα ἔχει ἐκ τῶν τρωσίων· τῶν τε βελέων — καὶ ἧσσον ἀποθνήσκει κ. τ. λ. de coniectura est descriptus, similiterque alter huic partim fere similis cap. 4., de quo postea. Primum dicam, si principium eo modo scribas de coniectura pro καὶ διότι (δῆ ὅτι) οὕτω ταῦτα ἔχει, τῶν τε τρωσίων καὶ τῶν βελέων κ. τ. λ., omnino loco quolibet quidvis pro quovis dari posse; sed praeterea si καὶ δῆλον ὅτι οὕτω ταῦτα ἔχει scribatur, non exspectas τῶν τε βελέων κ. τ. λ., sed τῶν γὰρ βελέων κ. τ. λ. — Emendationis ratio mihi non placet; bonum tamen factum illum vidisse ista consistere non posse. Me iudice locus sola interpolatione maxime laborat, tum loco aliquo ταῦτα periit. Ego nunc legerim: Καὶ δὴ ὅτι οὕτω ταῦτα ἔχει, τῶν τε τρωσίων καὶ τῶν βελέων ἴσων τε ἐόντων κατὰ μέ-

γεθος καὶ ἐλασσόνων, τὸ ὀστέον ταύτῃ τῆς κεφαλῆς φλᾶταί τε μᾶλλον καὶ ῥήγνυται καὶ ἔσω ἐσφλᾶται, καὶ θανασιμώτερά ἐστι ταῦτα καὶ χαλεπώτερα ἰητρεύεσθαί τε καὶ ἐκφυγγάνειν τὸν θάνατον ταύτῃ ἢ κου ἄλλοθι τῆς κεφαλῆς, καὶ ὁμοίως τε τρωθεὶς καὶ ἧσσον, ἀποθνήσκει ὁ ἄνθρωπος κ. τ. ἑ.

Fortasse recte in verbis sub finem capitis *καὶ κίνησίς ἐστι ἐν τῷ ὀστέῳ* vulgatam servavit; non recepit *ἔνεστι*, sed vix scio quid praestet. Facilius *ἔνεστι* in *ἐστί* abierit quam contra.

Cap. 4. Quod initio *πᾶν* et ante *τὸ ὄπισθεν* et ante *τὸ πρόσθεν* legit, per me licet, ego meam rationem etiam nunc praefero; sed quod ibi de suo *ταύτῃ* pro *τοῦτο* scribit in *καὶ σάρκα πλέονα . . . . ἐπὶ ἑωυτῷ ἔχει τοῦτο τὸ ὀστέον*, arbitrarium est nec necessarium.

Sequitur illa periodus *καὶ δῆλον ὅτι — — ἢν μέλλῃ ὤνθρωπος ἀποθνήσκειν καὶ ἄλλως κ. τ. λ.* Me iudice haec verba sola interpolatione laborant; legam: *Καὶ δὴ τούτων οὕτως ἐχόντων ὑπό τε τῶν τρωσίων καὶ τῶν βελέων ἴσων τε ἐόντων καὶ μεζόνων ταύτῃ τῆς κεφαλῆς τὸ ὀστέον ἧσσον ῥήγνυται καὶ φλᾶται ἔσω, κὴν μέλλῃ ὤνθρωπος ἀποθνήσκειν καὶ ἄλλως κ. τ. ἑ.* — Reliqua omnia in vulgato textu otiosa sunt.

Cap. 5. (p. 40. vs. 6.) *ἥν περ ῥαγῇ* servavit ubi de meo *ἢ περ ἂν ῥαγῇ* legendum olim putabam; nunc nihil mutandum censeo, cum R. sentio.

Eodem capite: *ὥστε οὐ καταφανέες γίγνονται ἔστιν αἳ τῶν ῥωγμέων, οὔτε αὐτίκα μετὰ τὴν τρῶσιν, οὔτε ἐν τῇσιν ἡμέρῃσιν, ἐν ᾗσιν ἂν καὶ προνοέειν ὄφελος γένοιτο τοῦ θανάτου τῷ ἀνθρώπῳ.* In his *καὶ προνοέειν* coniectura est pro librorum scriptura *καὶ πόνων ἄν*, quae sine dubio corrupta et de qua meliora nondum novi quam quae dedi p. 374. vol. I. — Id unum nunc quaero, num locus e Reinholdi lectione intelligi possit. — Quid *προνοέειν τοῦ θανάτου*? Debetne hoc esse *praenovisse mortem?* At primum significatne eiusmodi quid illa dictio? Tum vero quid homini ad curationem proficiet ipsum aut medicum futurum obitum praenovisse? Debetne esse *a morte tutum praestare, omnia tentare ut ne moriatur aeger?* At iterum quaero num *προνοεῖν τοῦ θανάτου* id significet; tum quaero num postea demum, non statim aeger ut salvus evadat curare medicum oporteat. Ego Reinholdi scripturam non intelligo!

De postrema periodo capitis non facile certo dixeris quae vera scriptura sit, sed eam intelligimus tum ex Littréi et Reinholdi lectione, tum ex nostra. Aegre tamen in illorum lectione fero *αἱ δὲ καμπυλώτεραί τε καὶ καμπύλαι*, quippe *καὶ πάνυ καμπύλαι* scriptum hoc loco fuit, sicuti supra *καὶ ἰθέαι πάνυ.*

Caput 7. initio. *Πεφλασμένου δέ τε καὶ ἐρρωγότος τοῦ ὀστέου* R., de suo *πεφλασμένου δέ* praemittens. Et, quod caput rei est, recte enm ista adscripsisse puto; sed minus placet *δέ τε*, quare malim legere *καὶ πεφλασμένου τε καὶ ἐρρωγότος τοῦ ὀστέου.*

Cap. 8., vs. 11. capitis., *ἐν δὲ τῶν τρόπων ἑκάστῳ* de suo dedit pro *ἐν δὲ τῷ τρόπῳ ἑκάστῳ*; fortasse genitivus praestat.

Ibid. vs. penult. p. 41. *καὶ ἣν φλάσις μούνη γένηται* omnes, etiam R. Legendum *προσγένηται.*

Ibid. p. 42. vs. 3. *τοῦ τοιούτου τρόπου* omnes; malim *τούτου τοῦ τρόπου*, nam sibi respondent *πολλαὶ ἄλλαι ἰδέαι — ὁκοῖόν ἄν τι καὶ τὸ σχῆμα κ. τ. λ.*

Ibid. vs. 4. *καὶ δι' αὐτὸ καὶ βαθύτεραί τε ἐς τὸ κάτω καὶ ἧσσον βαθέαι καὶ στενώτεραί τε καὶ ἧσσον στεναὶ καὶ εὐρύτεραί τε καὶ πάνυ εὐρέαι, ἢ διακεκόφαται· διακοπὴ δ' ὁκοση-*

τισοῦν γιγνομένη κ. τ. ἑ. — Sunt haec maximam partem melius descripta quam in editionibus superioribus factum est; quod tamen principio καὶ δι' αὐτό dedit, non satis perspicuum mihi. Voluitne καὶ διὰ τὸ σχῆμα τοῦ βέλεος? Verum tunc potius καὶ διὰ τοῦτο exspectaverim. Non video quo iure hic coniecturâ utatur, quum optimi codd. 3. lectionem habeant perspicuam et facilem: αἱ δ' αὗται καὶ βαθύτεραι κ. τ. ἑ. — In postremo vocabulo citatorum γενομένη praefero.

Ibid. vs. 11. Αἱ δὲ ἕδραι — οὐδ' ἢν γένηται. Quare mutetur sana codicum lectio, nescio: αἱ δὲ ἕδραι τῶν βελέων τῶν ὀξέων καὶ κουφοτέρων αὐταὶ ἐπὶ σφῶν αὐτέων γενόμεναι ἐν τῷ ὀστέῳ ἄνευ ῥωγμῆς τε καὶ φλάσιος ἢ ἔσω ἐσφλάσιος, — αὗται δὲ γίγνονται ὁμοίως ἔν τε τῷ ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς καὶ ἐν τῷ ὄπισθεν, — ἐκ τούτων ὁ θάνατος οὐ γίγνεται κατὰ δίκην, οὐδ' ἢν γένηται ferunt mss. et edd. omnes, quod quomodo vitii suspicionem moveat, non capio. Sed ipsa oratio, quam Hippocrati obtrudit, sane non antiqua; ἕδραι βάπτουσαι ἐν τῷ ὀστέῳ probum esse credam, si exemplis firmetur; sed ne vel sic admitterem, quia eiusmodi dictionis nec vola nec vestigium apparet in tradita lectione. Ubi autem de suo δῆλον ὅτι ἐκ τούτων θάνατος scribit, iam tertium δῆλον ὅτι de coniectura infert.

Cap. 10. in fine: recte ὅκη dedit e mss. lectionibus ὅπη, ὅκοι. Melius scripsit quam feceram ὅκου edens.

Cap. 11. vs. 5. καὶ ἢν φλάσις μούνη cum mss. 3. dedit, quod omnino prae vulgato μοῦνον probandum.

In fine capitis ἢν μεγάλη ᾖ καὶ εὐρέα legis, ubi recte R. ᾖ de coniectura addidit.

Cap. 12., vs. 4. capitis, ἢ ἐσωσμέναι εἰσὶν ἐς τὸ τρῶμα, nempe αἱ τρίχες. — Libri καὶ εἰ ἔσω εἴησαν ἐς τὸ τρῶμα, in quo latere quod R. dedit, affirmare non audeo. Scaliger ἔσω ἐσήϊσαν, quod exhibui; sed imperfectum in eo offendit. Non credo veram lectionem esse in sequentibus φάναι κινδυνεύειν τὸ ὀστέον ψιλὸν εἶναι τῆς σαρκὸς ἔχειν τε σίνος τὸ ὀστέον ὑπὸ τοῦ βέλεος, sed eam, quae in vulgata latet, κινδυνεύει τὸ ὀστέον ψιλὸν εἶναι τῆς σαρκὸς καὶ φάναι ἔχειν τι σίνος τὸ ὀστέον ὑπὸ τοῦ βέλεος.

Ibidem vs. 11. recte de suo ἐόν intulit, sed si ordinem verborum, qui in libris habetur, serves, melius apparet, quomodo perierit. Habebis καὶ ἢν μὲν καταφανὲς ᾖ τοῖσι ὀφθαλμοῖσι τὸ ὀστέον ἐὸν ψιλόν.

Ibid p. 44. vs. 4. ψιλοῦ ἐόντος τοῦ ὀστέου dedit, recte vulgatam servans, quam non satis intelligens ᾖ ψιλοῦ κ. τ. λ. scripseram.

Eadem pag. vs. 9. ἐξελέγχοντα vulgatae servavit; Littréus et ego e mss. 3. ἐλέγχειν dedimus. Hoc etiam nunc praeplacet, maxime quum ἔπειτα δέ supra ferant mss. et edd.; ἐλέγχοντα si scriptum fuisset, non exspectavissem δέ post ἔπειτα.

Ibid. vs. 12. ἐσφλασθῇ recte datum e Martini coniectura pro vulgato ἐμφλασθῇ.

Caput 13. Principium capitis hic refert locum egregie restitutum. Equidem duo tantum, eaque levioris momenti mutata vellem. Prius est μάλιστα vs. 3. capitis, quod, quum μᾶλλον dein legatur, emblema alienum esse opinor; alterum est illud ἢ ἀέκων in vulgata, quod R. explevit in loci finem transferens et μᾶλλον ἢ ὁκόταν ἀέκων scribens, ego vero potius omiserim. Itaque legerim: .... καὶ ἐσφλᾶται ἔσω ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ, ἢν ἕτερος ὑφ' ἑτέρου τρωθῇ, ὁκόταν ἐξ ὑψηλοτέρου γίγνηται ἡ βολὴ ἢ ἡ πληγή, ὁκοτέρη

ἂν ᾖ, μᾶλλον ἢ ὁκόταν ἐξ ἰσοπέδου τοῦ χωρίου, καὶ ἢν περικρατέῃ τῇ χειρὶ τὸ βέλος, ἤν τε βάλλῃ ἤν τε τύπτῃ ἐπιτηδὲς τρῶσαι βουλόμενος καὶ ἰσχυρότερος ἐὼν ἀσθενέστερον τιτρώσκῃ. Nempe ἐπιτηδὲς τρῶσαι βουλόμενος eo, quo descripsi, loco melius congruere arbitror. Omnis tamen huius restitutionis laus Reinholdo debetur.

Ibidem vs. 11. ῥαγῆναι καὶ φλασθῆναι dedit cum Littréo e mss. 2., ubi vulgo ῥαγῆναι τε καὶ φλ. — Mihi nunc etiam τε non negligendum videtur, quia utrumque simul fieri auctorem supponere opinor.

Ibid. p. 45. vs. 1. τιτρώσκει ἔς τε τὸ ὀστέον καὶ αὐτὸ τὸ ὀστέον. In his ἔς τε tria mss. pro vulgato πρός. Non credo R. recipere debuisse, nam τιτρώσκει ἐς τὸ ὀστέον idem quod τιτρώσκει αὐτὸ τὸ ὀστέον. Contra πρός h. l. recte se habet; vide v. c. p. 47. vs. 5. καὶ πρός τε τὸ ὀστέον καὶ ἐς τὸ ὀστέον στηρίξειε τὸ βέλος.

Ibid. vs. 2. ἐσπεσόν pro vulgato ἐμπεσόν recte datum esse puto.

Paulo post rectissime edidit καὶ ἥκιστα κοῦφόν τε καὶ ὀξύ pro καὶ ἥκιστα κοῦφον καὶ ἥκιστα τε καὶ ὀξύ. Alterum καὶ ἥκιστα emblema est.

In fine capitis ἐνίοτε γάρ pro ἔνια γάρ mutatio est de coniectura facta; ἔνια γὰρ τῶν τρωμάτων τῶν οὕτω τρωθέντων οὐδὲ ψιλοῦται τὸ ὀστέον τῆς σαρκός codicum est lectio. Quod si ἐνίοτε scribas, τρωμάτων delere debebis, neque enim iunges τῶν τρωμάτων τὸ ὀστέον. Si quid mutarem, mallem locum legere ad hunc modum: κατ' ἔνια γὰρ τῶν τρωμάτων τῶν οὕτω τρωθέντων οὐδὲ ψιλοῦται τὸ ὀστέον τῆς σαρκός.

Capite 14. vs. 6. καὶ τὰ ἕλκεα, ἃ γίγνεται dedit de coniectura ἃ inferens, tum vs. seq. ἔς τε πλάγιον recepit recte pro ἐς τὸ πλάγιον, sed qui ἃ intulit, etiam ἐστι vs. 8. capitis delere debuerat. Dandum: καὶ τὰ ἕλκεα, ἃ γίγνεται ὑπὸ τῶν τοιούτων βελέων, ἔς τε πλάγιον καὶ ἐν κύκλῳ ὑπόκοιλα καὶ διάπυά τε μᾶλλον γίγνεται καὶ ὑγρὰ, καὶ ἐπὶ πλέονα χρόνον καθαίρεται.

Ibid. vs. antepenult. p. 45. pulcre emendat καὶ ἕδρην μὲν ἐμποιέει αὐτῷ καὶ διακοπήν, pro αὐτὸ καὶ διάκοψαν, in quo διακόψαντα ipse dederam. Sed non capio quomodo rursus inferat emblema, quod eieceram διακοπὴ γὰρ καὶ ἕδρη τωὐτόν ἐστι, de quo dixi ad finem capitis 11. mihi, p. 378. vol. I.

Egregie in extremo capite ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ scripsit, τῆς ἑωυτοῦ huc revocans e verbis initio capituli sequentis, ubi vulgo ἀλλὰ χρὴ πρὸς τῇ ὄψι τῇ ἑωυτοῦ, ὅ τι ἂν σοι φαίνηται editur.

Cap. 16. Nondum mihi persuadeo καί vs. 3. ante τὴν ἕδρην ab auctore profectum esse; nec dum fero ἤν τε τύχῃ vulgatae vs. 5., sed ἤν γε τύχῃ lego. Videtur etiam τὴν ἐν τῷ ἄλλῳ ὀστέῳ φανερὴν ἂν γενομένην dandum esse. Verum acute vs. 6. capitis ξυγκλέπτει τε γὰρ αὐτὴν ἡ ῥαφή effecit e vulgato συγκλέπτεται γὰρ αὐτὴ ἡ ῥαφή. Dudum sane Scaliger συγκλέπτει emendavit, quod ipse recepi, sed vera vitii ratio nunc demum apparuit.

In periodo, quae vs. 9. capitis incipit, in verbis προσγίγνεται δὲ καὶ ῥῆξις τῇ ἕδρῃ, ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ αὐτὴ ἐν τῇσι ῥαφῇσι γιγνομένη, καὶ γίγνεται καὶ αὐτὴ ἡ ῥῆξις χαλεπωτέρη φράσασθαι, ἐρρωγότος τοῦ ὀστέου, διὰ τοῦτο ὅτι κατ' αὐτὴν τὴν ῥαφὴν ἡ ῥῆξις γίγνεται, ἣν ῥηγνύηται, ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ· habemus locum, quem alii alio modo descri-

pserunt, et quem R. iterum aliter scriptum profert. In huius lectione deteriorem habemus scripturam quam data fuit. Principio periodi, nisi statim definiatur locus, quo ἡ ἕδρη fiat, ne verum quidem est quod ibi affirmatur. Littréus ibi rectissime τῇ ἐν τῇσι ῥαφῇσι, cum qua emendatione conferens iterum codicum trium lectionem, qui αὐτῇσι ferunt, video inde τῇ αὐτῇσι ἐν τῇσι ῥαφῇσι effici posse. Porro in καὶ γίγνεται καὶ αὐτὴ ἡ ῥῆξις χαλεπωτέρη φράσασθαι ἐρρωγότος τοῦ ὀστέου, διὰ τοῦτο κ. τ. λ. illud χαλεπωτέρη φράσασθαι ἐρρωγότος τοῦ ὀστέου mihi non ferendum videtur; quid significabit comparativus, nisi aliquid sit cum quo comparatio fiat? Quid eo nexu ἐρρωγότος τοῦ ὀστέου? Est hoc, inquis, e solita aliis quoque locis in hoc libello orationis redundantia! Imo vero haec observatur, sed uon inepte usurpata, ut hoc loco ita soripto. Ego de meo intuleram ἤ κου ἄλλοθι. Anxie circumspexi num his carère possit locus, sed frustra. Nunc etiam lego: προσγίγνεται δὲ καὶ ῥῆξις τῇ ἕδρῃ τῇ αὐτῇσι ἐν τῇσι ῥαφῇσι γιγνομένῃ· καὶ γίγνεται καὶ αὕτη ἡ ῥῆξις χαλεπωτέρη φράσασθαι ἤ κου ἄλλοθι ῥηγνυμένου τοῦ ὀστέου, διὰ τοῦτο ὅτι κ. τ. λ.

Quod vs. penult. p. 46. ἐπειδάν non reiecit, quemadmodum Littréus et ego feceramus, recte factum esse opinor. Sed vs. ult. prae ἀλλ' ἔτι nunc etiam ἀλλ' ἔστι praefero eadem de causa, quam dixi in adn. p. 382. vol. I.

Ibid. p. 47. vs. 8. recte reiectum est καὶ ὁμοίων post τὸ μέγεθος, et τε post ὁμοίως illatum, quod in libris post πολλόν ponitur et Littr. et ego reiecimus.

Cap. 17. vs. 4. capitis recte πλὴν οἴνῳ pro οὐδὲ οἴνῳ de coniectura est datum.

Ibidem vs. 7. capitis post ὀφθαλμόν pro emblemate eiecta est haec periodus: ἐνταῦθα δὲ γενόμενα τὰ ἕλκεα καταπλάσιος καὶ ἐπιδέσιος μᾶλλον κέχρηται ἤ κου ἄλλοθι τῆς κεφαλῆς τῆς ἄλλης. — In adn. R.: ἔμπληκτον γάρ, inquit, τοῦτο τὸ μᾶλλον, ἅτε τῇ καθόλου ἀπαγορεύσει ἀντιβαῖνον. — Itaque ex eius opinione, quum Hipp. dixerit, aliis in partibus quam in fronte vulnus capitis non esse deligandum, non potuit nunc dicere magis in fronte, cett. vulnus requirere deligationem quam in ceteris partibus, quia in his nullam omnino deligationem admittat. Ista Reinholdi argumentatio valet, si solum antecedentia respicias, non si etiam sequentia. Quodsi feceris, videbis Hippocratem affirmare, licet frontis vulnera magis quam reliqui capitis requirant τὴν κατάπλασιν καὶ ἐπίδεσιν, in illorum tamen tractatione non per totum curationis tempus auxiliis istis utendum esse. Tum vero ista καθόλου ἀπαγόρευσις in antecedentibus restringitur postremae periodi capitis verbis εἰ μὴ καὶ τομῆς δέοιτο. Neque vero in verbis, quibus ista enunciata sunt, quidquam inest non Hippocrateum; dubitabam primum de κεχρῆσθαι, at quemadmodum h. l. ἐπιδέσιος μᾶλλον κέχρηται, ita capite 11. πρίσιος ἥκιστα κέχρηται. — Nulla causa apparet, cur periodus illa insiticia habeatur et eiiciatur.

Cap. 18. p. 45. vs. 1. recte receptum est ἢ in μὴ ἢ ἱκανά. Tum vs. 9. post εὐμαρές non receptum est ἐστι, quo certe non opns est.

Cap. 19. sub finem recte receptum est ἐν τῷ ἐπ' ἀριστερὰ — κροτάφῳ et ἐν τῷ ἐπὶ δεξιὰ — κροτάφῳ, altera falsa lectio est.

Cap. 20. vs. 4. τάμνοντα δὲ χρὴ ἀναστεῖλαι τὴν σάρκα ἀπὸ τοῦ ὀστέου, ἢ προσκειμένη πρὸς τῷ ὀστέῳ πέφυκε dedit R., ubi libri ἢ πρὸς τῇ μήνιγγι καὶ πρὸς τῷ ὀστέῳ πέφυκε, quod equidem totum, quum absurdum esset, abieci. Illius autem lectio non

placet: non credo in πρὸς τῇ μήνιγγι καί latere προσκειμένη, neque apte dici προσκειμένη πρὸς τῷ ὀστέῳ πέφυκε arbitror. Si id, quod abieceram, servare velis, partim tantum servari poterit, ut legas: ἀναστεῖλαι τὴν σάρκα ἀπὸ τοῦ ὀστέου, ἣ πρὸς τῷ ὀστέῳ πέφυκε, — ἔπειτα διαμοτῶσαι τὸ ἕλκος κ. τ. ἑ.

Ibid. p. 49. vs. 1. χρή recepit, quod alii non fecerunt et fere perinde est num addatur nec ne.

Cap. 21. initio capitis τῇ δ' ὑστεραίῃ ἡμέρῃ retinet R., ubi mihi ἡμέρῃ nuno etiam glossema esse videtur. Delevi, quia in epidemiorum libris constanter τῇ πρώτῃ, τῇ δευτέρῃ, cett., tum vide cap. seq. (p. 50. vs. 8.) τῇ δ' ὑστεραίῃ ἀπολύσας.

Ibid. vs. 5. capitis καὶ σίνασθαί τι dedit de suo τι addens. Non officit, nec tamen eo opus est.

Ibidem vs. 10. capitis habemns ἐξελέγχει γὰρ ἡ ξύσις μάλ' αὐτίκα, ἢν μὴ καὶ ἄλλως καταφανέες ἔωσιν αὗται αἱ πάθαι αἱ ἐν τῷ ὀστέῳ ἐοῦσαι τοῦ βέλεος. In quibus μάλ' αὐτίκα est coniectura: vulgata fert solum μᾶλλον, alii libri μάλα τὸ κακόν. Equidem ex altera lectione emblema τὸ κακόν abieci, necdum credo μάλα τὸ κακόν e μάλ' αὐτίκα prodiisse. Tum observo, in verbis αὗται αἱ πάθαι αἱ ἐν τῷ ὀστέῳ ἐοῦσαι vulgo legi αὗται αἱ πάθαι οὖσαι ἐν τῷ ὀστέῳ, tres vero libros habere αἱ ἐοῦσαι pro οὖσαι; alterum hocce αἱ Littréus et ego non recepimus, quod recte nos fecisse opinor: si addas, erit αὗται αἱ πάθαι, αἳ ἔνεισι ἐν τῷ ὀστέῳ, sin omittas, erit αὗται αἱ πάθαι, εἰ ἔνεισι ἐν τῷ ὀστέῳ; posterius vero hoc Hippocratem voluisse opinor. Tandem quid erunt αἱ πάθαι τοῦ βέλεος? Illud τοῦ βέλεος Littréus et ego cum mss. 3. omisimus. Eqnidem, qnod dixi, e vicino καὶ ἢν ἕδρην ἴδῃς ἐν τῷ ὀστέῳ τοῦ βέλεος huc appulisse existimavi. Quodsi tamen servare velis, fieri non poterit, nisi ἀπό praemittas; legendum erit ἢν μὴ καὶ ἄλλως καταφανέες ἔωσι αὗται αἱ πάθαι ἐοῦσαι ἐν τῷ ὀστέῳ ἀπὸ τοῦ βέλεος. Tuto tamen me iudice τοῦ βέλεος omittetur.

Ibidem in fine capitis μή, ἃ πολλάκις τῇ ἕδρῃ προσγεγένηται de coniectnra ita est constitutum. Vulgata lectio est ἐπιξύειν χρὴ αὐτήν τε τὴν ἕδρην καὶ τὰ περιέχοντα αὐτὴν ὀστέα, μὴ πολλάκις τῇ ἕδρῃ προσγένηται ῥῆξις καὶ φλάσις, ἢ μούνη φλάσις, ἔπειτα λανθάνῃ οὐ καταφανέα ἐόντα. Concedo perspicuitatem scilicet quamdam coniecturae Reinholdi; sed ne tantillum quidem de sede sua movendum in vulgata. Nempe quemadmodum Hipp. h. l. loquitur, nos homines, non solum Graeci, omnes saepe loquimur; oratio, quam R. Hippocrati obtrudit, speciem habet perspicuitatis, re ipsa tamen incongrua est. Quid in ea esse poterit ἔπειτα?

Cap. 22. Prima periodus ἐπειδὰν — τὸ ἴημα ex Reinholdi lectione impedita est, quia οὐ δεῖ, quod mss. 3. ferunt, in vulgata vero abest, nec recipiendum est, in οὗ δεῖ mutans assumpsit. Ipse R. si relegat periodum, statim videbit eam claudicare.

Ibid. p. 50. vs. 3., cett. De hoc loco fuse egi, necdum me poenitet eorum, qnae illi adscripsi. Legi locos, quos ad suam horum lectionem citavit R., sed parum lucis adferre comperi. Ego nunc solum demonstrabo locum, qualem R. dedit, sanum sensum non praebere. En eum: τούτων δὲ οὕτω γενομένων, ἢν μὴ διαγιγνώσκῃς εἰ ἔρρωγε τὸ ὀστέον ἢ πέφλασται, ἢ καὶ ἀμφότερα ταῦτα, μηδὲ ἄλλως ὁρέων διεσδύνῃς ἐπὶ τὸ ὀστέον, τηκτόν τι μελάντατον δεύσας τῷ μέλανι φαρμάκῳ, τῷ τηκομένῳ στεῖλαι τὸ ἕλκος, ὑποτείνας ὀθόνιον ἐλαίῳ τέγξας· εἶτα καταπλάσας τῇ μάζῃ ἐπιδῆσαι·

τῇ δ' ὑστεραίῃ ἀπολύσας ἐκκαθήρας τὸ ἕλκος ἐπιξῦσαι. — Primum offendit de coniectura datum διεσδύνω ὀρέων ἐπὶ τὸ ὀστέον, cuiusmodi formulam ab Hippocrate fuisse usurpatam tum credam, cum quis mihi ex ipso, vel probato scriptore antiquio alio exempla adferat. In sequentibus quaero num probabile sit, Hippocratem nigerrimum aliquod remedium madefacere altero nigro et quaero quodnam tandem remedium sit, quod τὸ μέλαν φάρμακον appellet? Tum vero tam certum est τῷ μέλανι φαρμάκῳ τῷ τηκομένῳ iungendum et ad δεῦσαι referendum esse, ut si cum R. iungas τῷ τηκομένῳ στεῖλαι τὸ ἕλκος, aliquid Hippocratem dicentem facias, quod nemo medicus nec dixit, nec fecit. Non remedio clanditur vulnus, sed manibus: immittit Cous in vulnus τὸ φάρμακον, tum manibus claudit vulnus, dein καταπλάσας ἐπιδεῖ. — Fateor me in hac emendatione nihil boni inesse existimare.

Ibidem p. 50. vs. 12. τὸ φάρμακον etiamnunc emblema esse opinor.

Ibid. vs. penult. capitis ἤδη dedit e cod. uno, qui ἢ δὴ τοιαύτη, quod recte eum fecisse opinor.

Cap. 23., vs. penult. p. 50., ἢν καὶ ἡ σὰρξ ἡ περιέχουσα τὸ ὀστέον κακῶς θεραπεύηται καὶ φλεγμαίνουσά τε καὶ ὀδυνωμένη περισφίγγηται legit R.; codd. καὶ φλεγμαίνηται καὶ περισφίγγηται et καὶ φλεγμαίνηται καὶ ἰώμενον περισφίγγηται. Dubium sane non est, quin φλεγμαίνηται ex φλεγμαίνῃ τε sit ortum, ἰώμενον vero in altera mss. lectione emblema sit. Locum R. non recte descripsit.

Ibidem p. 51. vs. 4. καὶ ἐκ τούτων τῶν εἰδέων ὑπόπυον γίγνεται datum est. Codd. καὶ ἐκ τούτων ὧδε ὑ. γ., unus καὶ ἐκ τούτων ἤδη ὧδε ὑ. γ., in quibus lectionibus non latet quod R. dedit: ὧδε constare nequit, quum in sequentibus minime describatur ratio, qua os ὑπόπυον fiat. Si ἐκ τούτων τῶν εἰδέων Reinholdi cum antecedentibus conferas, quaeras num εἴδεα dici possint quae ante sunt memorata. Restat ut ἤδη recipias sine ὧδε.

Ibid. vs. 14. ὑπέρ vulgatae servavit, ubi ex aliis mss. περί dederam. Recte ille, uti opinor, propter euphoniam, quia brevi post iterum περί ponitur.

Cap. 24. vs. 3. ἐπὶ πουλὺ ψιλωθέντος recte dedit; nempe quum ἐπὶ πουλύ vulgo legatur tum ante ψιλωθέντος, tum ante ἔξαιμον vs. 4., rectius quam ego priore, non altero loco dedit.

Ibid. p. 51. vs. penult. καταπωστρακωμένον τοῦτο de coniectura e codd. lect. ἀποστρακὸς ἐν τούτῳ. Nunc etiam praefero Littréi ἀποστρακωθὲν τοῦτο. Quare καταποστρακοῦσθαι? quare perfectum praecedente aoristo? Manifesto ἀποξηρανθὲν καὶ ἀποστρακωθέν latet in librorum lectione. Tum vero nexus rerum docet μάλιστα ἀποστρακωθέν et τάχιστα ἀφίσταται esse legendum; non est optandum ut os μάλιστα ἀφίστηται, sed ut τάχιστα ἀφίστηται. Quod dein ξηρὸν μάλα dedit R., μάλα e verbis a Scaligero reiectis repetens, parum placet: αὐτὸ ἔξαιμόν τε γενόμενον καὶ ξηρόν sufficit.

Cap. 25. vs. 12. capitis e codicum lectione ποιήσεται. καί effecit ποιήσει. ἔτι καί, ubi ego solum ποιήσει. καί dederam. Fortasse, sane non certo, ἔτι in terminatione passiva sive potius media latet. Equidem non video isto ἔτι opus esse.

Cap. 26. vs. 3. καὶ οὔτε ξηρά de coniectura scripsit pro καὶ οὔτε σκληρά codicum; οὐ γάρ, inquit, πάνυ ἀντιστοιχεῖ τῷ ἐναιμότερα τὸ σκληρά. Equidem dissentio: os ἔναιμον propter id ipsum quod ἔναιμον est, etiam est μαλθακόν. Tum paulo ante pueri ossa μαλθακώτερα esse quam adulti dixit. Otiosam puto esse mutationem.

Ibidem vs. 5. *καὶ μᾶλλον ὑποπυΐσκεται* dedit ubi libri *καὶ μᾶλλον καὶ θᾶσσον ὑ.* Verum, licet sequatur *καὶ ἐν ἐλάσσονι χρόνῳ*, non redundat *καὶ θᾶσσον*, quippe hoc ad tempus, quo fieri coepta sit suppuratio, illud ad spatium temporis ipsius suppurationis spectat.

Cap. 27. vs. 4. *καὶ ἤν τι πεπόνθῃ.* Utrum fortuita sit omissio nec ne, quod *τούτων* post *τι* non apparet, non constat, sed praestat sane pronomen non negligere.

Paulo post *φυλασσόμενον τὴν μήνιγγα* de coniectura, ubi vulgo *φ. ἐπ' ὀλίγον.* Adnotat R. *τὸ δὲ ἐπ' ὀλίγον μῶν γέγονεν ἔκ τινος προσγράμματος μηλίγγιον;* — parum probabile hoc mihi videtur, neque credo *ἐπ' ὀλίγον* esse vitiosum.

Cap. 28., p. 53. vs. 12., *ἀγνοήσας* dedit pro *ἐννοήσας*, aliis *μὴ ἐννοήσας* scribentibus, quod praefero. Sub finem huius ipsius capitis Hippocrates *εἰ ἐννοοίης τὸν πυρετὸν ἐπιλαμβάνοντα.*

Ibid. vs. 20. *καὶ τὸ ὀστέον σφακελίζειν ἄρχεται καὶ γίγνεται περκνὸν, μελανέον, τελευταῖον δὲ ὕπωχρον γενόμενον, ἔκλευκον.* Ita R. pro vulgato *λεῖον ὄν.* Tum vulgo *ἔπωχρον* (*ἐπάνωχρον* C.) *γενόμενον ἢ ἔκλευκον.* Non placet *μελανέον*; praestat *λευκὸν ἐόν*; cetera, quae emendavit, probo. Itaque lego *σφακελίζειν ἄρχεται καὶ γίγνεται περκνὸν λευκὸν ἐὸν, τελευταῖον δὲ ὕπωχρον γενόμενον, ἔκλευκον.* Expleo: *καὶ τὸ ὀστέον ἄρχεται σφακελίζειν καὶ λευκὸν ἐὸν γίγνεται περκνὸν, τελευταῖον δὲ ὕπωχρον γενόμενον γίγνεται ἔκλευκον.* Quin non plane certus sum *ἔπωχρον* esse mutandum, si quidem *ἔπωχρον* superficiei ossis colorem significare poterit.

Ibid. p. 54. vs. 2. *ὁμοίως δὲ τὰ σημεῖα ταῦτα ξυμβαίνει* dedit, *ξυμβαίνει* pro *σημαίνει* legens et vere observans, si *σημαίνει* legas, principio *ὁμοῖα* dandum esse. Hoc autem edere noluit, quia potius *τὰ αὐτά* quam *ὁμοῖα* sit legendum. Me tamen hoc parum movet malimque *ὁμοῖα δὲ τὰ σημεῖα ταῦτα σημαίνει* legere. Saepius leges *τὰ σημεῖα γίγνεσθαί τινι*, non *τὰ σημεῖα ξυμβαίνειν τινί.*

Ibidem vs. 7. recepit *καπυρόν* pro *εὔπριστον.* Nunc etiam puto, si *καπυρόν* recipere velis, *καπυρὸν δὲ γίγνεται καὶ εὔπριστον καὶ εὔξυστον* esse dandum. *Εὔπριστον* non est glossema, quo *καπυρόν* exponatur; *εὔπριστον* vero *καὶ εὔξυστον* ad amussim respondent superioribus, ita ut eorum neutrum repudiandum videatur.

Cap. 29. initio *ὅταν δ' ἐπὶ τρώματι ἐν κεφαλῇ ἀνθρώπῳ, ἢ πεπριωμένου ἢ ἀπριώτου, ἐψιλωμένου δὲ τοῦ ὀστέου, οἴδημα ἐπιγένηται.* Quare in his de suo *ἀνθρώπου* in *ἀνθρώπῳ* mutet, non satis perspicio; auctor *ἀνθρώπου ἢ πεπριωμένου ἢ ἀπριώτου* dicere potuit, *ψιλοῦσθαι* de eodem dicere non potuit. Quia homo istam operationem subit, hic *πεπριωμένος* et *ἀπρίωτος* apte dicitur. Neque opus est *ἀνθρώπῳ* scribere, ut *ἐπιγένηται* habeat ad quod referatur, nam *ἐπὶ τρώματι ἐν κεφαλῇ* — *οἴδημα ἐπιγένηται* apte sibi respondent.

Quod autem vs. 7. *ὀδυνᾶται, ἐπιλαμβάνῃ* et vss. seqq. ter *ἔχῃ* pro optativis dedit, sine dubio recte factum est. Optime vero vs. 6. *αὐτό τά τε ἀπὸ τῆς κεφαλῆς* dedit, *τά* de suo addens, nam nisi adponatur, sensu vacua sunt haec.

Cap. 30., p. 54. vs. ult., *πολλάκις γὰρ διεμύδησε καὶ τελευτῶσα ἐσάπη.* — Vulgo pro his *ἀλλὰ τελευταῖον σάπη καὶ διεμύδησεν*, codd. duo *ἀλλὰ τελευταῖον ἐσάπη καὶ διεμύδησεν*, alii 4. *ἀλλὰ τελευτῶσά πη καὶ διεμύδησε*, quae lectio recte a Littréo recepta et antiqua est. Ex *τελευτῶσά πη* exstitit *τελευταῖον σάπη*, quod, si Dis placet, emendatum

est in duobus illis libris, qui *τελευταῖον ἐσάπη* habent. Neque ipse *ἀλλὰ τελευτῶσα ἐσάπη τε καὶ διεμύδησε* dare debueram, nec R. vel plura movere.

Sub finem capitis *μέλλει* (vs. 14. p. 54.) servavit, ubi *μέλλοι* de meo dedi et vs. seq. *ἔπειτα δ' ἀφελέειν* dederam, ubi ille *δ'* non adscripsit; neque vero hoc opus erat.

Cap. 31. initio: *ἢν δὲ μὴ ἐξ ἀρχῆς λαμβάνῃς τὸ ἴημα, ἀλλὰ παρ' ἄλλου ὑστερίζον τῆς ἰήσιος, αὐτίκα χρὴ κ. τ. ἑ.* Vulgo *παρ' ἄλλου παραδέχῃ ὑστερίζειν* (*ὑστερίζων* mss. 4., edd. vett., Littr.) *τῆς ἰήσιος.* Equidem quare de veterum editorum et codicum illorum lectione *παραδέχῃ ὑστερίζων* deflectat, non capio.

Ibid. p. 55. vs. antepenult. *ἀλλὰ φυλάσσεσθαι χρὴ ὡς μὴ λάθῃς προσβαλὼν τὸν πρίονα, ἀλλ' ὄκῃ δοκέῃ παχύτατον εἶναι τὸ ὀστέον, ἐς τοῦτο αἰεὶ ἐνστηρίζειν τὸν πρίονα.* Haec claudicant, quapropter ego in his dederam *ἀλλ' ᾗ ὄπῃ* et *ἐς τοῦτο δ' αἰεὶ κ. τ. λ.*, quod nunc etiam faciendum existimo; vulgata scriptura consistere non posse videtur.

Melius p. 56. vs. antepenult. vulgatum *πρὸς δε τὴν μήνιγγα* in *πρὸς δὴ τὴν μ.* mutavit quam ipse in *πρός γε τὴν μ.*

Haec quidem adhuc in nova editione libelli vere Hippocratei observavi; in quo perlustrando aliam rationem tenui quam secutus eram in sophistae libellis et iure iurando; cum hos percurri, solum annotavi quod non probandum existimabam; nunc tum hoc indicavi, tum ea, quae gratus ab R. acceperam. Qua in re nunc sane non fui severior erga illum quam erga me ipsum. Huius autem praeclari monumenti artis Hippocrateae intelligentiam cum ex Reinholdi editione, tum ex hisce meis meletematis criticis profecisse partim novi, partim spero. Illum ut in editione pergat oro; ego videbo quo loco deinceps quod de iis, quae profert, sentiam, publici iuris faciam.

Ut his finem imponam, glossematis liberare lubet duos in his medicorum scriptis locos. Ep. I., p. 183. mihi, *ἔστι οἷσι ἀρχόμενος ἀνθέει [καὶ ἀκμάζει] μάλιστα.* De morbo sacro p. 56. *ὥσπερ μίασμά τι ἔχοντας, ἢ ἀλάστορας, ἢ πεφαρμαγμένους ὑπὸ ἀνθρώπων, [ἤ τι ἔργον ἀνόσιον εἰργασμένους,] οὓς ἐχρῆν κ. τ. λ.* Ex Erotiano in *ἀνθεῖν* et in *ἀλάστορες* constat ea, quae intersepsi, esse emblemata. — Nuper vero sedem detegere mihi visus sum glossae Erotianeae, cui nemo, quod sciam, locum suum assignavit. Legis *Δειμώδεος) φοβεροῦ, καὶ δεῖμα ὁ φόβος· Ἀττικὴ δὲ ἡ λέξις.* Non *δειμώδης*, quod nihil esse opinor, sed *δειματώδης* a *δεῖμα* formatur. Glossae vicinae docent vocabulum e libro de Victu acut. esse desumptum, quare credo, Erotianum falsam lectionem *δειμώδεος* vidisse, ubi editiones recte (p. 290. mihi): *ὁκόταν γὰρ μὴ λοιμώδεος νούσου τρόπος τις κοινὸς ἐπιδημήσῃ.* Steph. in thesaurum *δειμώδης* hac auctoritate introducere non debuerat.

Scripsi ineunte mense Maio
CIƆIƆCCCLXIV.

Credideram statim postquam antecedentia typis descripta erant volumen hocce in publicum esse proditurum. Quod quum non sit factum, occasionem aliquid addendi nactus continuationem epimetri et nonnulla ad Aretaeum spectantia subiicio.

III.

Reinholdi editionem libri de Aëre, aq., locis perlustrans haec observavi:

Loco capite 1. vs. 16. vulgata lectio haec est: *καὶ πότερον ἑλώδεσι χρέονται καὶ μαλακοῖσι, ἢ σκληροῖσί τε καὶ ἐκ μετεώρων καὶ ἐκ πετρωδέων, εἴτε ἁλυκοῖσι καὶ ἀτεράμνοισι.* Coraës coniecit: *καὶ πότερον εὐώδεσι χρέονται καὶ μαλακοῖσι καὶ ἐκ μετεώρων, ἢ ἐκ πετρωδέων καὶ σκληροῖσί τε καὶ ἁλυκοῖσι καὶ ἀτεράμνοισι.* R. dedit: *καὶ πότερον εὐώδεσι χρέονται καὶ μαλακοῖσι, ἢ σκληροῖσι καὶ ἁλμυροῖσι καὶ ἀτεράμνοισί καὶ εἴτε ἐκ μετεώρων ῥέει, εἴτε ἐκ πετρωδέων.* Mihi non praeplacet Reinholdi coniectura prae supra descripta Coraïs; nam removentur a se invicem quae proxime iuncta fuerint; tum infertur de coniectura *ῥέει* ad exemplum subsequentium et ut constet unde *εἴτε* in vulgata ortum sit. Equidem, si quid in Coraïs lectione mutarim, legerim: *καὶ πότερον εὐώδεσι χρέονται καὶ μαλακοῖσι καὶ ἐκ μετεώρων, ἢ σκληροῖσί τε καὶ ἁλυκοῖσι καὶ ἀτεράμνοισι καὶ ἐκ πετρωδέων.* Ceterum non nego locum ita se habere, ut facile alius alio modo eum legat.

In fine capitis primi vulgo: *πότερον φιλοπόται καὶ ἀριστηταὶ καὶ ἀταλαίπωροι, ἢ φιλογυμνασταί τε καὶ φιλόπονοι καὶ ἐδωδοὶ καὶ ἄποτοι*, in qua lectione alii et Coraës, *οὐκ ἐδωδοὶ καὶ ἄποτοι.* Reinholdus *καὶ εὐδίαιτοι καὶ ἄποτοι.* At huius *εὐδίαιτοι* in tradita lectione nihil apparet; correctio est plane arbitraria, quam probare neutiquam possum, minime vero collato loco e cap. 4., ubi *ἐδωδοί* et *οὐ πολύποται* memorantur.

Cap. 2., p. 58. vs. 10., *ἢν μή τις ταῦτα πρότερον εἰδὼς πρόφρων τις ᾖ* fert vulgata. Heringa e *πρόφρων τις ᾖ* effecit *προφροντίσῃ*; postea Cobetus docuit emendationem recte quidem esse inchoatam, nondum absolutam: *πρότερον εἰδώς* esse glossema ad *πρόφρων* lectionis vulgatae olim adscriptum, legendum esse: *ἢν μή τις ταῦτα προφροντίσῃ.* Sunt hae excellentium virorum emendationes eiusmodi, ut non facile quis ultra aliquid requirere posse videatur. R. tamen dedit: *ἢν μή τις ταῦτα πρότερον διαφροντίσῃ*, quia cap. 1. legitur *διαφροντίσαι χρὴ τὴν θέσιν αὐτῆς*, quasi inde deduci possit loco, de quo agimus, *διαφροντίσαι* esse legendum. Est hoc aliud quid, non meliora velle quam voluerunt alii, non est hoc prudentem criticum agere.

Pag. 58. vs. 11. *περὶ δὲ χρόνου π ρ ο σ ι ό ν τ ο ς καὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ λέγοι ἂν ὁκόσα τε νοσήματα μέλλει πάγκοινα τὴν πόλιν κατασχήσειν.* Ita R., de coniectura *προσιόντος*

scribens pro *προϊόντος*, quae mss. est lectio. Notissima sane utriusque pronominis permutatio; — *προσιόντος* ferri h. l. posse non negabo; sed causam idoneam, cur de vulgata deflectat, video nullam.

Ibid. vs. 20. recepit speciosam sane Cobeti emendationem, de qua dixi in praef. ad vol. II. p. V., et de qua sententiam nondum mutavi. Illustre exemplum significationis, quam dixi, verbi *μεθίστασθαι* habetur in vita Hipp. p. 628. vs. penult.: *μετέστη τῆς πατρίδος*.

Cap. 3., pag. 59. vs. 2., vulgata fert: *ἐν ταύτῃ τῇ πόλει ἐστὶ τά τε ὕδατα πολλὰ καὶ ὕφαλα καὶ ἀνάγκη εἶναι μὴ μετέωρα τοῦ μὲν θέρεος θερμὰ, τοῦ δὲ χειμῶνος ψυχρά*, — tum sequuntur nonnulla a recentioribus editoribus in alium locum translata et pergitur: *τούς τε ἀνθρώπους τὰς κεφαλὰς ὑγρὰς ἔχειν καὶ φλεγματώδεας*. Negationem *μὴ* ante *μετέωρα* ferri non posse, dudum viderunt; de Coraïs ratione ipse in adn. monui. R. dedit: *ἐν ταύτῃ τῇ πόλι ἐστὶ τά τε ὕδατα τὰ πολλὰ ὕφαλα καὶ μετέωρα, ὥστε τοῦ μὲν θέρεος θερμὰ εἶναι, τοῦ δὲ χειμῶνος ψυχρά, τούς τε ἀνθρώπους τὰς κεφαλὰς ὑγρὰς ἔχειν ἀνάγκη καὶ φλεγματώδεας*. Credo illum optime *τὰ πολλά* scripsisse ex Avicenna apud Coraën; num in Reinholdi lectione recte coniungantur *ὕφαλα καὶ μετέωρα* dubito, quia cap. 8. *γλυκέα* esse dicit *τὰ ἐκ μετεώρων χωρίων καὶ λόφων γεηρῶν*. Fecit sané R. quod fieri fere potuit, sed vereor ne desperatum locum hic habeamus, quem ad recti ordinis verberum speciem revocavit quidem, sed quem tamen nondum probe intelligimus.

Pag. 59. vs. 14. dedit vulgatum *ἃ νομίζουσι τὸ παιδῆϊον ποιέειν*. Ad *τὸ παιδῆϊον* cogitatione supplere debebis *πάθος*, cuiusmodi ellipsios nisi exempla afferantur, ego nae fidem illi non habebo.

Cap. 4., p. 60. vs. 5., *πρῶτον μὲν τὰ ὕδατα ταύτῃσι σκληρά τε καὶ ψυχρὰ ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος ἀγλευκέα τε* legit R. de coniectura *ταύτῃσι* praebens, quo addito eo minus opus est, quia proxime antecedit *ὧδε ἔχει περὶ τῶν πολίων τούτων*. Tum vero vulgo *ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος γ λ υ κ α ί ν ε τ α ι*, sed Littr. ad ductum ms. sui Latini *ἐγγίγνεται*. Videtur R. *ἀγλευκέα τε* dedisse ut propius ad *γλυκαίνεται* accederet, sed vocabulum Hippocrati obtrudit, quod nusquam apud hunc legitur. Acquiescendum videtur in *ἐγγίγνεται*.

Cap. 5., p. 61. vs. 22., *ὁ γὰρ ἥλιος τὸν ἠέρα κωλύει ἀνίσχων καὶ καταλάμπων* Coraïs est lectio a R. recepta. Sed sol non *κωλύει τὸν ἠέρα*, sed eum *ἀναρπάζει*. Sol non impedit quo minus noctu vapor oriatur, sed hunc exortus dissipat; quare *τὸν ἠέρα κωλύειν* inepte dicitur. Nondum me poenitet eorum, quae de hoc loco scripsi in adn. p. 248. vol. I.

Ibid. vs. 24. *ἢν μή τις νοῦσος ἄλλῃ κωλύῃ* dedit R., vulgata non *ἄλλῃ*, sed *ἄλλη* ferente. Non credo quidquam mutandum esse, vide adn. p. 248. vol. I.

Quod p. 61. vs. 26. pro vulgato *εἴπερ* cum Coraë *ἤπερ* scripsit, recte sane factum est, nisi malis cum Cobeto *ἐπείπερ* dare.

Cap. 6., pag. 62. vs. 11., vulgo *ὅτι ὁ ἠὴρ τὸ ἑωθινὸν κατέχει* legitur. R. *ὁ* delet ad *ἠήρ* adscribens: *ἀνάρθρως δηλονότι*. Videtur nempe *ὁ ἠήρ* esse putare *aërem*, *ἠήρ* *nebulam*, sed potuisset *ἡ ὁμίχθη* scribere Hippocratis, itaque quare *ὁ ἠήρ* scribere non potuit?

Ibid. vs. 15. vulgata lectio est: *ὁ ἥλιος ἐγκαταδύνων ὥστε μάλιστα διέφει τοὺς ἀνθρώπους*. Pro *ὥστε* Cobetus *ἐς τά* reponere voluit, quo reiecto quare R. *ἔσω* edat, non capio.

Iungere debebis *ἐγκαταδύνων ἔσω*; at ubi locorum erit illud *ἔσω*? *ἔσω ἐς τοὺς ἀνθρώπους*? Vereor ne absurda sit mutatio.

Ibid. vs. 16. *δι' ὃ καὶ ἀχρόους τε εἰκὸς εἶναι καὶ ἀρρώστους τῶν τε νοσευμάτων πάντων μετέχειν μέρος τῶν προειρημένων, ὧν οὐδὲν αὐτοῖσι ἀποκέκριται.* Coraïs est lectio, qui *ὧν* post *προειρημένων* de suo dedit. R. aliam viam tentans scribit: *δι' ὃ καὶ ἀχρόους τε εἰκὸς εἶναι τοὺς ἀρρώστους· τῷ τε νοσευμάτων πάντων μετέχειν μέρος τῶν προειρημένων οὐδὲν αὐτοῖσιν ἀποκέκριται.* Est hoc rursus, quod supra illi obieci, aliud non melius quid velle, quam voluerunt alii. Color orationis non sane antiquus; illud *τῷ τε — ἀποκέκριται* tum per se parum aptum videtur; tum parum apte particulâ *τε* cum antecedentibus copulatur.

Ibid. vs. antepenult. vulgo: *περὶ μὲν πνευμάτων, ἅ τέ ἐστιν ἐπιτήδεια καὶ ἀνεπιτήδεια, ὧδε ἔχει.* Recte R. scribit *καὶ ἃ ἀνεπιτήδεια*, pronomine addito omnino opus est.

Cap. 7., p. 63. vs. 19., vulgo *πρός τε τούτοισι οἱ ὕδρωπές τε καὶ πλεῖστοι γίγνονται καὶ θανατωδέστατοι.* In his Coraës *τε* post *ὕδρωπες* abiecit textus Galenici fide, ego *οἱ* delevi. R. scribere maluit *ὕδρωπες πλεῖστοι τε γίγνονται καὶ θανατωδέστατοι.* Non male profecto!

Cap. 8., p. 64. vs. 10., *ὅσων εἰσὶν αἱ πηγαὶ ἐκ κ. τ. ἑ.* de suo pro *ὅσων εἶεν ἂν αἱ πηγαὶ ἐκ κ. τ. ἑ.*, qua innovatione opus esse non credo.

Ibid. vs. 24. *ταῦτα τὸ μὲν ἐπίπαν* de coniectura pro *ταῦτα μὲν πάντα*; rursus autem dubito num emendatione sit opus.

P. 65. vs. 5. *καὶ ταῦτα ἐν τοῖσι μὲν νοτίοισι πάνυ πονηρά* R. de suo *ἐν* inferens, quo addito num opus sit, valde dubito.

Cap. 9., p. 65. vs. 11., vulgo: *ὁκόσων μὲν αἱ κοιλίαι σκληραί εἰσι καὶ ξυγκαίειν ἀγαθαὶ εἶναι*, in quo *εἶναι* abundare alii recte viderunt. R. pro eo reponit *ἃ ἔνι*, quo facto tamen oratio nascitur, qualem ab Hippocrate non exspectas. Certum sane *εἶναι* esse incongruum, sed non minus certum in eo non lutere *ἃ ἔνι*; litura sola medelae esse poterit.

Ibid. vs. 15. de suo dedit *τὰ ὕφαλα*, ubi vulgo *τὰ ὑφάλυκα*, quod recte eum fecisse arbitror: *ἁλυκός* notum est et *ὕφαλος*; formari potest quidem a priore illo adiectivo *ὑφάλυκος*, sed erit *subsalsuginosus*, quod huic loco parum adaptatum.

Ibid. vs. 19. *ἀλλὰ γὰρ ἐψευσμένα ἴσασιν οἱ ἄνθρωποι τῶν ἁλμυρῶν ὑδάτων πέρι δι' ἀπειρίην καὶ ὅτι νομίζεται διαχωρητικὰ εἶναι τὰ ἁλυκά* dedit R. Codd. *ψευσάμενοί εἰσιν*; nunc etiam *ἐψευσμένοι εἰσίν* in scriptura vulgata latere opinor. Illud *ἐψευσμένα εἰδέναι περί τινος* mirum sonat, neque sane Hippocrateum est existimandum. Tum vero miror R. acquiescere in vulgato *καὶ ὅτι*, quod recte emendavisse videtur Coraës *κατότι* pro eo proponens.

Cap. 10., p. 66. vs. 8., *ὅταν ἄνθρωπος* vulgatae retinuit, ubi Cobetus vere exemplis ex hoc libello citatis *ὅταν γὰρ ἄνθρωπος* requisivit.

Ibid. vs. 17. reiecit *ὥστε σήπεσθαι τάχιστα*, quod ego factum nolim. Vulgo: *διὰ ταῦτα δὲ καὶ σήπεται τῶν ὑδάτων τάχιστα ταῦτα, ὅτι ἀπὸ πλείστων συνῆκται καὶ ξυμμέμικται, ὥστε σήπεσθαι τάχιστα.* Postrema autem non videntur emblema referre.

Ibid. vs. penult. inter *ξυστραφέν* et *καὶ ὄμβροι γίγνονται* pro emblemate eiecit haec:

τότε γὰρ ἐοικὸς τοῦτο μᾶλλον γίγνεσθαι, ὁκόταν τὰ νέφεα ὑπὸ ἀνέμου στάσιν μὴ ἔχοντος ὡρμημένα, ἰόντα (ἐόντα mss.) καὶ χωρέοντα ἀντικόψῃ πνεῦμα ἐναντίον καὶ ἕτερα νέφεα· ἐνταῦθα τὸ μὲν πρῶτον αὐτοῦ ξυστρέφεται· τὸ δὲ ὄπισθεν ἐπιφέρεταί τε καὶ οὕτω παχύνεται καὶ μελαίνεται καὶ ξυστρέφεται ἐς τὸ αὐτὸ, καὶ ὑπὸ βάρεος καταρρήγνυται. Equidem non intelligo quomodo aliquis haec summatim suspecta habere possit. Sed dicendum insuper de Reinholdi iudicio de nonnullis in ipsis illis expulsis obviis. Descripsi iam verba eiecta quemadmodum ipse edidi; R. in iis scribit: ὁκόταν τὰ νέφεα μὴ ὑπ' ἀνέμου στάσιν ἔχοντα ἐξαίφνης ἀντικόψῃ πνεῦμα ἐναντίον· καὶ ἕτερα νέφεα ἐνταῦθα μὲν πρὸ τῶν αὐτοῦ ξυστρέφεται, τὰ δὲ ὄπισθεν ἐπιφέρεται κ. τ. ἑ. Ad στάσιν ἔχοντα autem adnotat: ᾧ ἴσως ἕτερος αὖ προσέγραψε τὸ ὡρμημένα ἐόντα καὶ χωρέοντα. Verum nunc quaeris quomodo quis probabili ratione e vulgata elicuerit ὁκόταν τὰ νέφεα μὴ ὑπ' ἀνέμου στάσιν ἔχοντα ἐξαίφνης ἀντικόψῃ πνεῦμα ἐναντίον? quomodo quis divellere possit πνεῦμα ἐναντίον καὶ ἕτερα νέφεα? Quomodo quis serio ὡρμημένα ἐόντα καὶ χωρέοντα glossam habere possit adscriptam ad verba, quae ipse corrupit? Equidem horum omnium nihil probare possum omnino.

Ibidem vs. penult. in verbis ταῦτα μὲν οὖν ἐστιν ἄριστα κατὰ τὸ εἰκός· δέεται δὲ ἀφέψεσθαι καὶ ἀποψύχεσθαι, ceteri omnes ἀποσήθεσθαι pro ἀποψύχεσθαι, quod de coniectura R. invexit. Sed credemusne Hippocratem lectorem monere voluisse aquam fervidam refrigerari debere antequam bibatur? Miror ἀποσήθεσθαι aliquam vitii suspicionem ouiquam movere posse.

Cap. 11., p. 67. vs. 7., εἰ γὰρ βούλοιο de suo dedit pro εἰ γὰρ βούλει. Potest sane optativus eo loco constare, sed quare indicativus non possit, non video.

Ibid. vs. 16. legit πονηρότατα ταῦτα τὰ ὕδατα . . . πρὸς ἅπαν χρῆμα, ubi ceteri πρὸς ἅπαντα χρήματα. Credo eum recte sing. numerum dedisse.

Cap. 13., p. 68. vs. 15., καὶ τὸ μὲν λεπτότατον αὐτοῦ (τοῦ οὔρου nempe) ἀποκρίνεται καὶ τὸ καθαρώτατον διΐει καὶ ἐξουρέεται fert vulgata. Pro διΐει R. de suo dedit ἰδίῃ, sed non credo h. l. adverbium, sed verbum fuisse scriptum.

In iis, quae brevi post seqnuntur vs. 17., καὶ ξυμπήγνυται τὸ μὲν πρῶτον σμικρὸν, ἔπειτα δὲ μέζον γίγνεται dedit, de coniectura δέ inferens; sed nunc etiam καὶ τὸ μὲν πρῶτον requiro, ut facilis sit periodi decursus.

Lectionem τῆς οὐρήσιος, de qua dixi in praef. ad vol. II., integram habere videtur; eam saltem recepit.

Cap. 15., p. 70. vs. 11., vulgo: ἀκρατέα τὰ παιδία τίκτειν, ὥστε ἢ αὐτίκα ἀπόλλυσθαι, ἢ ζώειν λεπτά τε ἐόντα καὶ ἀσθενέα καὶ νοσώδεα. Post ἀπόλλυσθαι ἢ R. de coniectura infert ἢν ζώωσι, quo addito nullo modo opus est; textus sine causa idonea mutatur.

Ibid. vs. 22. vulgo: ὁκόταν γὰρ τοῦ χειμῶνος ἐόντος νοτίου τοῦ θερμοῦ τοῦ σώματος μὴ ξυνίστηται, μηδὲ φλέβες, τοῦ ἦρος κ. τ. ἑ. In his dudum καὶ θερμοῦ legerunt pro τοῦ θερμοῦ, receperunt καὶ ἐπόμβρου, ita ut ὁκόταν γὰρ τοῦ χειμῶνος ἐόντος νοτίου καὶ ἐπόμβρου καὶ θερμοῦ τὸ σῶμα μὴ ξυνίστηται, μηδὲ αἱ φλέβες, τοῦ ἦρος κ. τ. ἑ. tandem scriberent. In his non acquiescens R. dedit: ὁκόταν γὰρ τοῦ χειμῶνος ἐόντος . . . . θερμοῦ, τοῦ σώματος μὴ ξυνιστῶνται μηδ' αἱ φλέβες, τοῦ ἦρος κ. τ. ἑ., in quibus ξυνι-

στῶνται arbitraria est mutatio lectionis traditae *ξυνίστηται*, quae satis firma; tum vero quid *τοῦ σώματος αἱ φλέβες*? In loci scriptura, quam dedit R., *τοῦ σώματος* plane otiosum est; et vero *μηδ' αἱ φλέβες* ineptum hoc nexu verborum. Nihil horum probandum videtur.

Pag. 71. vs. 1. in *τῆς μεταβολῆς ἐπιγιγνομένης* recte praesens participii servavit ubi ipse aoristum dare non debueram. Tum recte *καί* ante *τῆς μεταβολῆς* omisisse videtur. Item recte paulo post vs. 2. cum Cobeto *κέαταί τε καλῶς* scripsit.

Cap. 17.; p. 72. vs. 8., vulgata fert: *καὶ μήτε φάρμακον διδόναι ἕκοντα, μήτε καίειν ὅ τι ἐς κοιλίην, μήτε τέμνειν κ. τ. ἑ.* Reinholdus: *καὶ μήτε φάρμακον διδόναι ἕκοντα ὅ τι ἐς κοιλίην, μήτε καίειν, μήτε τέμνειν.* Sed *φάρμακον ἐς κοιλίην* nusquam legi in his medicis veteribus, neque scriptum fuisse videtur hoc loco, de quo nondum meliora novi quam quae olim protuli.

Cap. 19., p. 73. vs. 17., *μεταφιτύοντες* ex Cobeti emendatione dedit. Tum *τά τε ἐκτρεφόμενα κτήνεα εὐθηνέειν εἰκὸς καὶ μάλιστα τίκτειν τε πυκνότατα καὶ ἐκτρέφειν κάλλιστα* vulgatae retinuit, ubi nunc etiam *μάλιστα καί* inverso ordine vellem. — Neque *καὶ μεγέθεα μεγίστους* mutavit, ubi Franckenius recte voluit *καὶ τὰ μεγέθεα μεγίστους.*

Ibidem vs. 25. felicissimam, ut opinor, habemus emendationem Reinholdi, quae ex genere est plurium eiusdemmodi ad superiores libellos prolatarum. Nempe edi solet: *τὸ δὲ ἀνδρεῖον καὶ τὸ ταλαίπωρον καὶ τὸ ἔμπονον καὶ τὸ θυμοειδὲς οὐκ ἂν δύναιτο ἐν τοιαύτῃ φύσι ἐγγίγνεσθαι . . . . . . μήτε ὁμοφύλου, μήτε ἀλλοφύλου, ἀλλὰ τὴν ἡδονὴν ἀνάγκη κρατέειν· διότι πολύμορφα γίγνεται τὰ ἐν τοῖς θηρίοις.* Reinholdus autem membrum periodi *ἀλλὰ τὴν ἡδονὴν ἀνάγκη κρατέειν* ante lacunam post *ἐγγίγνεσθαι* inseruit, quo facto scripturam antiquam certo restituisse mihi videtur.

Cap. 20., p. 74. vs. 2., retinuit glossam s. scholion potius mihi visum *οὗτος γὰρ ὅρος τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίης.* Nondum haec non esse emblema mihi persuadet.

Ibid. vs. 4. vulgo: *τάδε τὰ ἔθνεα ταύτῃ διάφορα αὐτὰ ἑωυτῶν μᾶλλον ἐστὶ τῶν προδιηγημένων, διὰ τὰς μεταβολὰς τῶν ὡρέων καὶ τῆς χώρης τὴν φύσιν.* Manifesto *διὰ τὰς μεταβολὰς — φύσιν* est epidiexegesis antecedentis *ταύτῃ*; locus autem integerrimus est. R. tamen eum tentat et *τάδε τὰ ἔθνεα, τὰ ταύτῃ κ. τ. ἑ.* scribit, sine causa idonea *τά* inferens; seu potius Reinholdi mentem expresseris legendo: *Τὰ ἔθνεα τὰ ταύτῃ διάφορα κ. τ. ἑ.*

Ibid. vs. 6. *ὁμοίως ὥσπερ* pro *ὁμοίως ἅπερ* cum Coraë scripsit.

Cap. 21., p. 72. vs. penult., vulgata fert: *τὸ παιδίον ὁκόταν γένηται τάχιστα, τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἔτι ἁπαλὴν ἐοῦσαν μαλακοῦ ἐόντος ἀναπλάσσουσι τῇσι χερσὶ κ. τ. ἑ.* Reinholdus hinc de coniectura eiicit *μαλακοῦ ἐόντος*, quod idem esse quod *ἁπαλὴν ἐοῦσαν* contendit. Eius de loco integro iudicium miror: *μαλακοῦ ἐόντος* non est glossema, sed rationem reddit, cur *ἡ κεφαλή* sit *ἁπαλή*; caput est molle, quum *τὸ παιδίον* ipsum sit totum *μαλακόν*.

Ibid. p. 75. vs. 12. lectionem *ὁμιλίην* prae altera *ἀμέλειαν* praetulit.

Cap. 22., p. 76. vs. 9., e vulgatae verbis *τά τε πνεύματα τὰ πολλὰ νότια, πλὴν αὔρης μίης ἐπιχωρίης· αὕτη δὲ πνέει ἐνίοτε βίαιος καὶ χαλεπὴ καὶ θερμή, καὶ κέγχρονα ὀνομάζουσι τοῦτο τὸ πνεῦμα* reiicit de coniectura *καί* ante *κέγχρονα*, quod puto illum recte facere; monitus de hac re credo *καί* eo loco librariis deberi.

Cap. 23., p. 76. vs. 20., *οὐ γὰρ γίγνονται ἐκπλήξιες τῆς γνώμης, οὔτε μετάστασις*

ἰσχυρὴ τοῦ σώματος, ἀφ' ὅτων εἰκός τινα τὴν ὀργὴν ἀγριοῦσθαί τε καὶ τοῦ ἀγνώμονος καὶ θυμοειδέος μετέχειν μᾶλλον, ἢ ἐν τῷ αὐτῷ αἰεὶ ἐόντα dedit, de suo τινά inferens; ac sane, me iudice, nisi ἐόντας scribere malis in fine loci pro ἐόντα, non inepta est correctio.

Pag. 77. vs. 8. in vulgato ἐρημοῦσθαι τὴν γῆν ὑπό τε πολεμίων καὶ ἀργίης pro πολεμίων dedit de suo πολέμων, qua mutatione sane opus non est.

Ibid. vs. 17. τουτέων δέ pro τούτων δέ dedit adnotans τῶν διαφορῶν δηλονότι. Itaque patet illum τουτέων femininum esse credere, quod aliis item locis animadverti ab illo factum. At fallitur: αὐτέων legitimus genitivus pluralis est feminini generis, sed non τουτέων, quod non nisi falsus Ionismus est.

Cap. 24., p. 77. vs. 26., οὐ πρότερον . . . ἤπερ τὰ ἱερὰ θύωσι τὰ ἐν νόμῳ dedit. Non congruit praesens θύωσι, legendum θύσωσι, quod in adn. iam significavi.

Vs. penult. quare certam et elegantem Cobeti correctionem εὕρηται pro ἄρηται non receperit, non perspicio.

Vocabulum postremum capitis ἐκδιδόναι mihi nunc etiam ex ἐπιδιδόναι exstitisse videtur.

Cap. 25., p. 78. vs. 12., pro ἐνταῦθα καὶ οἱ Σκύθαι διαιτεῦνται de suo dedit καὶ ἐνταῦθα οἱ Σκ. διαιτ., fortasse non male!

Ibid. vs. 21. quare omiserit ξὺν τοῖσι παιδίοισι post διαιτεῦνται, non liquet.

Vs. 22. eiusdem pag. οἱ ἄνδρες servavit, quod emblema esse Cobetus vere monuit.

Ibidem in verbis ἕπονται δὲ αὐτοῖσι καὶ τὰ πρόβατα τὰ ἐόντα καὶ αἱ βόες καὶ οἱ ἵπποι omisit τά ante ἐόντα et καί ante βόες; adnotat autem πρόβατα δηλονότι καλεῖ βόας καὶ ἵππους. Non nego, sed non ea de causa in textu aliquid mutandum, nisi quod inter ἐόντα et καὶ αἱ βόες comma interponere licet. Dubium saltem non est, quin τὰ πρόβατα τὰ ἐόντα recte se habeat, et ab auctoris manu sit.

Cap. 26., p. 79. vs. 13., vulgata lectio est: ἠήρ τε κατέχει πουλὺς τῆς ἡμέρης τὰ πεδία καὶ ἐν νότοισι διαιτεῦνται. Haec ita emendavit Cobetus ut ἐν νότοισι ex ἐν ὅτοισι natum esse doceret et καί ante ἐν νότοισι pro emblemate eiiceret. Est haec correctio tam evidens, ut mireris aliquem ultra aliquid postulare. R. tamen maluit καὶ ἐν τούτοισι scribere, quod licet sensum loci non perturbet, minime latet in tradita lectione. Sed praeterea R. aliud quid tentat: pro ἡμέρης legit de suo ἐρημίης. Nunc vero corrumpit quod sanum est. Non sine causa τῆς ἡμέρης scripsit Hippocrates; nempe quum sol exoriens plerisque locis nebulam nocturnam dispellat, de his regionibus dicit etiam interdiu τὸν ἠέρα πουλὺν ἔχειν τὰ πεδία.

Ibid. vs. 16. καὶ οὐκ ἐστεφάνωται ὄρεσιν, ἀλλ' ἢ ἢ ἀνατείνει ἀνάντεα ὑπὸ τῶν ἀρκτων, αὐτόθι. Καὶ τὰ θηρία οὐ γίγνεται μεγάλα, ἀλλ' οἷα οἷά τέ ἐστιν ὑπὸ γῆν σκεπάζεσθαι. Ita haec describit R. plura de coniectura mutans: primum de suo infert ἢ ἢ ἀνατείνει, quo facto locum planum et vitii suspicione vacantem pro lubitu in longe alium sensum quam voluit auctor detorquet. Tum ubi vulgo ante αὐτόθι interpungitur, ille post hoc adverbium distinguit, cum tamen manifesto αὐτόθι ad seqq. respiciat. Denique vulgo ἀλλ' οἷά τέ ἐστι, ubi Cobetus ἀλλ' ἃ οἷά τέ ἐστι emendat, ille vero οἷα repetit. Postremum hoc non displicet, nisi quod ita male euphoniae consulitur; cetera mihi sine dubio repudianda videntur.

Ibid. vs. 19. καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ἀλέη οὐδὲ σκέπη. De vulgato καί τοι nondum sententiam mutavi, quam protuli in adn.; tum nunc etiam ἀλεή non ἀλέη legendum opinor.

Vs. 22. ὁμοῖοι αὐτοὶ ἑωυτοῖσι receptum est recte e Cobeti emendatione.

Pag. 80. vs. 3. ἀλλὰ διὰ πιμελέα τε καὶ ψιλὴν τὴν σάρκα τά τε εἴδεα ἔοικεν ἀλλήλοισι dedit R. cum Coraë πιμελέα pro vulgato πιμελὴν scribens. Ex Cobeti animadversione τὰ εἴδεα pro τά τε εἴδεα dandum fuisse opinor.

Ibid. vs. 6. τῶν γὰρ ὡρέων παραπλησίων ἐουσέων, φοραὶ οὐκ ἐγγίγνονται οὐδὲ κακώσιες ἐν τῇ τοῦ γόνου ξυμπήξι. Vulgata φθοραί habet. Similiter cap. 31. (p. 83. vs. penult.) καὶ γὰρ φοραὶ πλείονες ἐγγίγνονται τῷ γόνῳ ἐν τῇ ξυμπήξι, ubi item ceteri φθοραί. Tum vero hoc loco R. τοῦ γόνου de coniectura in τῷ γόνῳ mutavit. Sed ego nondum perspicio quo iure aliquis de φθοραί dubitet; fuerunt qui μορφαί, qui διαφοραί substituere vellent, sensu saltem manifesto, sed quid φοραί his locis esse debeat, non assequi me fateor, nec quidquam movendum esse arbitror.

Cap. 27., p. 80. vs. 10., Σκυθέων γὰρ τοὺς πολλοὺς ἅπαντας, ὅσοι νομάδες, εὑρήσεις κεκαυμένους κ. τ. ἑ. edunt. R. reiicit ἅπαντας ὅσοι νομάδες adnotans: πρόσγραμμα γὰρ εἴη ἂν τὸ ἅπαντας ὅσοι νομάδες. Ac nunc quidem non dissentio; puto R. re vera emblema indicavisse, quod aliquis duxerit e § 25. verbis νομάδες δὲ καλεῦνται, ὅτι κ. τ. ἑ.

Ibid. vs. 18. ῥοϊκὰ δὲ γίγνεται καὶ πλαδᾷ dat R., ubi vulgo πλατέα, unde βλαδέα dedi ipse. In fine autem huius capitis mss. τά τε θήλεα θαυμαστὸν οἷον ῥοϊκὰ καὶ βραδέα, ubi ipse item βλαδέα reposui, R. vero πλαδώδεα scripsit. Et ut ab hoc ordiar, πλαδώδης mihi tam parum ex Hipp. cognitum erat, ut de tota forma dubitarem; nunc video e recentioribus scriptoribus citari. Vellem saltem apud Hipp. πλαδαρά, verum nondum discedo ab opinione, quam in adn. ad vol. I. p. 275. in medium protuli.

Ibid. vs. 22. βραχύ τι βαδίσι χρέονται de suo dedit pro βραχὺ τῇ βαδίσι codicum. Non credo lectionem traditam mutari debere.

Cap. 28., p. 81. vs. 2., e vulgato τὴν μαλθακότητά τε καὶ τὴν ψυχρότητα omittit articulum ante ψυχρότητα. Tum paulo post pro ἀφ' ὅτων ἥκιστα εἰκὸς εἶναι ἄνδρα οἷόν τε λαγνεύειν dedit ἀφ' ὅτων ἥκιστα ἄνδρα οἷόν τε εἶναι λαγνεύειν, qui ordo verborum prae vulgato praestat. Denique in ἥ τε πιότης τῆς σαρκὸς καὶ ὑγρότης de suo ἡ ante ὑγρότης adiecit.

Cap. 29., p. 81. vs. 16., εὐνουχίαι γίγνονται οἱ πλεῖστοι ἐν Σκύθῃσι scribit de suo οἱ addens, quod facile fero. Paulo post vero pro καὶ γυναικεῖα ἐργάζονται καὶ ὡς αἱ γυναῖκες διαλέγονται τε ὁμοίως καλεῦνταί τε κ. τ. ἑ. exhibuit καὶ γυναικεῖα ἐργάζονταί τε ὡς αἱ γυναῖκες, διαλέγονταί τε ὁμοίως καλεῦνταί τε, quae lectio placet, nisi quod τε ante ὡς abesse malim.

Ibid. vs. 21. pro ἐμοὶ δὲ καὶ αὐτῷ δοκεῖ ταῦτα τὰ πάθεα θεῖα εἶναι scripsit: ἐμοὶ δὲ καὶ ταῦτα δοκέει τὰ πάθεα θεῖα εἶναι. Me indice nulla causa est cur καὶ αὐτῷ non ab Hippocrate scriptum existimemus; quin apte poni maxime apparet, quando haec cum periodo proxime antecedenti comparas.

Ibid. vs. penult. ἅτε αἰεὶ κρεμαμένων ἀπὸ τῶν ἵππων τοῖσι ποσί vulgata; R. κρεμαμένοισι scripsit, quod ne consistere quidem posse mihi videtur.

Ibid. vs. ult. καὶ ἕλκονται τὰ ἰσχία retinuit, ubi mihi ἑλκοῦνται scribendum visum erat. Primum mihi dubium num τὰ ἰσχία ἕλκονται recte dicatur, licet τὸ σκέλος ἕλ-

κονται facile tulerim. Sed fac dici posse τὰ ἰσχία ἕλκονται, at quid erit eo nexu, quo dicit Hipp. ἔπειτα ἀποχωλοῦνται καὶ ἕλκονται τὰ ἰσχία οἷ ἂν σφόδρα νοσήσωσι? Erit hoc δὶς ταὐτόν nam χωλοῦσθαι et τὰ ἰσχία ἕλκεσθαι idem erit. Nunc etiam ἑλκοῦνται requiro.

P. 82. vs. 3. ὑπολαμβάνει servavit, de quo a me et Coraë in ἐπιλαμβάνει mutato dixi in praef. ad vol. II. p. XI.

Cap. 30., p. 82. vs. 16., cum Cobeto οἱ πλούσιοι ante οὐχ οἱ κάκιστοι recte omisit.

Ibid. vs. 19. ἐπεί servavit, ubi vere monuisse credo Cobetum εἴ περ esse dandum de re, quam tanquam fide non dignam proponit auctor. Sed locum describam totum, quia plura mutavit. Ex Coraïs et Cobeti emendationibus habebimus: καίτοι ἐχρῆν, εἴ περ θειότερον τοῦτο τὸ νόσευμα τῶν λοιπῶν ἐστι, οὐ τοῖσι γενναιοτάτοισι τῶν Σκυθέων καὶ τοῖσι πλουσιωτάτοισι προσπίπτειν μούνοισι, ἀλλὰ τοῖσι ἅπασι ὁμοίως καὶ μᾶλλον τοῖσι ὀλίγα κεκτημένοισι, εἰ δὴ τιμώμενοι χαίρουσι οἱ θεοὶ κ. τ. ἑ. Reinholdus in his καὶ μᾶλλον τοῖσι ὀλίγα κεκτημένοισι, οὐ τοῖσι πολλά· τιμώμενοι δὴ εἰ χαίρουσι κ. τ. ἑ. Nempe quum vulgata ferat οὐ τιμώμενοι ἤδη εἰ χαίρουσιν, expleyit οὐ de suo scribens οὐ τοῖσι πολλά; tum reliqua propius ad vulgatam accedens alio ordine quam Coraës excudenda curavit. Probanda esse mihi videtur a R. proposita lectio.

P. 83. vs. 9. τοῖσί τε Σκύθῃσι cum Cobeto dedit pro vulgato τοῖσι γε Σκ., sine dubio recte. Paulo post προειρημένας cum Littréo intulit, quo locus carere plane nequit.

Ibid. vs. 13. ἐπιλαθέσθαι in ἐπιλήθεσθαι mutavit, quod recte factum esse opinor, quum praesentia vicina sint.

Cap. 31., p. 83. vs. 20., ἐξ ὧν μεταβολαὶ πολλαὶ καὶ παντοδαπαί· ἀφ' ὅτων εἰκὸς ἑκάστοτε καὶ τὴν γένεσιν ἐν τῇ ξυμπήξι τοῦ γόνου ἄλλην καὶ μὴ τῷ αὐτῷ τὴν αὐτὴν γίγνεσθαι ἔν τε τῷ θέρεϊ καὶ τῷ χειμῶνι, μήτε ἐν ἐπομβρίῃ καὶ αὐχμῷ. Locus, quem alii alio modo describunt, R. iterum novo modo descripsit. Num antiquam scripturam iam restitutam habeamus, merito dubitaveris; quin parum vero simile vulgatum αἰσθάνεσθαι ex ἑκάστοτε esse natum. Est tamen locus ad probabilem sensum descriptus.

Pag. 84. vs. 14. καί ante δειλοτάτους non recepit cum Coraë.

Ibidem vs. 17. ὁκόσοι δὲ αὐτόνομοι, ὑπὲρ αὐτῶν γὰρ τοὺς κινδύνους αἱρεῦνται καὶ οὐκ ἄλλων, προθυμεῦνται καὶ ἑκόντες ἐς τὸ δεινὸν ἔρχονται. Haec vulgata est lectio, nisi quod οὗτοι in ὁκόσοι s. ὅσοι mutatum est a Coraë, Littréo, et quod ipse pro ἑκόντες καί scripsi καὶ ἕκοντες. — R. dedit: ὅσοι δὲ αὐτόνομοι, ὑπὲρ ἑωυτῶν γὰρ τοὺς κινδύνους αἱρεῦνται καὶ οὐκ ἄλλων προμηθεῦνται, ἑκόντες καὶ ἐς τὸ δεινὸν ἔρχονται. De suo προμηθεῦνται praebet, ut in ἑκόντες καί consecutionem vocabulorum mss. traditam servet; mihi tamen προθυμεῦνται non mutandum videtur.

Cap. 32., p. 84. vs. 25., cum Zuingero in marg. dedit ψιλήν pro vulgato ὑψηλήν, quod iure suo fecisse videtur.

P. 85. vs. 9. ἀπεργάζοιτο ἄν dedit, quod ipse requirebam in praef. ad vol. III.

Ibid. vs. 15. scripsit ἐκεῖ εἴη ἂν εἴδεα μεγάλα καὶ ἑωυτοῖσι παραπλήσια, quo facto propius ad traditam lectionem accedit.

Ibid. vs. 18. τῇσί τε μεταβολῇσι τῶν ὡρέων οὐκ εὔκρυπτα de suo R. pro οὐκ εὔκρητα. Me iudice locum corrumpit, non emendat.

Cap. 33., p. 85. vs. 25., *μέγισται μὲν οὖν εἰσὶν αὗται τῆς Φύσιος διαλλαγαί* servat, ubi ipse *αὗται — αἱ διαλλαγαί* dederam, quod nunc etiam faciendum mihi videtur.

Quare p. 86. vs. 5. *κακοί* pro *κάκιστοι* dederit, non satis intelligo.

Ibid. vs. 11., *καὶ ὀξύ* cum Calvo, Coraë dedit; nunc non dissentio.

IV.

Principio libelli de Morbo sacro comparavit Reinholdus inter se introitum in hoc scriptum cum capitis 5. initio, unde utriusque loci emendatio exstitit, quam lubentissime amplector. Nimirum recte edere mihi visus est capite 1. *ἀλλὰ Φύσιν μὲν ἔχει καὶ τἄλλα νοσήματα καὶ πρόφασιν ἕκαστα, ὅθεν γίγνεται, Φύσιν δὲ καὶ τοῦτο καὶ πρόφασιν· οἱ δ' ἄνθρωποι ἐνόμισαν θεῖόν* (*τι πρῆγμα* e mss. 2 additum vellem) *εἶναι, ὑπὸ ἀπειρίης κ. τ. ἑ.* Item recte capitis 5. initio: *τὸ δὲ νόσημα τοῦτο οὐδέν τί μοι δοκέει θειότερον εἶναι τῶν λοιπῶν, ἀλλ' ἀπὸ ταὐτοῦ γίγνεσθαι, ἀφ' ὅτου καὶ τἄλλα πάντα, καὶ ἰητὸν εἶναι οὐδὲν ἧσσον ἑτέρων κ. τ. λ.* Vere vidit vulgatae lectioni principii capitis quinti intermista esse quae e capitis primi loco supra descripto sint desumpta.

Paulo post in verbis *κατὰ δὲ τὴν εὐπορίην τοῦ τρόπου τῆς ἰήσιος, ᾧ ἰῶνται, ἀπόλλυται* servavit *ᾧ ἰῶνται*, quod abieceram et de quo nondum aliter sentio quam significavi in adn.

Pag. 89. vs. 10, dedit *ὡς ἐγὼ ἀποδείξω ἕτερα οὐδὲν ἧσσον ἐόντα θαυμάσια, οὐδὲ ἧσσον τερατώδεα, ἃ οὐδεὶς νομίζει ἱερὰ εἶναι.* De suo *ἧσσον* ante *τερατώδεα* intulit, quod quin subintelligendum sit, minime dubito; dubito vero num ipse auctor adposuerit; adeo ut denuo sit inferendum.

Ibid. vs. 19, *καί* ante *πνιγομένους* servavit; non adversor.

Ibid. vs. 20, dedit *ἔπειτα δὲ ὑγιέας ἐόντας καὶ Φρονέοντας ὥσπερ καὶ πρότερον, ἐόντας τ' αὖ τέως ὠχρούς τε καὶ ἀσθενέας.* Est autem *ἐόντας τ' αὖ τέως* Reinholdi coniectura pro mss. lectione *ἐόντας τε αὐτούς*, quod ipse eieceram solum *ὠχροὺς δὲ καὶ ἀσθενέας* scribens. Nolim affirmare certam esse meam emendationem; sed minus nunc arridet Reinholdi ratio; quid *αὖ* eo nexu?

Pag. 90. vs. 1, *ὧν ἑκάστου πέρι* dedit pro *ὧν περὶ ἑκάστου.* Per me licet.

Cap. 2., p. 90. vs. 17., *κρεῶν* ante *ταρακτικώτατα* servavit, quod abieceram. Fortasse rectius ille.

P. 91. vs. 5. post *ἢ αἶγες* delevit quod ceteri omnes habent, *καὶ βόες*, quo facto insulso additamento locum liberavit.

Cap. 3., p. 91. vs. 20., *καὶ ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ τὸ θεῖον ἀπόλλυται* edidit. Nondum concoquo *ἐν* h. l.; praepositio haec a librariis sexcenties otiose infertur, quod nunc quoque factum opinor. Quare *πάντως* ante *τούτῳ τῷ λόγῳ* non admittatur, non intelligo; non est emblema.

Cap. 4., p. 92. vs. 2., vulgo *καὶ θάλασσαν ἄφορον καὶ γῆν*, pro quo recepi Lobeckii coniecturam *καὶ θάλασσαν ἄπορον καὶ γῆν ἄφορον.* R. dedit *καὶ θάλασσαν εὔφορον καὶ γῆν ἄφορον*, quod praeplacet prae Lobeckii ratione.

Ibid. vs. 8., vulgatum ἕνεκά γε feliciter explevisse mihi visus est ἕνεκά γε τῶν θεῶν scribens. Verum post θεῶν nolim abiicere e vulgata πῶς οὐ, sed malim pergere: πῶς δ' οὐ δεινοὶ ἄρ' αὐτοῖσί εἰσι; — Nempe τῶν θεῶν excidisse e vulgata facile mihi persuadeo, sed τῶν θεῶν in πῶς οὐ abiisse minime credo.

Ibid. vs. 17., οὐ γὰρ καθάπαξ ἑνὶ, ἀλλὰ πλεόνεσι ταῦτα νενέμηται plane arbitraria correctio videtur, quae defendi non possit. In μέμνηνται codicum vitium nullum apparet; μεμνῆσθαι cum accusativo notum est. Quodsi καθάπαξ, quod in mss. nonnullis omittitur, servare velis, scribendum tamen erit: οὐ γὰρ καθάπαξ ἓν, ἀλλὰ πολλὰ ταῦτα μέμνηνται. Neque causa apparet, quare dein ἢν μὲν γὰρ αἶγα μιμῶνται scribat de suo pro κἢν μὲν γὰρ κ. τ. ἑ.

Ibid. vs. 22., utrum τισι an πολλάκις scribas, non multum differet.

Ibid. vs. 23., Ἰδαίης θεοῦ πρόσκειται ἡ προσωνυμίη dedit. Vulgo Ἐνοδίου πρόσκειται ἡ πρ.; sed e Marciano adnotatum videns ἠνταίης θεοῦ, inde Ἰδαίης θεοῦ effecit, idque recipiendum duxit. Quid autem lateat in ἠνταίης θεοῦ docet corrupta Erotiani glossa ἀντεόνθεον: scilicet ἀνταίης θεοῦ latet in Marciani lectione, quod tamen num pro Ἐνοδίου sit recipiendum parum probabile. Certum autem est ex ἠνταίης minime edi debere Ἰδαίης. Ceterum nondum perspicio quae ratio intercedat inter glossam Erotiani, quam Foës. ad alium locum retulit, et lectionem codicis Marciani.

Ibid. vs. antepenult., ὁκόσα δὲ δείματα νυκτὸς παρίσταται καὶ Φόβοι καὶ παράνοιαι. Cf. cap. 17., p. 104. vs. 4., καὶ δείματα καὶ Φόβοι παρίστανται et cap. 18., p. 104. vs. 23, ἢν δὲ δείματα καὶ Φόβοι παριστῶνται. Advertit ad δείματα accedere καὶ Φόβοι. In voce δειμώδεος Erot.: καὶ δεῖμα, inquit, ὁ Φόβος. Hesych.: δεῖμα· δέος, Φόβος. Sitne igitur locis illis e libello nostro prolatis καὶ Φόβοι glossema?

Pag. 93. vs. 2., καὶ ἀθεώτατον ποιέουσι — τὸ θεῖον dedit R. vulgatam servans, ex qua τὸ θεῖον praestantium mss. fide abieceram; cuius rei me nondum poenitet.

Ibid. vs. 5., mihi significavit se mecum consentire de abiiciendo ἤ τι ἔργον ἀνόσιον εἰργασμένους, de qua interpolatione monui p. CVIII. Epimetri.

Ibid. vs. 11., de suo ὄψεται pro ἅψεται scripsit. Si ὄψεται libri praeberent, nemo facile id in ἅψεται mutaverit; sed quare libris omnibus ἅψεται ferentibus, nunc ὄψεται edat, non intelligo.

Ibid. vs. 18., καὶ ῥῦμα γιγνόμενον ἡμῖν dedit, ubi vulgo καὶ ἔρυμα γ. ἡ. Utrum horum ab auctoris manu sit, incertum; sed recte vidit in lectione ῥύμμα latere ῥῦμα.

Ibid. vs. 19., e vulgato ἀποδεικνύμενοι ὡς ἂν, unde ἀποδείκνυμεν ὡς ἂν effeceram, protulit ἀποδείκνυμεν οἵους ἂν, ne οἱ vulgatae negligeretur.

Cap. 5. De principio huius capitis supra ad cap. 1. iam dixi.

Pag. 94. vs. 4., πατὴρ ἢ μήτηρ de suo dedit pro πατὴρ καὶ μήτηρ codicum; non male; tum τούτῳ καὶ τῶν ἐκγόνων ἔχεσθαί τινα, quod elici e librorum lectione potest.

Cap. 6. initio vulgo ἀλλὰ γὰρ αὐτοῖσι αἴτιος ὁ ἐγκ., ubi alii cum libris nonnullis αὐτοῖσι omittunt, R. αὐτοῖσι in αὐτός mutavit, quod omnino fieri potest.

Pag. 94. vs. 16., recte vitium sustulit τῷ ἀνθρώπῳ pro τοῦ ἀνθρώπου scribens.

Pag. 95. vs. 1., lectionem παρ' αὐτὸ δὲ τὸ οὖς non praefero prae altera παρὰ δὲ τὸ οὖς; — nec cap. 7., p. 95. vs. 15., praefero ὅκου ἂν στῇ prae καθ' ὅ τι ἂν στῇ; neque

eodem capite 7., p. 95. vs. 15., negligere debuerat *γάρ* in verbis *τεκμήριον δέ· ὁκόταν γὰρ καθημένῳ κ. τ. ἑ.* Videtur R. huic usui particulae *γάρ* fidem non habere; nam eandem voculam in lib. de Aëre, aq., locis cap. 10. neglexit, ubi Cobetus reponendam esse verissime monuit.

Cap. 8., p. 95. vs. 21., *ἀνθέει* asteriaco notat. Eiusmodi verbum quid proprie significet ex auctoris mente dictu difficile, quia quid sibi finxerit plane ignoramus; nolim tamen ideo certo affirmare corruptum esse, ita ut asterisco notandum sit.

Ibid. vs. 25., nunc etiam cum Lindano *ἕξει* pro *ἔχει* legerim.

Cap. 10., p. 97. vs. 5., *ἐνίοισι δὲ καὶ ὑποχωρέει ἡ κόπρος κάτω* vulgo. R. articulum ante *κόπρος* omittit et *ἄνευ δὴ τοῦ ἡ* adnotat. Res minuta est, sed quare articulus tantopere illum offendat, non perspicio.

Pag. 98. vs. 3., *στομάχου* pro *στόματος* ex Vossiano recte receptum esse opinor.

Cap. 11., p. 98. vs. 24., *παρέσπασται* omnino praestat prae *παρασπᾶται*.

Sub finem huius capitis *ξυστραφῆναι* pro *ξυντραφῆναι* in mea editione irrepsit et me nolente Latine etiam expressum est; casu fortuito accidit, *ξυντραφῆναι* non est tangendum.

Cap. 13., p. 100. vs. 1., vulgata cum varr. lectt. habet: *ὅτι αἱ φλέβες εἰσὶ κοιλότεραι (ἐπικοιλότεραί εἰσι) καὶ πλέονες ἢ ἐν τοῖσι ἀριστεροῖσι· ἀπὸ γὰρ τοῦ ἥπατος (ὅτι ἀπὸ τοῦ ἥπατος) τείνουσι καὶ (ηαι* cod. *θ.) ἀπὸ τοῦ σπληνός.* Unde R. exhibuit *ὅτι αἱ φλέβες αἱ ἀπὸ τοῦ ἥπατος τείνουσαι ἐπικοιλότεραί εἰσι καὶ πλέονες ἢ ἐν τοῖσι ἀριστεροῖσι αἱ ἀπὸ τοῦ σπληνός.* In qua loci restitutione solum malim postremorum ordinem huncce: *ἢ αἱ ἀπὸ τοῦ σπληνὸς ἐν τοῖσι ἀριστεροῖσι*, quo modo scriptum fuisse *ηαι* codicis *θ.* subindicat.

Ibidem vs. 3. vulgata fert: *οἷσι δ' ἂν διαθερμανθῇ ἡ κεφαλή, ἤν τε ὑπὸ ἡλίου, ἤν τε ὑπὸ πυρὸς, ἤν τε καὶ ἐξαπίνης φρίξῃ ὁ ἐγκέφαλος, καὶ τότε ἀποκρίνεται τὸ φλέγμα.* Littréus inde cum libris duobus *οἷσιν ἂν διαθερμανθῇ*; tum *ἤν τε* ante *καὶ ἐξαπίνης* delevit, quo facto sensus saltem probabilis emergit. Sed duo illa mss. pro *καὶ τότε* ferunt *τότε γάρ*, unde comparata periodo infra obvia, melius locum ita constituit R.: *οἷσιν ἂν ἐπειδὰν διαθερμανθῇ ἡ κεφαλὴ ἤν τε ὑπὸ ἡλίου, ἤν τε ὑπὸ πυρὸς, ἔπειτα ἐξαπίνης φρίξῃ ὁ ἐγκέφαλος· τότε γὰρ ἀποκρίνεται τὸ φλέγμα.*

Pag. 100. vs. 10., *ἐπειδὰν ἐξαπίνης μετὰ βόρεια πνεύματα νότος μεταλάβῃ* omnes, ubi opinor *μεταλάβῃ* ob antecedens *μετά* librariorum errore exstitisse, auctorem vero *καταλάβῃ* dedisse.

Ibid. vs. 12., post *ἐχάλασε* cum mss. duobus recte omisit *ἐξαίφνης*.

Pag. 101. vs. 4., *στιφρός* dedit, ubi alii *στριφνός*. Utrum horum scriptor dederit, nemo facile dicat.

Cap. 14., initio recte servavit *ἔθος πεποίηται*, quod reiicere non debueram. Vulgatum *ἔθος πεποίηκε* tamen non prorsus contemnendum: *ἔθος πεποίηται* erit fere *εἴθισται*, — ad *ἔθος πεποίηκεν* subintelligendum erit *ἡ νοῦσος*.

Pag. 101. vs. 17. nunc etiam requiro *ἢν γὰρ διακόψῃς τὴν κεφ.*, et vs. 19., *καὶ τούτῳ δηλονότι γνώσει*, nam *ἐν* h. l. non minus certo est librariorum foetus, quam supra p. 91. vs. 20., in verbis *ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ*. Video me iam de hac re monuisse in addendis ad vol. II.

Pag. 101. vs. 21., *ὅκου ἂν χρόνος ἐγγένηται* dedit pro *ὅπῃ ἂν χρ. ἐγγ.* Non adversor, sed *ὅπῃ* etiam ferri posse docet locus p. 102. vs. 4., *ὅπῃ μέλλωσι ὄψεσθαι αὐτὸν ἐλάχιστοι πεσόντα.*

Cap. 15., p. 102. vs. 11., nunc etiam *παῖδες ὄντες* cum optimis mss. omittere malim, idque eadem de causa, quam dixi in adnotatione.

Cap. 16. Probare neutiquam possum coniecturam, qua p. 104., vs. 20. scribit: *καὶ τἄλλα πάντα τὰ ἐκ τῆς θαλάσσης ἐξαερούμενα καὶ τῶν ἄλλων ὑδάτων.* Nam primum in *ἀρξάμενα* latere *ἐξαερούμενα* parum probabile est; tum vero significat auctor Borean mare ipsum et reliquas aquas limpidas reddere, non vapores ex aquis exsurgentes.

Ibidem vs. penult., *γαληνίζειν* dedit, quod minime veram lectionem, sed recentem referre et olim putavi et nunc etiam puto. Vid. adn.

P. 103. vs. 9., quomodo *τόν τε δὲ ἥλιον* ferre aures possint, non capio.

P. 103. vs. 13., *ἐν τῶν ἀνέμων τούτων τῇσι μεταλλαγῇσι* dedit de suo pro *ἐκ τῶν ἀνέμων τούτων ἐν τῇσι μεταλλαγῇσι*, qua mutatione num opus sit, vix scio. Sed nondum mihi persuadeo in hac periodo apodosin incipere verbis *ἀνάγκη τοῖσι μέν*, qua de re in adn. dixi.

Cap. 17., p. 103. vs. penult., *διαγιγνώσκομεν* cum Marciano nunc etiam legerim, non simplex *γινώσκομεν.*

Pag. 104. vs. 2., *τῷ δὲ καὶ τὰς ἡδονὰς καὶ τὰς ἀηδίας τοῖσι καιροῖσι διαγιγνώσκοντες καὶ οὐ ταὐτὰ ἀρέσκει ἡμῖν* vulgo. R. de suo *διαγιγνώσκουσιν οὐ ταὐτὰ ἀρ. ἡ.* Correctio non placet; vellem: *τῷ δὲ καὶ τὰς ἡδονὰς καὶ τὰς ἀηδίας διαγιγνώσκομεν καὶ οὐ ταὐτὰ ἀρέσκει ἡμῖν.*

Cap. 18., p. 104., non credo eum emendavisse, sed corrupisse locum vs. ultimo, de coniectura scribentem *ἐπὶ τὰς φλέβας τὰς κατὰ τὸ σῶμα.* Si ad rerum nexum mentem advertas, non dubitabis quin *ἐπὶ τὰς φλέβας καὶ τὸ σῶμα* sit ab auctoris manu. Docet antecedens *ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον κατὰ τὰς φλέβας τὰς αἱματίτιδας ἐκ τοῦ σώματος.*

Pag. 105. vs. 6., *διαθερμαίνεται δὲ καὶ ἐπὴν κ. τ. λ.* Non solum otiosum est *καί* h. l., sed sensum loci pessumdat. Non est sermo de nova occasione, qua incalescat cerebrum, sed explicatur qua ratione calefiat in biliosis, ita ut *καί* ferri nequeat.

P. 105. vs. 14. quod post *ἐς τὰς φλέβας* de suo *τὰς κατὰ τὸ σῶμα* addidit, non male sane factum est, quippe non habebat aliud quid in mente scriptor noster; num tamen ipse hic addiderit, incertum puto.

Ibid. vs. antepenult., recte *καταλελοιπώς* pro *καταλιπών* recepisse videtur.

Pag. 106. vs. 2., edidit *θερμὸς ἔτι ἐών*, ubi alii et Littr. recte *ἔτι* omittunt, quod me iudice loci sensum corrumpit. Aër in corpore calefieri et inde calefactum ad cerebrum adferri dicitur, idque malum esse censetur; in votis autem est ex auctoris mente, ut recens haustus, necdum calefactus ad cerebrum statim vehatur, quapropter *ἔτι* prorsus est incongruum.

Cap. 20., p. 106. vs. 20., R. servavit vulgatum *διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας*, pro quo cum Littréo *διὰ ταύτας τὰς αἰτίας* dederam e mss. duobus. Consentio nunc cum R. — Sed non probo eius emendationem *καὶ ξυγκλύσιας ἔχει* pro *καὶ ξυγκλείσασα ἔχει.* Cor, ad quod omnes venae tendunt, ex auctoris mente has coniunctim in se continet, quare cum omnibus

partibus consentit; quippe ut alii scriptores antiqui noster hic venis sensum tribuit. Itaque *καὶ ξυγκλείσασα ἔχει* probe intelligere mihi videor; *καὶ ξυγκλύσιας ἔχει* quid esse debeat, minime intelligo.

Num p. 106. vs. 23. seq. opus sit *ἀνιώμενον* et *ὑπερχαίροντα* in dativos mutare dubito, quin vix credo. Neque *αἰσθάνεταί τι μάλιστα* prae *αἰσθάνεταί τε μάλιστα* praestare opinor.

Sed operae pretium est videre de loco p. 106. vs. 25., quem primum e vulgata lectione describam: *τῆς μέντοι Φρονήσιος οὐδετέρῳ μέτεστιν, ἀλλὰ πάντων τουτέων ὁ ἐγκέφαλος αἴτιός ἐστιν· ὥσπερ οὖν καὶ τῆς Φρονήσιος καὶ* (*καί* omm. codd. Littr.) *τοῦ ἠέρος πρῶτος αἰσθάνεται ὁ ἐγκέφαλος τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων* (*ἐόντων* cod. θ.), *οὕτως καὶ ἤν τις μεταβολὴ ἰσχυρότερον* (*ἰσχυροτέρη* mss. 4., Littr.) *γένηται ἐν τῷ ἠέρι* (*ὁ ἠὴρ* pro *ἐν τῷ ἠέρι* de suo Littr.) *ὑπὸ τῶν ὡρέων καὶ αὐτὸς ἑωυτοῦ διάφορος γίνεται* (*γίνηται* Ald. et ms. unum) *ἐν τῷ ἠέρι· ὁ γὰρ ἐγκέφαλος διὰ τοῦτο πρῶτος αἰσθάνεται, διότι* (*διό* et *διὰ ταῦτα* alii codd.) *καὶ τὰ νουσήματα κ. τ. ἑ.* — Reinholdum in his iure offendit *καὶ τῆς Φρονήσιος καὶ τοῦ ἠέρος*, quare *καὶ τῆς ἐΦορμήσιος τοῦ ἠέρος* dedit. Ego alio modo ortum illius *τῆς Φρονήσιος* explicuerim; existimo librarium *τῆς Φρονήσιος* errore scripsisse pro *τοῦ ἠέρος*, quod postea adpinxerit non delens alterum, sed punctis fortasse subnotans, ita ut in textum hoc modo irreperet. Itaque *καὶ τῆς Φρονήσιος* e vulgata eximere malim. Dein R. *ξὺν τῷ ἠέρι* de suo dedit pro *ἐν τῷ ἠέρι* post *διάφορος γίγνεται*, quam emendationem lubens arripio. Porro pro *διὰ τοῦτο* scripsit *διὰ τοῦτον*, quod minus arridet: opinor ista *διό*, *διότι*, *διὰ τοῦτο*, *διὰ ταῦτα* ex uno *διό* esse nata; quin illud *διὰ τοῦτον* Reinholdi potius incongruum mihi esse videtur. Ne longior sim, locum ad hunc modum nunc lego: *τῆς μέντοι Φρονήσιος οὐδετέρῳ μέτεστι, ἀλλὰ πάντων τούτων ὁ ἐγκέφαλος αἴτιός ἐστι· ὥσπερ οὖν καὶ τοῦ ἠέρος πρῶτος αἰσθάνεται [ὁ ἐγκέφαλος] τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων, οὕτω καὶ ἤν τις μεταβολὴ ἰσχυροτέρη γίγνηται ἐν τῷ ἠέρι ὑπὸ τῶν ὡρέων, καὶ αὐτὸς ἑωυτοῦ διάφορος γίγνεται ξὺν τῷ ἠέρι· [ὁ γὰρ ἐγκέφαλος πρῶτος αἰσθάνεται·] διὸ καὶ τὰ νοσήματα κ. τ. ἑ.*

Cap. 21., p. 107. vs. 8., non male *οἷον ψύχεος* pro *καὶ ψύχεος* edidit. Item acquiesco in scriptura *ὥστε μηδὲν δεῖ ἀποκρίνοντα* vs. 10.; sed quare *τό* ante sequens *νόσημα* deleat, non satis video. Scriptura *ὅκως τὸν καιρὸν διαγιγνώσκων ἑκάστου τὸ μὲν ἀποδώσει τροφῇ κ. τ. ἑ.* eo nomine non prorsus placet, quod *τῷ μὲν ἀποδώσει τροφὴν κ. τ. ἑ.* malim, maxime cum sequentia confero.

Quod vs. 24., *τήν* ante *τοιαύτην* sustulit, recte factum esse opinor.

Haec hactenus! Finem autem facio tentando locos paucos Erotiani.

Habet hic:

Ἐξαρύεται) Βακχεῖος ἐν γ' ἐκθλίβεται.
Ἐξαντλεῖται) ἐκπιέζεται.

Foësius legere videtur in Oecon.:

Ἐξαρύεται) Βακχεῖος ἐν γ' ἐκθλίβεται, ἐξαντλεῖται, ἐκπιέζεται.

Mihi autem reponendum videtur:

Ἐξαρύεται) ἐξαντλεῖται. Βακχεῖος δ' ἐν τῷ γ' ἐκθλίβεται, ἐκπιέζεται.

Qui librum de Fractis et Articulis perlegit mecum consentiet, nî fallor. Vid. v. c. p. 9. vs. antepenult et ult., unde Bacchii interpretatio intelligitur.

Postrema glossa literae Θ, *θεωρούς*, ducta est e Thessali oratione, p. 617. vs. 1. vol. III.

Miro modo corruptus est locus, ubi *ἰχθύην* exponitur *ῥίνημα, ἢ πρίσμα*, nam exegesis non respondet vocabulo, cui adponitur. *Ἰχθύην* legis de Exsectione foetus p. 821. vs. 10.; explicatio vero spectat ad nomen *ἰχθύημα*. Legitur autem *ἰχθυήματα* de Ulceribus p. 255. vs. 18., p. 260. vs. 10. 12., p. 261. vs. 3. Itaque duo fieri potuerunt: aut *ἰχθύημα* in *ἰχθύην* abierit, aut, quod mihi probabilius videtur, fuerint duae glossae, quarum prioris interpretatio perierit, ita ut in unam coalescerent. Quare legerim:

ἰχθύην). . . . . .

ἰχθυήματα) *ῥινήματα ἢ πρίσματα.*

Glossa *λάσιον*) *ὀθόνιον κ. τ. ἑ.* desumpta est e lib. de Victu ac. p. 348. vs. 4. Citant autem Foësius, alii Prorrh. II. p. 369. vs. 8., ubi tamen *λάσιον* est adiectivum.

Pessime sane corruptum est *σεσιοῖ*) *σεσήποι*, quod e libro de Fractis desumptum esse debet. Credo in eo latere participium *σέσηρός*, l. l. p. 44. vs. 9. Nec tamen videtur Erotianus id *σεσηπός* exposuisse, sed potius *κεχηνός*, sicuti Hesychius, adeo ut *σεσηρός*) *κεχηνός* legere vellem. Glossa intermedia est inter *σίνοιτο* p. 27. vs. 18. l. l. et *σεσήρισται*, i. e. *σεσάπρισται*, p. 44. vs. 18.; hac autem sede probabili vocis nititur maxime coniectura nostra, quae ceteroquin incertior videri possit quam ut nunc in medium proferatur.

Scripsi mense Septembri
CIƆIƆCCCLXIV.

V.

Dum haec typis describuntur accipio Reinholdi Prognosticum, quod statim quam diligentissime potui perlegens adnotavi quae sequuntur:

Cap. 1., p. 121. vs. 4., *ὁκόσα τε παραλείπουσιν οἱ ἀσθενέοντες ἐκδιηγεύμενοι ἐκδιηγεύμενος* dedit, aliis mss. *ἐκδιηγεύμενος*, aliis *ἐκδιηγεύμενοι* ferentibus utraque lectione recepta, cuiusmodi quid eum altero tertioque loco item facientem vidi. Mihi repetitio participii auctori non videtur deberi; aures offendit me iudice. In codd. habemus, ut opinor, lectionem variantem, non omissionem.

Ibid. vs. 8. *προειδὼς τὰ ἐσόμενα ἐκ τῶν παρεόντων παθημάτων* edidit; de qua lectione quid sentiam in adn., vol. I. p. 127., dixi.

Ibid. vs. 10., *τοῦτο γὰρ τοῦ προγιγνώσκειν . . . κρέσσον ἂν ἦν.* Non est otiosum *καί*, quod post *γάρ* plures alii codd. et Medic. inferunt, modo principium capitis reputemus.

Ibid. vs. 11., *ἐπεὶ δὲ οἱ ἄνθρωποι ἀποθν.* e cod. Med. dedit pro vulgato *ἐπειδὴ δὲ οἱ κ. τ. ἑ.*; libera sane optio, nempe non desunt exempla apud probatissimos auctores, ubi *ἐπειδὴ δέ* usurpatur. Neque displicet quod vs. penult. *τούτους* ante *ἔτι μᾶλλον* cum mss. nonnullis omisit.

Cap. 2., p. 122. vs. 8., vulgata fert: *καὶ τὸ χρῶμα τοῦ ξύμπαντος προσώπου χλωρόν τε ἢ καὶ μέλαν ἐὸν καὶ πέλιον, ἢ μολιβδῶδες*, unde ipse eieci *ἢ μολιβδῶδες*, quum sit glossema adscriptum olim ad *πέλιον*. R. scripsit: *καὶ τὸ χρ. τοῦ ξ. πρ. χλωρόν τε καὶ*

μελαν ἐὸν καὶ πέλιον, ἢ καὶ μολιβδῶδες. Adnotat autem ad ἢ καὶ μολιβδῶδες: = § 6. ὠχρόν· — ἀντίκειται γὰρ τὸ plumbeum = pallidum τῷ livido καὶ τοῖς τούτου ποικίλμασιν! — Vereor ut quisquam consentiat: πελιδνόν quid sit Hesych. docet, quem citavi in adn.; — ὠχρόν vero quid sit docebit Plato, ubi in Timaeo de coloribus loquitur, p. 278. ed. Stallb.: τὸ δὲ ὠχρόν, inquit, (γίγνεται) λευκοῦ ξανθῷ μεμιγμένου. Recte tamen R. mihi visus est ἢ eiicere: nempe expulsa glossa ἢ μολιβδ. legendum esse arbitror: χλωρόν τε καὶ μέλαν ἐόν, καὶ (fortasse ἢ καὶ) πέλιον.

In fine capitis rectius quam ante factum erat codicem Med. sequitur legens: τά τε ἐν τῷ ξύμπαντι σώματι, τά τε ἐν τῷ προσώπῳ καὶ τὰ ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν.

De tertio capite, in quo multa incertae lectionis insunt, nunc id unum tantum dicam, R. scite ex λῆμαι ἐόντες φαίνωνται codicis Med. effecisse λημέοντες, Ionice pro λημῶντες.

Cap. 4., p. 123. vs. 22., vulgo εἰ δὲ καὶ προπετὴς γένοιτο καὶ καταρρέοι ἀπὸ τῆς κλίνης ἐπὶ πόδας κ. τ. ἑ., in quibus προπετὴς γίγνοιτο ἀπὸ τῆς κλίνης καὶ καταρρέοι ἐπὶ πόδας R. de suo ordinem verborum mutans, quo facto opus esse mihi non constat.

P. 124. vs. 8. recte τινά post παραφροσύνην, quod vulgata fert, delevit; praestat hoc prae mea scriptura loci. Quin illum imitabor et cap. 43., p. 140. vs. 21., delebo τινα post φλεγμονήν, quippe non minus certo emblema est quam illud, de quo loquimur.

Capite 7. nondum sententiam mutavi, quam in adn., p. 132. vol. I., protuli, de ἀπὸ τοίχου ἄχυρα ἀποσπῶσας. De ceteris nihil addendum habeo iis, quae olim adscripsi. Quod in fine loci codicem Med. R. sequitur, recte eum facere opinor.

Cap. 8. initio καὶ σμικρόν de meo, s. potius e Coaca simili, intuli; credebam autem me emendationem munivisse argumentis eiusmodi, ut nemo dubitare posset. Eam tamen R. convellere studet Galeni in comm. verbis, ἐν μὲν οὖν τοῖς ἀλγήμασιν ἐδείχθη τούτῳ μικρὸν καὶ πυκνὸν γενόμενον τὸ πνεῦμα, κατὰ δὲ τὰς φλογώσεις πυκνὸν καὶ μέγα. Verum loco Prognostici sermo est de inflammatione locorum supra diaphragma, i. e. de pleuritide, peripneumonia, nam de cordis eiusque membranae phlogosibus hi veteres non loquuntur. Quodsi iam ex Galeno quaerere liceret, num in pneumonia et pleuritide, ἐν ταῖς φλογώσεσι, de quibus nunc sermo est, vidisset πνεῦμα πυκνὸν καὶ μέγα, puto eum negaturum fore. Itaque si negavisset, illi monstrare vellem locum commentarii et ex eo quaerere, quâ mente fuerit, cum ista scriberet. Nempe fide hac in re dignus non est Galenus! — Ne tamen ludere pergamus: certo mihi constitit Prognosticum e Coacis esse descriptum; quodsi iam comparemus Coacam 260., certo mihi constare videtur καὶ σμικρόν in Progn. a librariis esse omissum. Iterum provoco ad parellelismum loci. Reinholdi adnotatio me non movet.

Cap. 10., p. 126. vs. 18., ἢ ἀνωμάλως διακείμενα τὰ δεξιὰ πρὸς τὰ ἀριστερά vulgata est lectio, quam retinere non debuerat R.; Galenus et pauca mss. διακείμενον praebent, quod verum refert; διακείμενα ineptum est.

Cap. 11., p. 125. vs. antepenult., εἰ δὲ εἴη ἐν τῷ ἑτέρῳ dedit omittens μέρεϊ, quod emblema esse existimat. Locus dnctus est e Coaca 280., quam si relegas, videbis minime certum esse, quod R. de μέρεϊ affirmat, quin potius in contrariam sententiam inclinabis. Praeterea vero, quum antecedat εἰ παρ' ἅπαν εἴη τὸ ὑποχόνδριον, patet Prognostici auctorem τὸ ὑποχόνδριον nunc appellare utrumque hypochondrium cum epigastrio; quapropter μέρεϊ abesse

nequit. Abesse posset si *τὰ ὑποχόνδρια* initio posuisset, tunc enim *ἐν τῷ ἑτέρῳ* esse possit *ἐν τῷ ἑτέρῳ ὑποχονδρίῳ*; nunc non potest esse.

P. 126. vs. 4., *ἐπανερέσθαι* pro vulgato *ἐπανερωτᾶν* recte receptum est e cod. Med.

Ibid. vs. 5., *ᾧ γὰρ ἂν ᾖ τι τούτων* praebuit, ubi vulgo *ἢν γάρ τι τοιοῦτον εἴη*; unus cod. *ὡς γὰρ ἂν ᾖ τι τούτων*. Quodsi prae *εἰ γάρ τι τοιοῦτον εἴη*, quod in vulgato latet, praeferat quod ex uno illo cod. deduci potest, per me licet.

Caput 12. Certum est, si pro *κίνδυνον σημαίνει θανάτου ὀλιγοχρονίου* s. *ὀλιγοχρόνιον* legas solum *ὀλιγοχρόνια*, hoc aptius respondere videri sequenti *χρονιώτερα*. Coniecturae tamen, quam nec R. recepit, nou magnam habeo fidem.

Caput 13. Quomodo in fine capitis vulgatae verba *καὶ πᾶν τὸ ἔξω χωρίον ὁμόχροον φαίνεται* cum antecedentibus coniungi debeant, nondum satis intelligo. Diligenter iterum inspecta Coaca 281. vidi, me ea reiicere non debuisse, quippe probabile est ea respondere Coacae verbis *μήτε χρώματί τι διάδηλον ἔξω ποιέει*; sed possis iam *καὶ ἐφ' οἷσι πᾶν τὸ χωρίον ὁμόχροον φαίνεται* scribere, possis dare *καὶ εἰ πᾶν τὸ ἔξω χωρίον ὁμόχροον φαίνεται*; quid auctor ipse scripserit, non facile quis demonstraverit.

Cap. 16. *ἄριστον δὲ αἰεὶ ὅλον τὸ σῶμα θερμόν τε εἶναι καὶ μαλθακὸν ὁμαλῶς*. Ita R. de suo *καί*, quod abieceram, in *αἰεί* mutans. Mihi nunc etiam *καί* otiose invectum, non ex *αἰεί* natum videtur: ductus est locus noster e Coaca 492., in qua *αἰεί* non apparet; neque vero loci parallelismo accommodatum est.

Cap. 17., p. 128. vs. 1., *ἢ καὶ οἱ πόδες* dedit recepta utraque particula, codicibus alterutram ferentibus. Non multum adversor. Minus vero arridet *ἢ καὶ ἄλλο τι . . . πρὸς τούτοισι τοῖσι σημείοισι σημεῖον ὑποδεικνύῃ*. Est eiusdem generis, cuius supra cap. 1. *ἐκδιηγεύμενοι ἐκδιηγεύμενος*, neque hoc auribus magis *εὔφωνον*.

Cap. 19. Quod *ἡ παραφροσύνη ἐπέσται ἀπὸ τούτου τοῦ σημείου* de coniectura scripsit pro simplici *ἔσται*, huius rei causa idonea non apparet. Si fecerit, quia unus cod. 2229. *ἕπεται* fert, at huius ms. loci lectio tota a ceteris divergit.

Cap. 20. Principio pro vulgato *καὶ τὴν ὥρην, ἥνπερ καὶ ὑγιαίνοντι ὑπεχώρει*, ubi perpauci libri *διεχώρει* pro *ὑπεχώρει*, rursus utroque recepto et paulum mutans sententiam dedit *καὶ ἣν τὴν ὥρην, ἥνπερ καὶ ὑγιαίνοντι ὑπεχώρεε, διαχωρέῃ*. Paulum diverso loco illud *ὑπόπυρρον — δυσῶδες* intulit. Prior harum mutationum saltem non necessaria, altera minus congruit cum Coacae 601. lectione, unde locus descriptus est. — Verum sine dnbio meliorem lectionem introduxit in textum, ubi *μήτε πυκνόν τε καὶ κατ' ὀλίγον διαχωρέειν* scripsit pro *μήτε πυκνόν τι εἶναι καὶ κατ' ὀλίγον ὑποχωρέειν*. — Dedit dein *πλεῖστον δὲ ὑπίτω τὸ πρώϊον, ὅσον καὶ ξύνηθες ἦν τῷ ἀνθρώπῳ*; non adversor, sed non video causam quare *τὸ πρωΐ* in *τὸ πρώϊον* de suo mutet. — Tanquam suspecta *στίζει* verba *δεῖ δὲ ἐν παντὶ τῷ νοσήματι λαπαρὴν τὴν κοιλίην εἶναι καὶ εὔογκον*, de quibus scribit: *οὐ πάνυ οἰκεία ἡ θέσις ἐνταῦθα τῆς ῥήσεως*. Verum quidem est ea non de ipsa alvi excretione agere, sed inseruntur loco, ubi de bonis signis ex hoc fonte sermo est, et proponunt rem, quae maxime coniuncta est cum bonis signis *τοῦ διαχωρήματος*; ad istam *κοιλίης λαπαρότητα* semper attendebant veteres, quum alvi excreta respicierent. Me neque olim offendit periodus hoc loco descripta in Prognostico, nec nunc id facit. — Minuta sunt cetera, quae mutavit.

Cap. 21. initio περδήσιος reiicit e verbis ἄνευ ψόφου μὲν περδήσιος διεξιέναι, adnotans κάρτα γὰρ χυδαία ἡ π. φωνή. Vereor tamen ne turpi viso vocabulo usus sit noster, qui locum e Coaca 495. duxit. Si Aristophanem cogites, non videas cur medico ea dictione uti non licuerit. Dein pro καίτοι καὶ οὕτω διελθοῦσα σημαίνει ἢ πονέειν τι τὸν ἄνθρ. de suo dat κακὴ ἡ οὕτω διελθοῦσα, σημαίνει γὰρ κ. τ. ἑ., quae quidem lectio uon prava, sed codicis Medicei scriptura loci plana et facilis est.

Cap. 22., p. 129. vs. penult., vulgo: εἰ δὲ (μὴ interponitur in cod. Med.) διαλείποι καὶ ποτὲ μὲν καθαρὸν οὐρέοιτο, ποτὲ δὲ ὑφίσταται (ὑφίστηται cod. Med., ὑφίσταιτο Opsop.) τὸ λευκὸν (τε interponit cod. Med.) καὶ λεῖον κ. τ. ἑ. Dedit R. de suo εἰ δὲ μὴ, ἣν διαλείπῃ καὶ ποτὲ μὲν καθαρὸν οὐρέηται, ποτὲ δὲ ὑφίστηται τὸ λευκόν τε καὶ λεῖον, κ. τ. ἑ. Ego e tradita lectione facillime deduci puto: εἰ δὲ διαλείποι καὶ ποτὲ μὲν καθαρὸν οὐρέοιτο, ποτὲ δὲ ὑφίσταιτό τι λευκόν τε καὶ λεῖον, κ. τ. ἑ.

P. 130. vs. 4. κριμνώδεες — φλαῦροι. De membri transpositione hoc loco plane consentio.

Ibid. vs. 10. εἰ δὲ καὶ πολυχρόνιον — καὶ πεφθῇ ἡ νοῦσος. In his nunc etiam praefero vulgatam, ita ut in fine legatur ἡ νοῦσος, non τὸ οὖρον.

Ibid. vs. penult. consentio de scriptura ἥν τι ἡ κύστις κ. τ. ἑ., maxime quum αὐτῆς καθ' ἑωυτήν sequatur.

Capite 23. comparatio loci cum Coaca 556. impedit quominus admittenda videatur Reinholdi transpositio membri periodi.

Cap. 24. In fine pag. 131. rursus vulgatâ et codicis Med. lectione recepta πάντα πάντων ἀμείνω.

Cap. 26. De scriptura ὡς διαγέγραπται ἕκαστα ἀγαθὰ ἐόντα, ἐπιγίγνεσθαι et similis loci capite sequenti nunc plane consentio. Male olim defendi εἰδέναι.

P. 132. vs. 22., τά μέν τινα dedit, ubi vulgo τά μέν τοι. Fortasse praestat τοι prorsus abiicere, modo conferatur Coaca similis et locus cap. 32. infra, p. 135. vs. 9., seq.

Quare paulo post πλεῖω ἂν pro πλείονα de suo scribat, non satis capio. Non video ἂν ita ibi requiri, ut ideo textus traditus sit mutandus.

Cap. 28b. ἐπισκέπτεσθαι aegre fero propter causas, quas dixi in adn. vol. I. p. 143. Quod attinet ad ἤ ποτε — ἔλαβε et ἢ φαίη ἂν, non displicet.

Cap. 29., textum in fine loci in editis recte se habentem equidem propter Celsi locum immutare nolim. Edita manifesto referunt vestigia originis e Coaca 428., quod magis etiam illis auctoritatem facit.

Capite 30. initio vulgata fert: τοὺς δὲ ξύμπαντας ἐμπύους γιγνώσκειν χρὴ τοισίδε τοῖσι σημείοισι· πρῶτον μὲν εἰ ὁ πυρετὸς οὐκ ἀφίησι κ. τ. ἑ. Littr. cum ms. uno omisit εἰ; recte, nam εἰ ὁ πυρετὸς οὐκ ἀφίησι consistere nequit, quum μὴ requiratur. Itaque cnm Littréo πρῶτον μὲν ὁ πυρετὸς οὐκ ἀφίησι nunc legerim. Id, quod R. dedit, πρῶτον μὲν οἷον πυρετὸς οὐκ ἀφίησι plane displicet; οἷον ita minime apte ponitur.

Cap. 31., p. 134. vs. 16., οἷα καὶ τοῖσι ἐγχρονίοισι γιγνομένοισι de coniectura R. pro vulgato οἷα καὶ τοῖσι ἐν ἀρχῇσι γιγνομένοισι, quam coniecturam Galeni loco confirmari putat. Nolo longus esse: loco Prognostici respondent verba Coacae 402.: τὰ δὲ συντόμως ῥηγνύμενα σημειοῦσθαι τούτων τε τοῖσι ἐπιγενομένοισι καὶ τοῖσι ἐν ἀρχῇσι πόνοισι, ἅμα

δὲ καὶ ἤν τι δυσπνούστερος γένηται. Itaque repudiandum videtur ἐγχρόνοισι, quod R. dedit de suo. Certum tamen Prognostici locum vitium alere, idque alius generis, quam olim credebam: nempe οἷα emblema est, quod si demas, omnia recte procedunt et Coacae verbis respondent; lege: σημαίνεσθαι τούτων ἤν τι ἐπιφαίνηται καὶ τοῖσι ἐν ἀρχῇσι γιγνομένοισι, ἅμα δὲ καὶ ἤν τι δυσπνούστερος ᾖ ὁ ἄνθρωπος.

De ξύντονος inferendo e Coacae lectione p. 134. vs. 18., ut legatur ἢν μὲν ὁ πόνος ἐν ἀρχῇσι ξύντονος γένηται, sententiam non mutavi.

Paulo post vulgo: ἢν μὲν ὁ πόνος ἐν ἀρχῇσι (ξύντονος interposui) γένηται καὶ ἡ δύσπνοια καὶ ἡ βὴξ καὶ ὁ πτυαλισμὸς διατείνῃ ἐς τὰς εἴκοσι ἡμέρας ἔχων, προσδέχεσθαι τὴν ῥῆξιν. R. pro ἔχων, quod Littr. omisit cum uno ms., dedit ἀγχοῦ, quod plane ineptum. Littréus recte reiecit ἔχων, quod quare reiiciendum sit, nunc demum intelligere mihi videor. Quum ipse locum edebam, coniungebam διατείνῃ ἔχων, sed variis lectt. diligentius inspectis credidi ad διατείνῃ olim adscriptum fuisse glossema διατελέῃ ἔχων, unde puto ἔχων in textum devenisse. Quapropter nunc cum Littréi ratione prorsus consentio; ἀγχοῦ huic loco non est accommodatum.

Cap. 32., p. 135. vs. 8., πτύηται, ἢ φλεγματῶδες καὶ ἀφρῶδες recte!

Cap. 33., p. 135. vs. 19., ἄλυτοι δέ τε καὶ ἄκρητοι de coniectura dat pro εὔλυτοι δὲ καὶ ἄκρητοι. Mihi εὔλυτοι, quod Coaca similis etiam habet, firmum nec convellendum videtur. In διαχωρήσιες ἄλυτοί τε καὶ ἄκρητοι repugnantia inest; δέ τε vero aures offendit. Equidem a Reinholdi ratione dissentio.

Quod p. 135. vs. 24. περὶ τὸ ὑποχόνδριον scripsit cum cod. Med. pro περὶ τὰ ὑποχόνδρια recte sane factum est.

Cap. 34., p. 136. vs. 6., vulgatum καὶ ἡ ἀπόστασις ἀνώδυνος τάχιστα ἂν παύσαιτο nullam habet vitii suspicionem. R. tamen de coniectura καὶ ἡ ἀπόστασις ἂν ὀδυνῶσα τάχιστα παύσαιτο, quo facto ne exprimere quidem videtur quod auctor voluit. Hic voluit abscessum dolore vacare et sanari; R. scriptura significat tantum abscessum dolere desinere.

Cap. 36. Scripturae Reinholdi πᾶσαι μὲν δεῖναί τε παντελῶς καὶ ὀλέθριαι non adversor.

P. 137. vs. 6. εἰ δὲ μήτε τὸ οὖρον μηδὲν ἐνδιδοίη recte exhibetur: recte omnino dicitur τὸ οὖρον ἐνδιδόναι de urina antea retentâ, iam cedente, non amplius obnitente. Plane consentio; Galenus non amplius me movet.

Cap. 38. οὐ λήσει σε dedit, de suo σε explens, quod per me fieri licet. De periodo γίγνεσθαι — κόσμου primus vere monuit Daremb.; vid. prolegg. ad vol. I. p. XLV.

Cap. 39., p. 138. vs. 19., εἰ δὲ ἅπερ τῶν τοιούτων σημείων ἡ ὀδύνη ὑπερβάλλοι vulgo, ubi R. ἡ ὀδύνη omittit; fortasse emblema esse credidit; quod num verum sit, mihi admodum dubium videtur; nempe quia initio ὀδύναι plurali numero positum est. — Minime vero placet translatio vocabulorum ἢ ἐκπύησιν, quae vulgo ante ἢ ἄλλην τινα ἀπόστασιν vs. 21. inferuntur, quam sedem illis vindicat vel Coacae 160. lectio, unde locus Prognostici descriptus est.

R. contra codicum omnium fidem pro ἔστ' ἂν δὲ ἡ ὀδύνη ᾖ νεαρά scribit ἕως ἂν νεαρὰ ᾖ. Adnotat vero: τῷ γὰρ ἡμετέρῳ τὸ ἔστ' ἂν donec, τό δὲ quamdiu = ἕως ἄν. Imo vero ἔστ' ἂν hoc loco in mss. omnibus habetur eo sensu, quo *quamdiu* significat; haec significatio

voculae apud probatissimos auctores certo tribuenda locis quibusdam; unde constat nostrum eam eo significatu non posuisse? Ne novimus quidem, num § 42. non sit ab illo conscripta; novimus solum eam a sede, quam in hoc libro occupat, esse alienam.

Cap. 40. Lectio πλὴν ἀλλ' ἤν γε mihi minime arridet; recentior scriptura mihi esse videtur; neque ἤν τε placet. Ego si πλὴν ἀλλ' ἤν γε ῥυῇ scriberem, darem ἤν τι καὶ ἄλλο αὐτῷ, sed πλήν, πλὴν ἀλλά saepius a librariis invecta vidi, quare hoc loco isti lectioni fidem non habeo.

Cap. 41., p. 139. vs. 24., vulgo ὁκόσοισι δὲ ξυνεξερευθείη ἡ φάρυγξ tum hoc loco, tum Coaca 365. — R. praebuit de suo ξυνεξερεύθεται φάρυγξ, quo facto immane vitium indicavit, quod puto vetustiores interpretes non fugisse, sed fugit sine dubio recentiores. — Unum tantum quid mutabo in hac correctione loci: nempe ξυνεξερευθείη non est natum e passiva forma ξυνεξερεύθεται, sed ex intransitivo ξυνεξερεύθει, cui adhaesit articulus ἡ. Haec vitii ratio manifesta: ἐρεύθειν vero intransitivum etiam esse docet locus lib. III. de Morbis, p. 255. vs. 24. vol. II., καὶ τὸ πρόσωπον ἐρεύθει, quem locum citat Lobeck. ad Ajacem p. 384. cum altero Luciani e Nerone, cap. 7., φύσει δ' ἐρυθρὸς ὤν, ἐρευθεῖ (lege ἐρεύθει) μᾶλλον. — Itaque in Progn. et Coaca legamus ὁκόσοισι δὲ ξυνεξερεύθει ἡ φάρυγξ.

P. 140. vs. 2., ῥηϊδίως δέ τε καὶ ἀπόνως edidit R., ubi solum τε mss. ferunt. Primum δέ τε offendit; sed praeterea aliud quid observo: si Coacam 365. conferas et mentem attendas ad huius verba ἢν δὲ ἀφανίζηται μήτε φύματος ξυστραφέντος ἔξω, μήτε πύου ἀναχρεμπτομένου πρηέως καὶ ἀπόνως ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσι, ὀλέθρια γίγνεται, patet ultro in Prognostici loco ἔχειν δοκέῃ esse insiticium, legendum esse: ἢν δὲ μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσι ἀφανίζηται τὸ ἐρυσίπελας, μήτε φύματος ξυστραφέντος ἐν τῷ ἔξω χωρίῳ, μήτε πύον ἀναβήσσῃ ῥηϊδίως τε καὶ ἀπόνως, θάνατον σημαίνει ἢ ὑποστροφὴν τοῦ νοσήματος. Possis statuere velle, ut vulgatam tuearis, Prognostici consarcinatorem non probe intellexisse Coacae verba, eaque minus accurate reddidisse, verum τε καί firmum est et omnium mss. consensu ibi legitur; est hoc autem tum demum aptum, cum ἔχειν δοκέῃ deleveris.

Num forte quaedam deficiant sub finem capitis 42. loco ab R. indicato, valde dubium mihi; quin vix credo, modo conferam Coacam 367., unde nulla indicia lacunae petere datur. Neque τινές abiecerim collata Coaca.

Cap. 42. De ἢν ὁ χρόνος ξυγχωρέῃ, exempto τε ex ὅ τε χρόνος, consentio.

Cap. 43., p. 141. vs. 3., pro καταλαμβάνῃ scribit de suo λαμβάνῃ adnotatque σύνηθες γὰρ τὸ λαμβάνειν ἐπὶ πυρετοῦ. Imo vero λαμβάνειν non solum σύνηθες ἐπὶ πυρετοῦ, sed etiam ἐπὶ ῥίγους, ἐπὶ σπασμοῦ, ἐπὶ πόνου, ἐπὶ φόβου, et ἐπὶ μυρίων ἄλλων. Itaque ὁ πυρετός non potest facere ut λαμβάνειν iure requiras. Sed si putas καταλαμβάνειν eodem sensu in his medicorum scriptis non legi, falleris, nec certus es nunc καταλαμβάνῃ reiicientem te non auctorem corrigere non librarios.

P. 141. vs. 5. profecto τῶν ante τριήκοντα ἐτέων tuto delebitur. Animadversione autem dignum id quod observat, παλινδρομέειν de abscessibus usurpatum significare *retrocedere*, non *reverti*.

Cap. 45., p. 142. vs. 5., vulgo διὰ τῶν ῥινῶν, R. vero διὰ ῥινῶν melius, ut opinor.

Cap. 47. τὰ σημεῖα ἐκμανθάνοντα ταῦτα, πάντα θεᾶσθαί τε καὶ κρίνειν

scribit R. p. 142. de coniectura, ubi vulgo τὰ σημεῖα ἐκμανθάνοντα (praestat ἐκμαθόντα) πάντα δύνασθαι κρίνειν. Unus cod. Med. ταῦτα πάντα, alterque cod. πάντα ταὐτά. Si quis iam ταῦτα πάντα scribere malit, fieri poterit, sed quomodo in δύνασθαι κρίνειν aliquis vitium agnoscere sibi videatur, aut in eo latere putet quod R. dedit, non capio. Correctio est plane arbitraria, nec necessaria.

P. 143. vs. 1., χρὴ δὲ καὶ τὰς φορὰς τῶν νοσημάτων τῶν αἰεὶ ἐπιδημεύντων ταχέως ἐνθυμέεσθαι τήν τε τῆς ὥρης κατάστασιν vulgata est lectio, quae vitii suspicionem non habet. R. vero de suo scribit ἐνθυμέεσθαι ἐκμανθάνειν τε τὴν τῆς ὥ. κ. Quae mutatio plane arbitraria.

Omittit vs. 5. καὶ μὴ λανθάνειν post σημείων; in redundante tamen epilogi oratione non est otiosum; non est emblema, non glossema, nec constat cur reiiciatur.

Ibidem vs. 6. vulgo ἐπεὶ . . . φαίνεται τὰ προγεγραμμένα ἀληθεύοντα σημεῖα· ἐξ ὧν (εὖ γοῦν Gal., εὖ οὖν ms. unum) χρὴ εἰδέναι ὅτι ἔν τε (γε Littr., Reinh.) τοῖσιν αὐτέοισι χωρίοισιν οὐδὲν δεινὸν (τὸ μὴ οὐ intulit Littr.) τὰ πολλαπλάσια αὐτῶν ἐπιτυγχάνειν. In his unum quid mutavit R., quod placet, nimirum τό ante μὴ οὐ delevit. Malim nunc ὅτι ἐν τοῖσι αὐτοῖσι scribere quam τε in γε mutare. Non tamen credo illum iure suo eiicere σημεῖα ἐξ ὧν χρὴ εἰδέναι, licet σημεῖα emblema esse posse haud negem. Non dicam nullam vitii suspicionem obferre ista, sed emendandi ratio parum placet, τὸ πιθανὸν οὐκ ἔχει. Mihi nondum constat num ἐξ ὧν, an εὖ οὖν s. εὖ γοῦν legere oporteat; si ἐξ ὧν legam, fere αὐτῶν dein abesse velim, sin εὖ οὖν legam, pronomen illud non offendit. Vellem fere: ἐπεὶ καὶ ἐν Λιβύῃ καὶ ἐν Δήλῳ καὶ ἐν Σκυθίῃ φαίνεται τὰ προγεγραμμένα ἀληθεύοντα· ἐξ ὧν χρὴ εἰδέναι ὅτι ἐν τοῖσι αὐτοῖσι χωρίοισι οὐδὲν δεινὸν μὴ οὐ τὰ πολλαπλάσια ἐπιτυγχάνειν, ἢν κ. τ. ἑ.

Respondit epimetro huic Reinholdus epimetro, quod gratum mihi accidit, quodque non neglexi, sed animo attento persecutus sum. Alii ad Hippocratem accedentes postea videbunt quid vere quid falso uterque nostrum statuerimus.

Epid. VI. 5. 15., vol. I. p. 585., ὕπνος ἑδραῖος, ὀρθῷ νυσταγμός non intelligitur. Membrorum concinnitas postulat ὕπνος ἑδραίῳ, ὀρθῷ νυσταγμός. Quod quidem si probe teneas, sapis scilicet!

Glossa Erotiani συνέβησε) συνεβίβασεν ducta est ex Thessali oratione, p. 619. vs. 4. vol. III., ξυνανέβησε δὲ ὁ Νεβρὸς οὗτος καὶ Καλυδώνιον ἄνδρα κ. τ. ἑ.

Scripsi mense Octobri
CIƆIƆCCCLXIV.

AD ARETAEUM.

Aretaeus, quem ipse anno 1847 edidi, postea denuo recensitus in Anglia prodiit anno 1856 cura viri eruditissimi Francisci Adams. Cum Londini novus Aretaeus erat editus, Adamsius, quem hodie non amplius in vivis esse doleo, eius exemplar ad me misit, quod cum acceperam, avide arripui, de eoque aliquid scribere mecum constitueram. Totus autem illo tempore eram in Hippocrate, cuius editionem parare coeperam; quo factum est ut ad hunc usque diem quae annotaveram seponerem. Otio vero tandem mihi facto nolo non de illa editione Londinensi aliquid monere; quod tamen fieri nequit, quin simul de me loquar; sunt scilicet plura in quibus prorsus ab erudito Anglo dissentio; quod statim patebit, ubi quomodo de mea editione indicaverit, audiveris. Partim maiores mihi tribuit laudes quam ipse mereri mihi videor; partim illa plane mihi vitio vertit, in quibus bonum quid me praestitisse existimabam. Ac de laudibus tributis sane non dicam; de reprehensione aliquid in medium proferam. Puto enim utile fore iis, qui Aretaeum intelligere cupiant.

In praefatione sua nonnulla animadvertit, quae partim minoris momenti videri possint, partim vero gravissima.

Atque illorum primum hoc est: „I was rather disappointed to find so many instances of very inferior Latinity both in the prolegomena and notes." Id quorsum spectet, non indicavit; ego vero probe mihi sum conscius bene Latine scribendi facultatem in me esse exiguam. Ipse Adamsius patrio sermone usus in eiusmodi reprehensionem sane incurrere non potuit.

Alterum hoc est: „and even in the Text the lapses as regards accentuation and typography are more numerous than in the Oxford edition." Equidem certo scio Wiggani editionem accurate typis descriptam esse. Mihi numquam contigit, ut aliquid eiusmodi a me scriptum typis mandaretur ipso loco, quo habitabam, — quod est aliquid. Sed si Adamsius suam editionem respexisset, fortasse de hac re nihil dixisset.

Tertium hoc est: „I have also remarked in several instances, that the Latin translation has not been altered so as to suit the changes of the text introduced by the editor." Fieri potest ut uno alteroque loco id neglexerim, sed nondum vidi medici cuiuscumque Graeci interpretationem, in qua non tale quid hîc illîc appareat; quin profecto ne ipsius quidem Adamsii interpretatio Anglica ab eiusmodi maculis est libera.

Sed haec, uti dixi, leviora videantur; possis habere editionem, in qua his in rebus nihil omnino desideretur et quae tamen perexigui sit pretii.

Gravius vero hoc est, quod obiicere pergit: „But, as already hinted, my principal ground of objection to this otherwise valuable edition is the enormous amonnt of conjectural emendations, more especially the freedom with which he has, —" suo periculo „— ejected hundreds of words from the text on the unproved assumption, that they are interpolations, which have crept into it from the glossema." — Est haec obiectio eiusmodi, ut editio, in quam iuste talia animadvertas, repudianda sit. Itaque de his singulis dicam. Tacerem et lectoribus rem diiudicandam permitterem, si philologi tantum talia legerent; sed legunt potius medici, et ex his fortasse aliquando illi etiam, qui serio veterum studio operam navent, quin qui scriptorem denuo tractandum et edendum sibi sumant; quapropter haec respondeo.

Me quidem iudice iniquum est parvo exiguove numero emendationum de coniectura factarum editionem qualemcumque aestimare, nisi alia computes. Fac nondum editum scriptorem, vel scriptoris partem detegi; fac in ea diligenter perlecta, — licet id vix fieri posse videatur, — nullum apparere vitium; — nihil sane in editione emendabis et boni editoris munere rite functus et fortunatus fueris. Sin sumas in manuscripto inesse vitia longe plurima, — sin sumas subsidia manuscripta, quae conquirere liceat, nihil boni eiusmodi locis suppeditare, singula locis singulis eadem vitia repetere; — desidesne exspectabimus, donec aliquis adferat, quod numquam acquiretur? Immo ingenium qualecumque experiemur et coniecturis quid fieri possit, tentabimus; multis utemur, ubi multis opus est, pancis, ubi paucis; quod plane desperatum est sibi relinquemus. Utrum iam coniecturas illas recipias, an non, haud ita magni momenti est; — lectorum in gratiam recipere oportet; — ne Adamsius quidem id non fecit, — sed hoc curandum, ut semper constet, qualis codicis, vel codicum lectio sit. Weyersii discipulus aliquando mihi dixit, — loquebatur de libris Arabicis, — praeceptorem suum iuvenibus dicere solitum fuisse, „mutate quidquid sedulo re perpensa mutandum vobis visum fuerit, sed curate ut in ima pagina adnotetis scriptis traditam lectionem." Est hoc sanum de his rebus iudicium; — de numero coniecturarum magno, parvo loqui, ubi taces de vitiorum numero, de numero eorum, quae subsidiorum mss. ope tollendi spes nulla est, iniqui est iudicis.

Verum de centenis vocabulis illis e contextu eiectis item aliquid dicendum. Quod Adamsius affirmat me centena vocabula respuisse, ea in re profecto non utitur litote. Non magnum est Aretaei volumen: mirum ni dicat integra capita me delevisse. Ego certo scio me non delevisse quidquam, nisi sensu et iudicio adhibito, qua in re falli me potuisse nemo facilius credet quam ipse sentio. Sed non feci, nisi admonito lectore; et praeterea videndum est quare tam graviter me inculpet. Adamsius sibi persuasit Aretaeum scripsisse *τῇδε βδέλλας τὰ θηρία προσβάλλειν*, — eum dedisse *ἡ δι' ἐχιδνῶν καὶ σκίγκου τοῦ θηρίου*, — elegantem scriptorem reliquisse *ἄριστον καὶ τὸ διὰ τοῦ σκίγκου τοῦ θηρίου φάρμακον ποτόν* et *καὶ ἡ διὰ τῶν ἐχιδνῶν τῶν ἑρπετῶν*; — egó putavi et nunc etiam puto locis singulis *τὰ θηρία, τοῦ θηρίου, τοῦ θηρίου, τῶν ἑρπετῶν* esse glossemata; — equidem illa et eiusdem generis alia plurima e textu eieceram, — ille rursus intulit. Iam tu iudex esto L. B.!

Quid tandem, quod argumentis me firmare debuisse contendit eiusmodi glossas re ipsa

ab aliena manu essa profectas? Postulat demonstrationem in re quae maximam partem ad sensum refertur. Nisi credas absurdum esse Aretaeum medicum medicis scribentem hos docere debuisse et voluisse *βδέλλας*, vel *σκίγκους* esse *θηρία*, — docuisse illum *τὰς ἐχιδνὰς* esse *ἑρπετά*, — his deliciis frui tibi licebit. Demonstratio, si qua daretur, esse deberet testimonium, quod nemo proferet, *ἐπειδὴ μάρτυρας περὶ αὐτῶν οὐχ οἷόν τε παρασχέσθαι*!

Plura de late patentibus illis Adamsii incriminationibus dicere supersedeo. Verum, age, unum caput, idque primum statim quod in scriptore occurrit, perlustremus, ita ut da locis singulis, quibus aliquid notatu dignum insit, videamus.

Principio capitis legimus in Adamsii editione: . . . . *ἀμβλύτητες, ἴλιγγοι, τενόντων βάρεα, φλεβῶν ἐν τῷ τραχήλῳ πληρώσιες καὶ διατάσιες, ναυτία τε πολλὴ μὲν ἐπὶ σιτίοις· οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ἐπ' ἀσιτίῃσι καὶ βληχρή*. — Primum noto in editione Ultraiectina legi *φλεβῶν τῶν ἐν τῷ τραχήλῳ πληρώσιες*, — est autem *τῶν* receptum e mss. tribus; quin Petitum id iam requisivisse adscriptum est. Quare editor Anglus articulum, qui sane otiosus non est, respuat, non apparet. — Tum *ναυτίη τε πολλὴ μὲν ἐπὶ σιτίοις* coniectura est Adamsii, libris *ναυτίη τὰ πολλὰ μὲν ἐπὶ σιτίοις* ferentibus. „The contrast, inquit, between *πολλή* in the one case and *βληχρή* in the other, is more suitable to the text." Ego non nego, si voluisset, ita bene Graece scribere potuisse Aretaeum; sed si *τὰ πολλά* in *τε πολλή* mutes, aliud quid eum dicentem facis quam fert textus, qui vitii suspicionem habet nullam. In vulgata non *semper*, sed *plerumque* nauseam ciborum esum excipere legimus; ex Adamsii lectione illa *ναυτία πολλὴ semper* eum consequi dicitur. Est antem in vulgata antithesis apta inter *ναυτίαν* at *ναυτίαν βληχρήν*. Itaque editor, qui alios, non me solum, carpit propter coniecturas in taxtum illatas, ipse inutilem coniecturam statim profert et in textum infert in editionis suae introitu. — Tertio tandem loco *καί* ante *βληχρή* in editione Ultraiectina de coniectura omissum est: „That the repetition, inquit Adamsius, of *καί* is legitimate in this clause of the sentence, will not be questioned by any one, who is familiar with the style of Galen. See for example de Locis affectis p. 296. ad. Basil. prope initium." — Primum dicam *καί* ante *βληχρή* otiosum esse: copula esse non potest, vis intensiva illi tribui nequit, plane nihil significare potest, quod sanum sensum referat. Apud Galenum si simili modo voculam positam reperias, perinde reiicias. Respicit autem vir eruditus haec Galeni verba: *δεδειγμένου δ' ἡμῖν ἐνεργεῖν αὐτὰ διὰ τὴν οἰκείαν καρδίας εὐκρασίαν, ἀναγκαῖόν ἐστι ἀπολλυμένης ταύτης συναπόλλυσθαι τὰς ἐνεργείας καὶ κατὰ τοῦτο καὶ τὰς ἐγκεφάλου τε καὶ ἥπατος, οὐ μὴν ταῖς ἐκείνων γε τὴν τῆς καρδίας*. Ibi ter sane *καί*, sed locis singulis certo sensu. Paulo post Galenus: *καὶ μέντοι καὶ φαίνεται πολλάκις κ. τ. ἑ.*, ubi neutrum *καί* est otiosum!

Sequuntur paulo post haec in Adamsii Aretaeo: *ἢν δὲ πλησίον ἤδη ᾖ τοῦ παροξυσμοῦ, κύκλῳ μαρμαρυγαὶ πρὸ τῆς ὄψιος*. Codd. ferunt *ἢν δὲ πλησίον εἴδεος ᾖ τοῦ παροξυσμοῦ*. Voluerunt alii *ἢν δὲ πλησίον δέος ᾖ τοῦ π.*; equidam in *εἴδεος* latare dixeram *ἔῃ δέος* et *ᾖ* abundare. Wigganus *εἴῃ δέος* coniecit, quod quum *ἤν* antecedat, ferri nequit. „Nona, inquit Adamsius, of these editors however, refers to any authority for the expression, which appears to me quaint and unnatural. I prefer *ἤδη* on the authority of many parellel passages, as for example *πλησίον δὲ ἤδη τοῦ φρενίζειν ὄντες* Galen. de Locis affectis III. *ἐνστάν*

τος δὲ ἤδη τοῦ συμπτώματος P. Aeg. III. 5., cett." — Nunc quaero quo iure aliquis, qui coniecturas inferre sibi religioni ducit, εἶδεος ex ἤδη natum esse credat? Palaeographice ἔῃ δέος vix coniectura dici potest; est potius certa corrupti vocabuli restitutio. Δέος passim apud scriptorem occurrit: nunc cito verba e capite de elephantiasi: δέος καὶ ἀμφὶ μεταδόσιος τοῦ κακοῦ. Quod ille demonstrat ἤδη πλησίον cum genitivo legi apud scriptores Graecos, plane supervacaneum est; nemo dubitabit. Quare non concoquat ἦν δὲ πλησίον ἔῃ δέος τοῦ παροξυσμοῦ, minime intelligo; metus prope abesse, longe abesse potest; certo constat auctorem illa formula usum esse; nihil inest, quod iure reprehendas. Sed non vidit in sua lectione illud ἦν δὲ πλησίον ἤδη ᾖ τοῦ παροξυσμοῦ singulari numero ad aegrotantem referri, quum in sequentibus eadem periodo ὀργίλοι, πικρόχολοι, κατέπεσον plurali nnmero de aegrotantibus ponuntur. — Itaque frustra emendat idque vix apte.

Brevi post Adamsius dedit ὥσπερ γαγάτου λίθου, ubi Parr. duo melius ὥσπερ τοῦ γ. λ., sicuti in Ultraiectina legitur.

Vulgatum textum servavit editor in verbis δάκτυλοι γοῦν μεγάλοι χειρῶν ἢ ποδῶν ξυνέλκονται καὶ πόνος καὶ νάρκη καὶ τρόμος ἕπεται καὶ ἐς κεφαλὴν τουτέων ἡ ὁρμὴ ἥκεν, ἢν ἕρπον τὸ κακὸν εἰς τὴν κεφαλὴν ἵκηται, πάταγος τουτέοισι γίγνεται ὡς ἀπὸ πληγῆς ἢ ξύλου ἢ λίθου. Quodsi iam aliud non agens haec legas, vides vocabula notata illo loco inepte inferri unoque tenore legendum esse καὶ ἢν ἕρπον τὸ κακὸν ἐς τὴν κεφαλὴν ἵκηται, πάταγος τούτοισι γίγνεται κ. τ. ἑ. Verum si nesciremus unde aberraverit id, quod iam exemi, fortasse dubitaret aliquis, licet tamen certo constet illa isto loco a scriptore dari minime potuisse. At de sede eorum manifesto constat: paulo ante legis μετεξετέροισι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν πορρωτέρω τῆς κεφαλῆς νεύρων, ὁκόσα ξυμπαθέα τῇ ἀρχῇ γίγνεται, — quod necessario expleri debet, et vero aptissime expleveris, si addas quae illo loco abundare ostendi; habebis: μετεξετέροισι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν πορρωτέρω τῆς κεφαλῆς νεύρων, ὁκόσα ξυμπαθέα τῇ ἀρχῇ γίγνεται, ἐς κεφαλὴν τούτων ἡ ὁρμὴ ἧκε. Atque ita editum est in Ultraiectina editione et res indicata est in adnotatione; verum eruditus Anglus audire noluit.

Legimus deinde eodem capite apud Adamsium ἥδε μέντοι ἀπάτη γίγνεται κ. τ. λ., quale quid si mss. praeberent et nemo de re monuisset, statim mutaveris in ἥδε μέντοι ἡ ἀπάτη γίγνεται, nam alterum illud Graecum non est. Quid autem factum est? Codices et edd. ἥδε μὲν τοίη ἀπάτη, pro quo recte Reiskius scripsit ἥδε μέντοι ἡ ἀπάτη, quam Reiskii emendationem adscripsi in adnotatione et recepi in textum in editione Ultraiectina. Verum, inquis, Adamsius de re non monuit, tacitus male Graece scribentem facit Aretaeum, est omissio fortuita, calami lapsus. Ipse credebam, donec pervenirem ad sequens caput, ubi edidit καὶ θανάτου ἥδε φύσις, ubi in Ultraiectina καὶ θανάτου ἡ φύσις ἥδε: nempe libri ἡ φύσις, sed sequens periodus incipit voculis ἢν δέ, unde facile intelligis ἥδε ante ἢν δέ periisse. Ille vero consulto male Graece scripsit, quod probabili coniectura erat restitutum.

Verum ecce! non pergam facere, quod me velle dixi; — non percurram totum caput reliquum: unum locum ex eo desumam et duos ex aliis operis Aretaei partibus; tum ad alia pergam.

Adamsius intactum reliquit hocce: ὀφρύες ἄλλοτε μὲν ἐς τὸ μεσόφρυον ἀνειμέναι, ὅκως τοῖς χαλεπαίνουσι, ἄλλοτε δὲ ἐς τοὺς κροτάφους ἀπηγμέναι κ. τ. ἑ. Adnotat haec:

„Dr. Ermerins on pure conjecture substitutes ξυνηγμέναι, as I think unnecessarily. 'Ανειμέναι may be interpreted literaly „inclining", i. e. drawn upwards." See Foës. Oecon. Hipp. under ἀνιοῦται. Would not ἀνιέμεναι be a suitable reading? I have translated the passage accordingly." — Nempe in Anglica interpretatione habet: „The eyebrows sometimes relaxed towards the mesal space, as in those, who are frowning, cett." — Imo vero si hominem iratum unquam vidit Adamsius, videre debuit iratum ξυνάγειν τὰς ὀφρῦς, non ἀνιέναι, — non ἀνάγειν, — non ἀνιέναι ἐς τὸ μεσόφρυον, quod fieri nequit, sed ξυνάγειν ἐς τὸ μεσόφρυον. — Supra exempla requirit loco, ubi de palaeographica vitii origine in dictione, quae facile intelligitur et restituitur, certo constat. Hoc loco ne vi quidem exemplorum in adnotatione adlatorum movetur.

Atque de primo illo capite nihil amplius dicam; excito duos locos ex aliis, unde editorem cognoscere licet.

Capite de curatione phreniticorum (p. 134. eius editionis) legimus: ἢν γὰρ πρὸς τὴν αὐγὴν ἀγριαίνωσι καὶ ὁρέωσι τὰ μὴ ὄντα καὶ τὰ μὴ ὑπεόντα φαντάζωνται, ἢ ἀνθ' ἑτέρων ἕτερα γιγνώσκωσι, ἢ ξένα ἰνδάλματα προβάλλωνται καὶ τὸ ξύνολον τὴν αὐγὴν ἢ τὰ ἐν αὐγῇ δεδίττωνται, ζόφον αἱρέεσθαι χρή. Adnotat autem: „Ermerins following in the wake of Wiggan suppresses first the clause καὶ ὁρέωσι τὰ μὴ ὄντα, and second, ἢ ἀνθ' ἑτέρων ἕτερα γιγνώσκωσι, as being mere glossae on the clauses connected with these. I must say decidedly, that I cannot approve of such editorial practices. If the works of the ancient authorities are to be thus modified agreeably to the tastes and caprices of modern editors, we shall by-and-bye be at a loss to know what is ancient and what modern in works reputed to be of olden date. And moreover, although the clauses in question may not be indispensable to the meaning, I cannot but think that they give effect to the other clauses in this passage." — Adfero haec, ut certo constet Adamsium non mihi male velle, sed methodo, eumque Wigganum non facilius ferre quam me. Tu, LB., iam Wiggani notulam ad locum Aretaei lege et quo modo res se habeat ultro patebit.

Longe alius generis hoc est. Sub finem capitis περὶ κοιλιακῆς διαθέσιος, p. 108. in Adamsii editione legis: γέρουσι ξύνηθες τὸ κακὸν καὶ γυναιξὶ μᾶλλον ἢ ἀνδράσι· παιδίοισι δὲ διάρροια μὲν ξυνεχὴς ἐφημέρῳ ἀκρασίῃ τροφῆς· ἀλλ' οὐ κοιλίῃς κύτεϊ ἡ νοῦσος. — Adscribit: „κύτεϊ in this clause is not a satisfactory reading and yet I would hesitate to adopt πάθεϊ with Wiggan, or κοιλίῃ ἐνσκήπτει with Ermerins. It is worthy of remark that kythe is a Scottish term for Stomach. It occurs in Burns poëms." — Non latet sane πάθεϊ in κύτεϊ; — sed quam vellem mea esset emendatio, quam in textum recepi! Egregium illud inventum ἀλλ' οὐ τῇ κοιλίῃ ἐνσκήπτει ἡ νοῦσος debetur nostrati Koenio, cui sane potius obtemperare debuerat Adamsius in re certa, quam dubitare propter Scoticum illud kyte!

Summatim ut dicam, praeiudicata opinione circa scriptorum subsidiorum auctoritatem retineri se passus est Adamsius, ubi pergere debuerat, impediri se, ubi libero mentis et ingenii motu erat utendum. Certo sibi persuaserat id, quod Wigganus, Petitus, alii eandem atque illi viam ingressi fecerant aut facere studuerant, ad confusionem et tenebras duoere et tamen partim idem fecit ipse. Qua ratione accidit, ut editionem pararet, quae si summam respicias non meliorem, sed deteriorem refert textum, quam qui datus ante fuerat. Nec tamen verum

inveniendi facultas plane illi defuit. Ad hanc igitur partem me converto: sedulo colligam quod sine dubio melius est quam quod alii attulerunt; pauca dubia et falsa attingam dubitationisque rationes annotabo, ne sive errore eius, sive veri specie alii abripiantur. De illis, quae tacitus praetermitto, sic statuito, me illorum nihil non perpendisse, sed consulto ea praeterire, quia manifesto falsa visa sunt et taedium parit alium redarguere et iterum redarguere.

Paginas iam cito ex editione Ultraiectina, ut ad eam referam quidquid fructnum ex Adamsii labore colligere liceat et ad textum expoliendum adhiberet.

Pag. 38. vs. 1. legimus: βουβῶνες μὲν οἱ λοιμώδεες ἥπατος, ἐξ ἄλλου δὲ γίγνονται οὐδενός. Wigganus pro ἥπατος legendum existimavit ἥβης, adversus quem disputavi in adnotatione. Adamsius se fere ἥβης praeferre dicit, neque ego amplius adversor; Wigganus rem acu tetigit, quae contra ipse protuli everteré non possunt quae vir egregius in notula sua attulit. Ipsum nomen βουβῶνες docet. Quum contrariam sententiam defenderem, recentiorum potius notiones quam veterum mihi obversabantur.

Pag. 49. vs. 1. de renibus haec habentur: ἐς δὲ ὄλεθρον εὐήθεες, quod omnes interpretes intelligunt, quasi renes facile perniciem adferre dicerentur. Vere monet Adamsius Aretaeum significare renes quod attinet ad vitae periculum esse insontes. Primum rei fidem non habebam propter ea, quae de vesica et renibus auctor scripsit p. 228. vs. 1—5. et p. 265. capite 3. Sed si conferas dictiones similes, p. 63. vs. 7. ἐς ὄλεθρον ἀσινέες, — p. 88. vs. 8. ὀξύτερα ἐς ἐμπύησιν, — p. 34. vs. 8. καιριώτερον ἐς ζώην, dubitare non amplius licet. Patiuntur diu gravissimas affectiones renes interdum, nec nisi longo temporis tractu in mortis periculum adducunt; eò spectat Aretaei formula. — Verum sicuti in erronea illa eius interpretatione necessario in sequente ἐπίκαιρον δὲ αὐτῶν τὸ ἔργον particula δέ in γάρ mutanda erat, quod re ipsa feci, ita nunc ea non est tangenda. Legemus iam: Νεφροὶ τὴν μὲν τοῦ σώματος ἰδέην οὐ κάρτα ἐπίκαιροι ἐς κίνδυνον, ἢν καί τι πάθωσι, ὀξέως· ἀδενώδεες γὰρ τὴν φύσιν· ἐς δὲ ὄλεθρον εὐήθεες· ἐπίκαιρον δὲ αὐτῶν τὸ ἔργον, ἥ τε διάκρισις τῶν οὔρων ἀπὸ τοῦ αἵματος καὶ ἡ διάκρισις.

Pag. 49. vs. 4. libri: εὖτε ξυμπαθείης μὲν τῆς διὰ τὴν ἰδέην τοῦ σώματος, κακὸν γίγνεται οὐδὲν, ἡ δὲ ἐπίσχεσις τῶν οὔρων πάντα τὰ δεινὰ πρήσσει. — In quibus de suo, ni fallor, Adamsius εὖτε ἐκ ξυμπαθείης μὲν κ. τ. ἑ., rectissime praepositionem ἐκ supplens.

Pag. 50. vs. 5. legitur ἢ οἷον ἄνεμος ἱστίοισι ἐγκυβερνῇ, ἢ αὐλῶν καὶ συρίγγων ἐνοπῇ κ. τ. ἑ. Est autem illa vulgata lectio in editionibus; codices praebent: ἐνεργεῖ νηΐ ἡ αὐλῶν, et ἐν κυβερνίῃ αὐλῶν, et ἐνβερνίῃ αὐλῶν. Certum est ἐγκυβερνέῃ et quodcumque eiusmodi editur de coniectura nescio cuius, fortasse Goupyli, esse profectum. Sed apposite Adamsius comparat Il. xv. 627.

ἀνέμοιο δὲ δεινὸς ἀήτης
ἱστίῳ ἐμβρέμεται . . . .

In codicum scriptura habemus reliquias verbi ἐμβρέμεται et alterius ἐγκύρει, quod in illa latere putavit Trillerus. Nos iam confidenter recipiemus apud Aretaeum, quem vere Homeriourn appellaveris: ἢ οἷον ἄνεμος ἱστίοισι ἐμβρέμεται, ἢ αὐλῶν καὶ συρίγγων ἐνοπῇ κ. τ. ἑ. Adamsius nunc locum difficilem, quem paene desperatum dixeris, perfeliciter illustravit.

Pag. 65. vs. 12. de morbo sacro haec dicuntur: . . . ἀλλὰ . . . . μετεξετέρους αἰ-

σχροὺς ἀποδείξασα ἀπόλλυσι τοὺς παῖδας φθόρῳ τοῦ κάλλεος. Ubi φθόρῳ est coniectura Petiti, quam hic ipse postea repudiavit et quam Adamsius item reiicit, codicum vero lectionem φθόνῳ retinet. Si iterum auctorem ederem, φθόνῳ τοῦ κάλλεος non tangerem, sed poëticam dictionem scriptori poëtico permitterem.

Pag. 82. vs. ult. αἱ κοιλίαι ῥυσαὶ καὶ πλατέαι editum est in Ultraiectina. Codices praebent πλατέες, quod servandum et Ionismum referre existimat Adamsius; cum qua re cohaerere videtur, quod alio loco, de quo postea dicam, edidit αἱ κατοικίδιοι γαλέαι βρωθέντες. Nos eiusmodi Ionismis scilicet non utemur; sed vere observat ille κοιλίαι h. l. dici de partibus extremis rotundatis digitorum ex adverso unguium, non esse *ventres*.

Pag. 96. vs. 2. editum est: γαστὴρ ξηρή· κορυφὴ δὲ τῶν κακῶν ὕδρωψ. Codices ferunt: γαστὴρ ξηρὴ, διαχωρήσιες πυκιναί· κορυφὴ γὰρ τῶν κακῶν ὕδρωψ, quam lectionem retinuit Adamsius. Sed nunc etiam γαστὴρ ξηρή una cum διαχωρήσιες πυκιναί constare non posse mihi videtur. Fortasse ἤ, quod Wigganus Latine expressit, inserendum est, ita ut legas γαστὴρ ξηρὴ, ἢ διαχωρήσιες πυκιναί. Nec tamen ideo γάρ servari posse opinor; particulae causali locus non est, adeo ut κορυφὴ δὲ τῶν κακῶν ὕδρωψ legere pergam.

Pag. 110. vs. 7. habes: κακὴ μὲν ἡ ἑκάστου ξύστασις, οὐ κακίων δὲ πολλόν τι ἡ τῶνδε ἐπιμιξίη. Est autem haec vulgata lectio, e qua cum Petito et cum Wiggano in Latinis οὐ expungere debuisse me scribit Adamsius. Non amplius adversor, quod in adnotatione feceram.

Pag. 112. vs. antepenult. post ἑτοῖμοι reieci ἀπόθερμοι, quam vocem Aretaeo aliis locis etiam usitatam abundare credebam. Sed recte dictum fuit a scriptore: γέροντες μὲν πάντα παθέειν ἑτοῖμοι, ἀπόθερμοι· ψυχρὸν γὰρ τὸ γῆρας. Atque ita scripsit Adamsius.

Pag. 114. vs. 1. speciem veri refert Adamsii coniectura, qua praepositionem διά illatam cupit verbis ἡ τῶν ἐντέρων ῥαγή, adeo ut ἡ διὰ τῶν ἐντέρων ῥαγή proponat. Non credo tamen aliud quid quam quod libri ferunt, ab auctore datum fuisse, propter id, quod statim sequitur, οὐ γὰρ ἀσινὲς, οὐδ᾽ ἀνώλεθρον, τρωθὲν ἔντερον. — Scilicet ἡ διὰ τῶν ἐντέρων ῥαγή potius transitum quemdam violentum per cavum intestinorum significabit, ἡ τῶν ἐντέρων ῥαγή rupturam tunicarum intestinorum, quam re vera spectavit.

Ad locum pag. 121. vs. penult. vere monet Adamsius in mea lectione φαρμάκων praebere me debuisse et legere: Οὔτε γὰρ ὅδε θρύπτεται ποσὶ φαρμάκων, οὔτε ἀσινέως τέμνεται. Conferre licet quae leguntur p. 227. vs. 11. Θρύπτειν δὲ τοὺς λίθους τοῖσι πινομένοισι φαρμάκοισι. Ceterum neque textus, quem ille dedit, constare potest, neque probari quod ipse conicit.

Pag. 145. vs. 15. Τῆς κεφαλῆς ἤλγεε τὰς ῥαφάς vulgata est scriptura, quam ita mutat Adamsius, ut pro τάς legat τις. Utrumque tamen et τάς et τις dandum, et scribendum τῆς κεφαλῆς ἤλγεέ τις τὰς ῥαφάς.

Pag. 153. vs. 2. reperis: Ἢν δὲ πολλὸν αἴρηται ἀπὸ τῶν ἔνδοθεν ἡ πάθη κ. τ. ἑ. Eruditus Anglus nescio unde ἢν δὲ πολλὸν αἴρηταί τι ἀπὸ τῶν ἔνδοθεν ἡ πάθη. Lubens amplector illud τι, possis fortasse praeferre ἢν δὲ πολλόν τι αἴρηται κ. τ. ἑ. Nolim tamen affirmare non aliquantulum cum auctoris sermonis colore congruere quod ille dedit.

Pag. 191. vs. 7. legitur ἢν τὸ σῶμα ἐπιψυχθὲν τὴν ψυχὴν ἐκλείπῃ. Tuto sane

Adamsius recipere potuisset verissimam suam emendationem: ἢν τὸ σῶμα ἐπιψυχθὲν ἡ ψυχὴ ἐκλείπῃ.

Pag. 207. vs. 9. nuperrimus editor rectissime mutat vocabulorum ordinem legens: καὶ γῆ ἀρίστη Σαμίη καὶ ἀστὴρ κάρτα λευκὸς καὶ Ἐρετριὰς καὶ Σινῶπις. Nempe καὶ Ἐρετριάς in libris ante καὶ ἀστὴρ κάρτα λευκός inferebatur. Dioscoridis, aliorum de his terrae speciebus loci, quos attulit, prorsus firmant perturbationis restitutionem.

Pag. eâdem vs. 14. habemus: Ἢν μὲν ὦν ξυνεπείγῃ ἡ φορὴ, ἅπαξ τῆς ἡμέρης, πρὸ τῆς προσάρσιος, δοτέον· ἢν δὲ μὴ, καὶ δὶς καὶ τρίτον ἐς τὴν ἑσπέρην. Adamsius iure aliquid desiderat; itaque μή transtulit ad loci initium et scribit ἢν μὲν ὦν μὴ ξυνεπείγῃ, ... ἢν δέ, καὶ δὶς κ. τ. ἑ. Bonum factum quod ἢν μὲν οὖν μὴ ξυνεπείγῃ scripsit, sed nolim ideo μή post ἢν δέ delere; recte se habebit ἢν μὲν ὦν μὴ ξυνεπείγῃ ἡ φορὴ, ἅπαξ τῆς ἡμέρης πρὸ τῆς προσάρσιος δοτέον· ἢν δὲ μὴ, καὶ δὶς, καὶ τρίτον ἐς ἑσπέρην. Nimirum alterum μή vim prioris tollit, est quasi dicas ἢν δὲ μὴ μὴ ἐπείγῃ, i. e. ἢν δὲ ἐπείγῃ, quod ille non perspexisse videtur.

Pag. 210. vs. 1. librorum lectio est: Χρὴ δὲ σαρκοῦν ἤδη τὸν ἄνθρωπον καὶ τὰς ὠτειλὰς ἐς τὸ πιηρὸν ἄγειν αἰώρῃς ἢ τρίψεσι κ. τ. ἑ. Quum haec vitio laborare constaret, ad sensum, quem alii iam expresserant, καὶ τὰς ὠτειλὰς ἐς τὸ στερεὸν ἄγειν edideram. Adamsius longe aliud quid proponit, τὰς ὠτειλάς emblema esse opinatur et legere suadet: Χρὴ δὲ σαρκοῦν ἤδη τὸν ἄνθρωπον καὶ ἐς τὸ πιηρὸν ἄγειν αἰώρῃσι, ἢ τρίψισι κ. τ. ἑ. Ego quin verum viderit, nullus dubito.

Eâdem pag. vs. 11. codicum scriptura est: τά τε παρεόντα ἐπεσσυμένως σύνεργα ἔν σεο, aliorum ἐνέσω et ἔνθεο. Equidem edideram σύνεργα ἂν εἴη σοι. Adamsius propius accessit ad codicum scripturam legens συνεργοῖεν σοι, unde textum scriptis traditum natum esse facile mihi persuadet. Sed in illa lectione ἄν abesse non poterit et legendum erit τά τε παρεόντα ἐπεσσυμένως συνεργοῖεν ἂν σοι.

Pag. 212. vs. 11. librorum lectio fert: κλυσμοῖσι δὲ ἐπὶ σκυβάλοισι παλαιοῖσι μοῦνον χρέος. Ego κλυσμῶν — μοῦνον χρέος edidi; editor nuperrimus propius accessit ad mss. lectionem edens κλυσμοῖσι δὲ .... μοῦνον χρέο.

Pag. 215. vs. 2. mss. habent: ὄμφακος χυλὸν εἰς φύρησιν ξυντεθὲν, ὀμφάκιον ἀκμαῖον. Videram χυλὸς — ξυντεθείς esse legendum et alterutrum tantum servari posse, quare solum ὀμφάκιον ἀκμαῖον retinui putans ὄμφακος χυλὸς ἐς φύρησιν ξυντεθείς esse alterius explicationem. Editor nuperrimus id retinuit, quod ego glossam esse arbitrabar. Puto nunc illum fortasse recte fecisse: nempe eiusmodi περιφράσεις nominum remediorum non sunt plane alienae a scriptoris oratione.

Pag. 222. vs. 5. falsus est Adamsius et locum sanum non intelligens frustra emendare studet. Legitur: ἢν μὲν ἑτέρωθί πῃ (i. e. alia in parte quam in iecinore) φλεγμασίη συστῇ, οὐ κάρτα γίγνεται ὀξέη· νέη γὰρ ἡ τοῦ αἵματος ἐπιρροή. Ἐπὶ δὲ τῷ ἥπατι, οὐ χρέος ἑτέρωθεν ἥκειν .... Rectissime! ad alias partes continenter novus ac recens sanguis advehitur, in hepar vero, quippe ipsum sanguinis fontem, recens ut advehatur non est opus, sponte semper illi inest sanguis, qui ex ipso originem ducit. Codices pro νέη habent νέει, quod Bernardus in νέη mutavit, quemadmodum editum est. Adamsius pro νέει edidit ζέει

de suo, quo facto locum sanum, — nam pro νέει scribendum esse νέῃ vel puer viderit, — plane corrumpit.

Pag. 226. vs. 10. leguntur haec: Ἢν ἐνστάσιες λίθων ἔωσι, ἔν τε φλεγμασίῃ, τάμνειν φλέβα κ. τ. ἑ. Editor nuperrimus non male, ut opinor: ἤν τε φλεγμασίῃ. Quod tamen si scribas, malim: Ἤν τε ἐνστάσιες λίθων ἔωσι, ἤν τε φλεγμασίῃ, τάμνειν φλέβα κ. τ. ἑ.

Pag. 229. vs. 4. Θηραιὸς in editionibus accentu peccare vere monet et Θηραῖος esse scribendum.

Pag. 230. vs. 9. occurrit hocce: καὶ γὰρ προπετεστέρη (ἡ ὑστέρη) τῷ βάθεϊ καὶ τῷ ὄγκῳ τοῦ αὐχένος γίγνεται, quae mss. est lectio. Adamsius pro τῷ βάθεϊ legere mavult τῷ βάρεϊ, quod quin laudabilem sensum referat, nemo dubitabit. At mihi minime constat quidquam esse mutandum: τὸ βάθος τοῦ αὐχένος τῆς ὑστέρης recte ponitur propter causas, quas dixi in adn.

Pag. 234. vs. 15. libri scripti ferunt: χρέος μὲν γλευκίνου, ἢ σικυωνίου ἀντὶ ῥοδίνου εἰρίοισι δὲ καθαροῖσι καὶ ἐπιπλάσμασι ἀλεαίνουσι· ἐμάλαξε γάρ κοτε τῶν νεύρων τὰς πρήσιας ἡ τοιήδε θεραπείη. In his χρέος μὲν ὧν edidi, de meo ὧν inferens, quod nunc etiam factum velim; tum εἰρίων δὲ καθαρῶν cett. genitivo scripsi, ut oratio constare posset. Hac in re aliam viam ingressus est Adamsius et σὺν εἰρίοισι δὲ κ. τ. ἑ. scripsit, de suo σὺν inferens, quo facto propius ad scriptis tradita accessit.

Pag. 241. vs. 1. mss. ferunt μετὰ δὲ τὸ ἄκος κεφαλαίῃ κ. τ. ἑ. De meo dederam μέτα δὲ τοῦ ἄκεος κ. τ. ἑ. Praestat nuperrimi editoris ratio legentis: μέγα δὲ τὸ ἄκος κεφαλαίῃ κ. τ. ἑ.

Pag. 243. vs. 2. καίειν πυρίῃσι καυτήρων tentatur ab Adamsio, qui πυρῆνι proponit. Cum eo consentio, modo mihi concedatur plurali numero πυρῆσι legere; nam pluralem requirit sensus loci et inde mss. lectio nata est.

Pag. 244. vs. 17. codd. ferunt σύκων δὲ ὀπώρῃ καὶ σταφυλὴ προσηνὲς καὶ ὅ τι ἂν ἐπὶ τῆς ὥρης ἄριστον, ubi de coniectura scripsi ὀπώρης δὲ σῦκα κ. τ. ἑ. Editor nuperrimus leniorem medicinam facere sibi videtur scribens σῦκον δὲ ὀπώρῃ κ. τ. ἑ.; itaque ὀπώρῃ de anni tempore dici existimat. Dissentio: ὀπώρη hoc loco occurrit inter classes ciborum et potulentorum, quas plures eo loco enumerat Aretaeus; quapropter nunc etiam rationem, quam inii, tenendam esse opinor.

Pag. 251. vs. 20. γαλεοί ferri non posse vere monet Adamsius, sed edit καὶ αἱ κατοικίδιοι γαλέαι βρωθέντες. Codicum lectio debito modo emendata praebebit: καὶ αἱ ἐνοικίδιοι γαλέαι βρωθεῖσαι.

Pag. 260. vs. 1. reperis ἤν καὶ ὡς πτισάνη σμηγματώδης πτισθῇ. Recte vocabulorum consecutionem hanc protulit Adamsius: καὶ σμηγματώδης, ἢν ὡς πτισάνη πτισθῇ.

Pag. 261. vs. 7. in verbis μεμνῆσθαι δὲ καὶ τοῦ ἥπατος χρεών, ἔνθα τῶν ἑλκέων ἐστὶ ἡ ῥίζα, Adamsius proponit τῶν φλεβῶν pro τῶν ἑλκέων. Atque utitur sane alio loco Aretaeus notissimo ex pseudo-Hipp. dicto ῥίζωσις φλεβῶν ἧπαρ, et est potius iecur in morbo, de quo sermo est, τῶν ἑλκῶν ἡ ἕδρη quam ἡ ῥίζα. Itaque puto erudito Anglo esse obsequendum.

Ecce! protuli omnia, e quibus me iudice re vera proficimus ad scriptoris intelligentiam ex Aretaei editione nova. Pauca attuli, in quibus dissentiebam, quia operae pretium me

facturum credebam, si de talibus, quibus abripi imprudens lector posset, licet minus probanda sint, monerem. Est ceterum infinitus numerus locorum, ubi textum accepimus, qualem intelligere nemo possit. Exemplo defungar unico: initium capitis περὶ καχεξίης ad hunc modum typis describendum curavit: Ξυμπάντων ὁμοῦ παθέων καχεξίη τροπή· ἅπασαι γὰρ αἱ νοῦσοι τῆσδε ἀποτόκοι (sic), ἀτὰρ καὶ ἥδε μούνη ἄνευθεν τῶν ἄλλων; Φαρμάκων ἐπίδοσιν ἔχουσα πολλὴν καὶ ἰλυώδεα κατὰ πρώτιστα γίγνεται πάθος κ. τ. ἑ. Cum ἀποτόκοι accentu mutato scribit, ubi ἀπότοκοι, uti pseudo-Hipp., Aretaeus aliis locis et hoc ipso capite et mss. et editiones habent, et interpunctionem paululum immutat, se haec expedivisse opinatur. Ut de reliquis taceam, hoc unum quaero: quid est καχεξίη Φαρμάκων ἐπίδοσιν ἔχουσα πολλήν? Est hoc, quidquid de loco in adnotatione dicat editor, eiusmodi ut nemo intelligat; neque ipse Adamsius intelligere potuerit.

Sed de eiusmodi rebus dicendi finem facio et ad alia propero. Primum autem hoc est; e censura editionis Ultraiectinae, quam scripsit Rosenbaum in diario medico Schmidt's Jahrbücher, Jahrgang 1849. Band 63. p. 266. adferam aliquid, de quo vere monuit censurae auctor. Nimirum pag. III. Prolegomenorum, loco, ubi agitur de deperditis Aretaei scriptis, constitit hunc composuisse opus περὶ Φυλακτικῶν, quod existimavi *de causis conservatricibus* conscriptum fuisse. Ostendit autem Rosenbaumius subintelligendum esse Φαρμάκων illoque opere Cappadocem nostrum exposuisse de remediis Φυλακτικοῖς. Error natus erat inde, quod non satis intellexeram unum ex Alexandri Aphrodisiensis locis, quos in prolegomenis excitavi.

Alterum denique, de quo dicere pergo, hoc est: quum olim, tum nuper denuo Adamsii editionem cum Ultraiectina conferens, mihi annotavi emendationes locorum Aretaei, quarum quas describere utile fore opinor, hoc loco tandem cum erudito lectore communicabo. Spero fore ut inde etiam locis nonnullis lux accedat, ita ut intellectu faciliores reddantur. Paginas notare pergo ex editione Ultraiectina.

Pag. 37. vs. 1. calami lapsu datum est ἀλλὰ καὶ κ. τ. ἑ., quod praecedente ἄλλα aurem misere offendit; libri ferunt ἀτὰρ καὶ κ. τ. ἑ., quod repone.

Pag. 50. vs. 4., capite de acutis renum morbis scriptum legimus: ἀλλ' οὔ τινες αἱμορραγίῃ θνήσκουσι, ἀλλ' ἢ Φλεγμονῇ, τῇ ξὺν τῇ αἱμορραγίῃ γιγνομένῃ, ἢν ἐπισχεθῇ τὸ αἷμα. Ego in codd. non reperi quod Adamsius edidit: ἀλλὰ τῇ Φλεγμονῇ τῇ ξὺν τῇ αἱμ. γ.; quin etiamsi codex aliquis praebeat, lectio deterior videtur altera. In vulgata praecedente οὔ recte se habet ἀλλ' ἤ, quod Latine non expresserunt, nam *nisi* significat. Aretaeus dixit: „Nemo tamen sanguinis profusione moritur, nisi quatenus inflammatione, quae una oritur cum sanguinis fluxu, ubi hic sistitur."

Pag. 68. vs. ult. corruptissimus in libris locus hic est: ὁκόσα γὰρ ὑπερεκτρέπονται οὔπω οἱ κακοῦ, τόδε ἐνύπνιον ὀρέουσι ὥρμησε, quem ad hunc modum descripsi: ὁκόσα γὰρ ὕπαρ ἐκτρέπονται ὁποίου ὦν κακοῦ, τάδε ἐνύπνιον ὀρέουσι ὥρμησε. Hanc emendationem recepit nuperrimus editor, licet audacem eam esse affirmet, nec plane eam sibi placere. Non credo quemquam de ὕπαρ ἐκτρέπονται esse dubitaturum, sed de ὁποίου ὦν κακοῦ et ipse olim dubitabam et iure tu dubitaveris. Illud οὔπω οἱ κακοῦ non vitiosum esse, sed lacuna laborare videtur et natum esse ex οὔπω (melius μήπω) οἱ γενομένου κακοῦ, quod ipsum puto ad-

notationem marginalem fuisse, cuius reliquiae litura sanandae sint. Quare solum relinquendum esse arbitror: *ὁκόσα γὰρ ὕπαρ ἐκτρέπονται, τάδε ἐνύπνιον ὁρέουσι ὥρμησε.* Ita tandem loci emendatio perfecta esse mihi videtur.

Pag. 73. vs. 6. pro *ἐπὴν δὲ ἀπῆλθε* legendum *ἐπὴν δὲ ἀπέλθῃ.*

Pag. 75. vs. 3. Illud *μανίης εἶδος ἕτερον* abiiciendum est; non est nisi *πρόγραμμα* marginale, qualia a librariis profecta *μυρία* apud Hippocratem videre licet. Ipse auctor id non apposuit; quare delendum est.

Pag. 94. vs. penult. *ἢν δὲ ἐς ἔντερον τὸ πῦον ἐγχέηται* legimus in libris omnibus; nec tamen ita scripsit Aretaeus, qui sine dubio *ἢν δὲ ἐς ἔντερον τὸ πῦον ἐκχέηται* dedit.

Pag. 113. vs. 13. reperis: *ἢν γὰρ τετρήνας τὸ ἐπιγάστριον ἐκχέῃς, ἐπὶ βραχείῃ φορῇ τοῦ ὑγροῦ, ἔνδοθεν ἂν ἐπέφραξε ἡ κύστις, κἢν τὸ ὄργανον διώσῃ, αὖθις ἐκρέει.* Illud *ἐκχέῃς* abunde docet etiam *διώσῃς* esse legendum: *διώσῃ* sensu cassum, neque enim *τὸ ὄργανον διωθέει,* sed *ὁ ἰητρὸς διωθέει τὸ ὄργανον.*

Pag. 115. vs. antepenult. recte quod attinet ad sensum dedi *πινεῦντες* pro *πονέοντες;* misere tamen peccatum est in forma, nam *πίνοντες* dandum erat. Similiter p. 192. vs. 8. *πιεζευμένη* et p. 217. vs. 12. *πιεζεῦντα* in *πιεζομένη, πιέζοντα* mutanda sunt. Nempe cum Aretaeum edebam, nondum satis cognovi falsos huius generis Ionismos, quales *πινέω, πιεζέω, ῥιπτέω,* qui apud medicos Ionice scribentes passim occurrunt et quos ex Hippocrate saltem abegi.

Pag. 132. vs. 3. de re non monens dedi *ἀτὰρ καί* pro codicum lectione *ἀτὰρ δέ;* — recte quidem quod attinet ad loci sensum, sed mss. vitium *ἀτὰρ δέ* natum est ex *ἀτὰρ ἠδέ,* quod frequens Aretaeo et hoc loco sine dubio ab eo datum.

Ibid. vs. 5. codicum scriptura haec est: *ἄλλα (ἕλκεα) βαθέα καὶ οὐχ ἱστάμενα, ἀλλ' ἐσθιόμενα, ἀδενώδεα, ἕρποντα καὶ ἐπισφακελίζοντα, θανατώδεα,* quae integra esse mihi videtur. Crediderunt vitiosum esse *ἀδενώδεα,* pro quo de coniectura *φαγεδαινώδεα* intuleram et pro quo Adamsius recepit Petiti coniecturam *ὀδυνώδεα.* Opinor autem Aretaeum nomine *ἀδενώδεα* significare voluisse tumores illos, qui in magis evoluto morbo *ὀχθώδεα* illa ulcera formant, de quibus postea loquitur. Galli eam intestini conditionem appellaverunt *hypertrophie mamelonée du tissu sous-muqueux.*. Qui adspexit intestinorum dysenteria affectorum tunicam mucosam, vix dubitabit quin *ἀδενώδεα* Aretaeus facile dare potuerit.

Pag. 145. vs. 10. loco in libris pessime habito, verba *θερμασίῃ γὰρ — εὖτε τῶν ψυχρῶν χρέος* transposui, qua de re monitum est in adnotatione. Sed vide num potius post *ὀνομάζουσι δὲ θερμὴν τήνδε* versu 5. et 6. inserenda sint, quemadmodum primo facere me voluisse dixi in notula.

Pag. 153. vs. 3. mss. habent *λειχῆνες ἐπὶ τοῖσι ἄκροισι δακτύλοισι;* ego *ἄκροισι* otiose repetitum credens e paulo ante obvio *ἐπὶ τοῖσι ἄκροισι,* illo loco delevi, sed de re in adn. non monui. Nunc etiam lego, quemadmodum editum est *λειχῆνες ἐπὶ τοῖσι δακτύλοισι.*

Pag. 192. vs. 4. *ἐν τροφῇ γὰρ κείσεται φάρμακα* legitur. Nescio quo errore *τά* ante *φάρμακα* est omissum.

Pag. 194. vs. 11. *Ἤδη δὲ ἐπὶ τοῖσδε καὶ σικύης καιρὸς γένοιτο, ἄριστος δὲ ὁ μετὰ ἑβδόμην* libri omnes. Aretaeus tamen sine dubio scripsit: *γένοιτο ἄν;* particula a librariis

omissa est; scribendum: Ἤδη δὲ ἐπὶ τοῖσδε καὶ σικύης καιρὸς γένοιτο ἄν, ἄριστος δὲ ὁ μετὰ ἑβδόμην.

Pag. 195. vs. antepenult. μήτε est editum, ubi libri μηδέ; de re non est monitum, sed consulto factum est.

Pag. 202. vs. 20. πνεύμονος errore nescio quo scriptum est: ceteri recte πνεύμονι γὰρ τέγξις κακόν.

Pag. 204. vs. 9. ἀρήγειν δὲ δεσμοῖσι ἄκροις, ποδῶν μὲν ὑπὲρ σφυρὰ κ. τ. ἑ. mss. et edd. Dubito de δεσμοῖσι ἄκροις: p. 202. vs. penult. legis ἄκρων δεσμοί. Non negligo alio vocabulorum nexu loco nostro dictionem poni, sed videas L. B., num praestet ἀρήγειν δὲ δεσμοῖσι ἄκρων, — ποδῶν μὲν ὑπὲρ σφυρὰ, κ. τ. ἑ.

Pag. 217. vs. ἐρεμίη, — immo ἠρεμίη.

Pag. 225. vs. 9. ἢν φύῃ μὲν ἐν νεφροῖσι (λίθος) μέζων κ. τ. ἑ. sanum est; tenendum φύῃ esse coniunctivi aoristum, qui indicativo ἔφυν, non esse praesens coniunctivi a φύω. Moneo ne quis ab ἐφύην forte φυῇ scribendum existimet.

Pag. 231. vs. ult. codices: νάρδος, ἢ βάκχαρι τὸ Αἰγύπτιον, ἢ τὸ διὰ φύλλων τοῦ μαλαβάθρου. Quum βάκχαρι τὸ Αἰγύπτιον constare non posse viderem, nam probe noveram βάκχαριν ex Hipp., sed non βάκχαρι τὸ Αἰγύπτιον, credidi τὸ Αἰγ. esse falsam glossam, quare delevi. Sed apud pseudo-Hipp. libro de Nat. mul. (vol. II. p. 844. vs. ult.) legis ἔλαιον Αἰγύπτιον λευκὸν, ἢ βάκκαριν; erat autem (μύρον) τὸ λευκὸν, s. τὸ Αἰγύπτιον celebre in orbe vetere. Quapropter apud Aretaeum legerim: νάρδον, ἢ βάκχαριν, ἢ τὸ Αἰγύπτιον, ἢ τὸ διὰ φύλλων τοῦ μαλαβάθρου.

Pag. 246. vs. 13. μεσηγὺ δὲ ἑκάστου ἄκεος ὑπαναστρέφειν τὸν νοσέοντα ἐς τὴν τῶν μέσων ὑπομονήν. omnes libri. Wigganus vero collato loco ex p. 225. vs. 14. proposuit ἐπαναστρέφειν, quod item olim mihi dandum est visum et receptum. Sed loci minus recte a me et a Wigano similes sunt habiti: nostro hoc ὑπαναστρέφειν, altero ἐπαναστρέφειν congruum est, nec quidquam novandum.

Pag. 257. vs. 8. observavi aliquid, de quo monendum est; verum ego totum locum describam. Ἄπιστον, inquit Aretaeus, ἐπὶ τοῖσδε εἰ μὴ ἐλύθη ἐς τὸ πάμπαν ἡ νοῦσος, ἢ πολλῶν ἐτέων ἔσχε διαλείψιας· τὰ πολλὰ γὰρ τοῦδε ἀπότοκοι μελαγχολίαι. Ἢν δὲ ἔμπεδος ἥδε, μὴ ἤδη περιμένειν· χρὴ ὧν τὰ ἐς τὸν ἐλλέβορον πάντα πρήσσειν. Qui attento animo haec legit, offendet ad τὰ πολλὰ γὰρ τῶνδε ἀπότοκοι μελαγχολίαι, quippe apparet ista huius loci non esse; quodsi ea demas, habebis quod auctor scripsit. Est autem hocce: Ἄπιστον, ἐπὶ τοῖσδε εἰ μὴ ἐλύθη ἐς τὸ πάμπαν ἡ νοῦσος, ἢ πολλῶν ἐτέων ἔσχε διαλείψιας· ἢν δὲ ἔμπεδος ἥδε, μὴ ἤδη περιμένειν· χρὴ ὧν τὰ ἐς τὸν ἐλλέβορον πάντα πρήσσειν. Unde intermedia ista huc delata sint nescio; quaesivi frustra num alio loco vicino inserenda sint; quare delenda censeo.

Pag. 259. vs. 5. ἢν δὲ μὴ, ὁκόσον τις δύνηται omnes; — excidit ἄν; lege: ὁκόσον ἄν τις δύνηται.

Pag. 261. vs. 5. legis μετεξετέρους γὰρ ἡ τοῦ πύου δίοδος βλάψαι. Certum est βλάψαι vitiosum esse, sed certum etiam qua ratione exstiterit: C finale nominis δίοδος absorpsit augmentum verbi, et ita βλάψε in βλάψαι abiit. Itaque legemus μετεξετέρους γὰρ ἡ τοῦ

πύου δίοδος ἔβλαψε. Ex eiusmodi vitio simul patet ν ἐφελκυστικόν, quod codices paucis fortasse locis exceptis constanter ferunt, non esse additum ab ipso scriptore.

Pag. 269. vs. 6. ante σκίγκου articulus me nolente omissus est; lege: τὸ διὰ τοῦ σκίγκου φάρμακον ποτόν.

Pag. 273. vs. 6. mss. praebent: Ἦδε μέντοι ψύξιος ἡ ὕλη· καὶ τόδε μέν τοι ἄλλοτε ἄλλον ὤνησε καὶ τωὐτὸν ἄλλοτε ἄλλῳ· μετεξετέροισι δὲ τὰ ἀλεαίνοντα ξυμφέρει καὶ τωὐτὸν ἄλλοτε ἄλλῳ ὠφελέει. De Petiti ratione in adn. monui, ibidemque de mea exposui, ad quam textum describendum curavi. Si Adamsii notulam recte intelligo, volnit: καὶ τωὐτὸν ἄλλοτε ἄλλῳ μὴ, μετεξετέροισι κ. τ. ἑ.; ceterum, de iis, quae tollenda sunt, tacet. Equidem partim cum Adamsio consentio: nempe lego: Ἦδε μέντοι ψύξιος ἡ ὕλη, καὶ τόδε μέντοι ἄλλοτε ἄλλον ὤνησε καὶ τωὐτὸ ἄλλοτε ἄλλον οὔ· μετεξετέροισι δὲ τὰ ἀλεαίνοντα ξυμφέρει. — Quod in mss. sequitur καὶ τωὐτὸν ἄλλοτε ἄλλῳ ὠφελέει reiicio.

Pag. 274. vs. 7. legimus in libris: ξυντεκμαίρεσθαι ὧν ἀφαιρέοντα τὸ πονηρὸν καὶ ἔντηκτον μεσηγὺ τὸ οἰκεῖον, μέσφι ἂν προαπαυδήσῃ ἀτροφίῃ ἡ νοῦσος· ἡ γὰρ νεαρὴ, ξυμπλακεῖσα τῷ σώματι, χρόνῳ μακρῷ ἠμαύρωσε τὴν παλαιήν. Videlicet τὸ πονηρὸν spectat ad τὸ αἷμα, de quo in antecedentibus sermo erat, et ἡ νεαρὴ est ἡ νεαρὴ τροφή. De loco adnotavi, quae postea placuerunt parum. Omnino vitium latet in ἔντηκτον, sed nemo adhuc rem acu tetigit, licet recte videret Petitus quorsum spectarent Aretaei verba. Tu, L. B., lege mihi ἐντίκτειν pro ἔντηκτον, et salva et facilia sunt omnia: ξυντεκμαίρεσθαι ὧν ἀφαιρέοντα τὸ πονηρὸν καὶ ἐντίκτειν μεσηγὺ τὸ οἰκεῖον, μέσφι ἂν προαπαυδήσῃ ἀτροφίῃ ἡ νοῦσος· ἡ γὰρ νεαρὴ ξυμπλακεῖσα τῷ σώματι χρόνῳ μακρῷ ἠμαύρωσε τὴν παλαιήν.

Ecce! dedi quae nunc mihi in promptu erant ad textum scriptoris illustrandum!

Scripsi mense Septembri
CIƆIƆCCCLXIII.

ΠΕΡΙ ΑΓΜΩΝ

ΚΑΙ

ΠΕΡΙ ΑΡΘΡΩΝ.

ΕΣΤΙ ΔΕ ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΝ ΤΠΟ ΚΝΙΔΙΟΤ ΙΑΤΡΟΤ ΝΕΩΤΕΡΟΤ ΣΤΓΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΝ.

DE FRACTIS

ET

DE ARTICULIS.

UNUS AUTEM LIBER EST A MEDICO CNIDIO RECENTIORE CONSCRIPTUS.

ΠΕΡΙ ΑΓΜΩΝ ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΑΡΘΡΩΝ.

α'. Ἐχρῆν τὸν ἰητρὸν τῶν ἐκπτωσίων τε καὶ κατηγμάτων ὡς [1]ἰθύτατα τὰς κατατάσιας ποιέεσθαι· αὕτη γὰρ ἡ δικαιοτάτη φύσις. Ἢν δέ τι ἐγκλίνῃ ἢ τῇ ἢ τῇ, ἐπὶ τὸ πρηνὲς ῥέπειν· ἐλάσσων γὰρ ἡ ἁμαρτὰς ἢ ἐπὶ τὸ ὕπτιον. Οἱ μὲν οὖν μηδὲν [2]προβουλεύσαντες οὐδὲν ἐξαμαρτάνουσι ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ· αὐτὸς γὰρ ὁ [3]ἐπιδεθησόμενος τὴν χεῖρα [4]ἀπορέγει οὕτως ὑπὸ τῆς δικαίης φύσιος ἀναγκαζόμενος· οἱ δὲ ἰητροὶ σοφιζόμενοι δῆθεν ἔστι ἄρα ἐφ' οἷς ἁμαρτάνουσι. Σπουδὴ μὲν [5]οὖν οὐ πολλὴ χεῖρα [6]κατεηγυῖαν χειρίσαι καὶ παντὸς δὲ ἰητροῦ, ὡς ἔπος εἰπεῖν· ἀναγκάζομαι δ' ἐγὼ πλείω γράφειν περὶ [7]τούτου, ὅτι οἶδα ἰητροὺς σοφοὺς δόξαντας εἶναι ἀπὸ σχημάτων χειρὸς ἐν ἐπιδέσι, ἀφ' ὧν ἀμαθέας αὐτοὺς ἐχρῆν δοκέειν εἶναι. Ἀλλὰ γὰρ πολλὰ οὕτω ταύτης τῆς τέχνης κρίνεται· τὸ γὰρ ξενοπρεπὲς οὔπω ξυνιέντες, εἰ χρηστὸν, μᾶλλον ἐπαινέουσι ἢ τὸ ξύνηθες, ὃ ἤδη οἴδασι ὅτι χρηστὸν, καὶ τὸ ἀλλόκοτον ἢ τὸ εὔδηλον. Ῥητέον οὖν ὁκό-

DE FRACTIS ET DE ARTICULIS.

1. Eorum, quae suis sedibus exciderunt et fracta sunt, medicum quam maxime e directo extensiones facere oportet. Id enim maxime secundum naturam rectum est. Quod si quid in hanc illamve partem inclinet, praestat in pronum tendere; levius enim in hanc partem peccatur quam in supinam. Qui igitur nihil in consilium adhibent, plerumque nihil peccant, quippe cui alligatio facienda est aequissima natura duce manum ita porrigat. Medici vero sapientiam falso sibi arrogantes, in nonnullis peccant. Nullius ergo est negotii manum fractam tractare, idque cuivis prope dixerim medico proclive est. Sed de hac re plura mihi dicenda sunt, quod medicos novi, qui ex figuranda manu in deligatione sapientiae nomen prae se ferebant, cum ex eo ignari potius existimandi essent. Verum multa ea ratione hac in arte aestimari solent. Quod enim peregrinum est, necdum constat an utile sit, consueto, quod iam norunt utile esse, anteponunt, quodque ab usu communi abhorret ei, quod est probe

[1] ἰθύτατα. — [2] προβουλεύονται. — [3] ἐπιδησόμενος. — [4] ἐπορέγει. — [5] οὖν om. — [6] κατεαγυῖαν. — [7] συτέου (sic).

1. περὶ ἀγμῶν.] Gal. in comm. monet fuisse, qui quum κάτηγμα in hoc libro appellare soleat auctor fracturam et in inscriptione ἀγμὸς dicatur, contenderent neque inscriptionem, neque chirurgicorum horum librorum distributionem Hippocrati esse tribuendam. Et recentiorem esse horum librorum et divisionem et inscriptionem facile credo; Hippocratis vero scripta esse non credo, seu potius non esse certo scio.

ἐχρῆν — φύσιν.] ἐχρῆν omittebatur in quibusdam mss. Galeni aevo; — ἰθυτάτας vulgo, ἰθύτατα mss. 11. apud Littr. et Voss. et Marc., mihi adverbium praestare videtur. Δικαιοτάτην fere οἰκειοτάτην valere docet Gal.

οἱ μὲν οὖν — ἁμαρτάνουσι] προβουλεύονται mss. 8. apud Littr., Voss., Marc.; nempe hi voluerunt οἱ μὲν οὖν μηδὲν προβουλεύονται, sed praestat vulgata. Tum αὐτὸς γὰρ ὁ ἐπιδεόμενος vulgo, sed ἐπιδησόμενος codd. 10. apud Littr., Voss., Marc. in marg. a prima m., Galenus in comm. (p. 337.) Et futurum quin auctor dederit, nullus dubito, sed de forma in mss. obvia dubito: fut. passivi verbi δέω est δεδήσομαι (v. c. apud Plat. Rep. II. p. 361. E.), quare ἐπιδεδησόμενος fortasse velles, quum libri ἐπιδησόμενος ferant; at cap. 8. ἐπιδεθήσεται legimus, quare futuri formam eandem nunc dedi. — Dein ἐπορέγει permulti codd., ἀπορέγει vulg., Marc., Gal. in comm. (p. 337.) — Tandem ἔστιν οἳ ἁμαρτάνουσι vulgo: sequor lectionem codd. 13. apud Littr. et Vossiani: nempe hanc lectionem potius recentiore tempore in vulgatam abiisse credo quam contra factum esse.

ὀλίγῳ μέζον, εὖρος δὲ ὡς δίπηχυ, πάχος δὲ ἀρκέει σπιθαμιαῖον· ἔπειτα κατὰ μῆκος μὲν ἔνθεν καὶ ἔνθεν [1]ἐντομὴν ἔχειν χρὴ, ὡς μὴ ὑψηλοτέρη τοῦ καιροῦ ἡ μηχάνησις ἔῃ· ἔπειτα φλιὰς βραχείας, ἰσχυρὰς [2]καὶ ἰσχυρῶς ἐνηρμοσμένας, ὀνίσκον ἔχειν ἑκατέρωθεν· ἔπειτα ἀρκέει μὲν [3]ἐν τῷ ἡμίσεϊ τοῦ ξύλου, — οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ διὰ παντὸς, — ἐντετμῆσθαι ὡς καπέτους μακρὰς πέντε ἢ ἓξ, διαλειπούσας ἀπ᾽ ἀλλήλων [4]ὡς τέσσαρας δακτύλους, αὐτὰς δὲ ἀρκέει [5]εὖρος τριδακτύλους εἶναι καὶ βάθος οὕτως. Ἔχειν δὲ κατὰ μέσον τὸ ξύλον καὶ καταγλυφὴν χρὴ βαθυτέρην, ἐπὶ τετράγωνον, ὡς τριῶν δακτύλων, καὶ ἐς μὲν τὴν καταγλυφὴν ταύτην, ὅταν δοκέῃ προσδεῖν, ξύλον ἐμπηγνύναι ἐναρμόζον τῇ καταγλυφῇ, τὸ δὲ ἄνω στρογγύλον, ἐμπηγνύναι δὲ, ἐπήν ποτε δοκέῃ ξυμφέρειν, μεσηγὺ τοῦ περινέου καὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ μηροῦ. Τοῦτο τὸ ξύλον ἑστεὸς κωλύει τὴν ἐπίδοσιν ἐπιδιδόναι τὸ σῶμα τοῖσι πρὸς ποδῶν ἕλκουσι· ἐνίοτε γὰρ ἀρκέει αὐτὸ τὸ ξύλον τοῦτο ἀντὶ τῆς ἄνωθεν ἀντικατατάσιος· ἐνίοτε δὲ καὶ κατατεινομένου τοῦ σκέλεος ἔνθεν καὶ ἔνθεν, αὐτὸ τὸ ξύλον [6]τοῦτο, χαλαρὸν ἐγκείμενον ἢ τῇ ἢ τῇ ἐκμοχλεύειν ἐπιτήδειον ἂν εἴη τὴν κεφαλὴν τοῦ μηροῦ ἐς τὸ ἔξω μέρος. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ αἱ κάπετοι ἐντετμέαται, ὡς καθ᾽ ὁκοίην ἂν αὐτέων ἁρμόσῃ, ἐμβαλλόμενος ξύλινος μοχλὸς μοχλεύοι, ἢ παρὰ τὰς κεφαλὰς τῶν ἄρθρων, ἢ κατὰ τὰς κεφαλὰς τελέως ἐρειδόμενος ἅμα τῇ κατατάσι, ἤν τε ἐς τὸ ἔξω μέρος ξυμφέρῃ ἐκμοχλεύεσθαι, ἤν τε ἐς τὸ ἔσω, καὶ ἤν τε στρογγύλον τὸν μοχλὸν ξυμφέρῃ εἶναι, ἤν τε πλάτος ἔχοντα· ἄλλος γὰρ ἄλλῳ τῶν

gulum sex fere cubitorum aut paulo maius, latitudine bicubitali, cuius crassitudo dodrantalis eatis est. Id praeterea hino et inde in longitudinem incisuram habeat, nc molitio convenientem altitudinem excedat. Postes insuper asellos continentes, breves, validos, utraque parte insertos habeat. Tum satis quidem est si in dimidia ligni parte, nihil tamen prohibet quominus etiam per totum, quinque aut sex fossulae longae, quatuor inter se digitos distantes incisae sint. Quibus trium digitorum latitudo eademque altitudo eufficit. In medio vero alte exsculptum cavum in quadratam figuram ad tres fere digitos lignum habere oportet, in quod, ubi opus esse videbitur, lignum cavo accommodatum, euperiore autem parte teres defigatur. Defigendumque id, ubi conferre videbitur, medium inter femoris caput et interfoemineum. Quo erecto prohibetur corpus quominus concedat, cum a pedibus trahitur. Interdum namque hoc ipsum solum loco extensionis, quae a superiore parte in diversa adducitur, abunde est. Interdum vero dum crus utrimque extenditur, hoc ipsum lignum in hanc vel illam partem laxius incumbens idoneum fuerit ut caput femoris exteriorem in partem molitione impellat. Ea enim de causa incisae sunt fossulae, ut ad quam congruere videbitur demisso vecte ligneo aut iuxta ipsa articulorum capita, aut in ea penitus impacto uua cum extensione, vel externam vel interiorem in partem, prout conducere videbitur, molitio adhibeatur, idque sive teretem, sive latum vectem esse expedit, cum alius aliis articulis magis accommodatus sit. Haec autem per vectem molitio cum concussione ad omnes crurum ar-

[1] τομήν. — [2] καὶ ἰσχυρῶς om. — [3] καὶ ἐν. — [4] ὡς om. — [5] μὲν εὖρος. — [6] τοῦτο τὸ ξ.

N., quorum hic καιροῦ supra versum; — μηχανὴ ᾖ Dietz.; — εἴη vulg., ἔῃ M. N. in Gal. comm., quem hi codd. continent; — φλιὰς βαθείας Dietz.; — καὶ ἰσχυρῶς ex Parr. 6. dedit Littr. et fert Marc., vulgo om.; — ὀνίσκον vulg., ὀνίσκον Parr. 12., Marc., Littr., ὀνίσκους Gal., Kühn.; — ἔπειτα ἀρκέειν B. F. G. M. N.; — καί ante διὰ παντὸς omm. Parr. nonnulli et Marc.; — καπέτους μακράς ex edd. antt. et mss. multis revocavit Littr., μικράς vulgo; — ἢ πέντε ἢ ἓξ Dietz.; — διαρκέειν pro δὲ ἀρκέει codd. 11. apud Littr. et Marc.; — ἀρκέσει N.

ἔχειν δὲ — μηροῦ.] δέῃ pro δοκέῃ multi Parr. et Marc.; — ἐμπήγνυντα Dietz.; — ἐναρμόσον B. N., hic nempe σον supra versum.

τοῦτο — μέρος.] κωλύσει Dietz.; — γὰρ ἀρκέσει ἂν idem; — κατατεινομένῳ sine τοῦ σκέλεος idem; — ἐν τῇ ῥοπῇ idem pro τῇ ἢ τῇ.

διὰ τοῦτο — ἁρμόζει.] ἐντετμέαται M., ἐντετμέανται B. N., ἐντέτμηνται vulg., ἐκτέτμηνται pauci Parr.; —

ἄρθρων ἁρμόζει. Εὔχρηστος δέ ἐστι ἐπὶ πάντων τῶν ἄρθρων ἐμβολῇ, τῶν κατὰ τὰ σκέλεα, αὕτη ἡ μόχλευσις [1] ξὺν τῇ κατατάσι. Περὶ οὗ οὖν ὁ λόγος ἐστὶ, στρογγύλος ἁρμόζει ὁ μοχλὸς εἶναι· [2] τῷ μέντοι ἔξω ἐκπεπτωκότι ἄρθρῳ πλατὺς ἁρμόσει εἶναι. Ἀπὸ τούτων τῶν μηχανέων καὶ ἀναγκέων οὐδὲν ἄρθρον μοι δοκέει οἷόν τε εἶναι ἀπορηθῆναι [3] ἐμπεσεῖν.

ρκα'. Εὕροι δ' ἂν τις καὶ ἄλλους τρόπους τούτου τοῦ ἄρθρου ἐμβολῆς· εἰ γὰρ τὸ ξύλον [4] τὸ μέγα τοῦτο ἔχοι κατὰ μέσον καὶ ἐκ πλαγίων φλιὰς δύο [5] ὡς ποδιαίας, ὕψος δὲ ὅκως [6] ἂν δοκέοι ξυμφέρειν, τὴν μὲν ἔνθεν, τὴν δὲ ἔνθεν, ἔπειτα ξύλον πλάγιον ἐνείη ἐν τῇσι φλιῇσι ὡς κλιμακτὴρ, ἔπειτα διέρσειε τὸ ὑγιὲς σκέλος μεσηγὺ τῶν φλιέων, τὸ δὲ σιναρὸν ἄνωθεν τοῦ κλιμακτῆρος [7] ἔχοι ἁρμόζοντος ἀπαρτὶ πρὸς τὸ ὕψος καὶ πρὸς τὸ ἄρθρον ᾗ ἐκπέπτωκε· ῥηΐδιον [8] δὲ ἁρμόζειν· τὸν γὰρ κλιμακτῆρα ὑψηλότερόν [9] τινι χρὴ ποιέειν τοῦ μετρίου καὶ ἱμάτιον πολύπτυχον, ὡς ἂν [10] ἁρμόζῃ, ὑποτείνειν ὑπὸ τὸ σῶμα· — ἔπειτα χρὴ ξύλον ἔχον πλάτος μέτριον καὶ μῆκος ἄχρι τοῦ σφυροῦ ὑποτεταμένον ὑπὸ τὸ σκέλος εἶναι, [11] ἱκνεύμενον ἐπ' ἐκεῖνα τῆς κεφαλῆς τοῦ μηροῦ ὡς οἷόν τε· προσκαταδεδέσθαι δὲ χρὴ πρὸς τὸ σκέλος, [12] ὅκως ἂν

ticulos reponendos perquam est accommodata. In eo autem, quod in quaestione versatur, rotundum vectem esse conducit. Ubi vero exteriorem in partem prolapsus est articulus, latus est accommodatus. Atque post haec machinamenta si vis adhibeatur, non videtur mihi ullus articulus repositione frustrari posse.

121. Quamquam etiam alios huius articuli recondendi modos quis inveniat. Etenim si magnum hoc lignum medium et ad latera postes duos pedales habeat ea altitudine, quae idonea esse videbitur, utraque ex parte unum, tum lignum transversum super postes tanquam scalae gradus imponatur, dein integrum crus transmiserit inter postes et quod affectum est adaptarit supra gradum exacte accommodatum ad altitudinem articuli, eo loco quo exoidit, — facile autem est accommodare; gradum enim aliquanto altiorem iusto facere oportet et vestimentum multiplex, quemadmodum congruum erit, sub corpore substernere; — post haec lignum convenienti longitudine et latitudine ad malleolos usque cruri subiiciendum sic ut ultra femoris caput, quoad eius fieri poterit, feratur et ad crus, quemadmodum aequum videbitur, alligandum. Deinceps dum crus extenditur, sive

[1] ξύν om. — [2] τῷ — εἶναι om. — [3] τοῦ ἐμπεσεῖν. — [4] τοῦτο τὸ μέγα ἔχει. — [5] ὡς om. — [6] δοκέει εἴπω ἄν. — [7] ἔχοι ἐναρμόσσον. — [8] χρὴ νομίζειν. — [9] τινι om. — [10] ἁρμόσῃ. — [11] ἐκδεόμενον. — [12] ὁκοσαχῶς ἂν μ.

μοχλεύει Ald., Parr. 11., Marc.; — ὁ ξυλ. μοχλ. μοχλεύει Dietz.; — ἡ κατὰ — τελέως om. idem; — ἐκμοχλεῦσαι idem; — ἁρμόσει B. M. N.

εὔχρηστος — κατατάσι.] ἐστι omm. J., Dietz. p. 33.; — τῶν ante ἄρθρων omm. B. C. E. H. M. N.; — ἐφ' ἁπάντων τῶν Dietz.; — ἐμβολῇ B. C. M. N., ἐμβολή (sic) Parr. 9., Marc., Voss., ἐμβολῆς vulg.; — κατὰ τὸ σκέλος E, Q.'; — ξυγκατατάσει H., Marc. pro ξὺν τῇ κατατάσει, nempe τῇ ex solo N. Littr., tum κατατάσει cum C. E. M. N., κατασείσει vulg.

περὶ οὗ οὖν — εἶναι.] οὖν Littr. cum multis Parr., idem fert Marc., νῦν vulg., μὲν οὖν Dietz. p. 33.; — ἁρμόσει Parr. 10., Marc. ante ὁ μοχλός; — τῷ μέντοι ἔξω ἐκπεπτωκότι ἄρθρῳ πλατὺς ἁρμόσει εἶναι Ald. B. C. E. H. M. N., Marc., Littr., vulgo haec omm.

ἀπὸ — ἐμπεσεῖν.] ἀναγκέων M., Lind., ἀναγκαίων unus alterque cod., ἀναγκαῖον vulg.; — ἀπορηθέν B. M. N.; — τοῦ ἐμπεσεῖν vulg., τοῦ omm. B. C. H. M. N., Marc.; Littr. contulit principium § 34. de fractis.

121. εὕροι — σῶμα.] τὸ μέγα τοῦτο Parr. 6., Marc., Littr., vulgatam e V. notavi; — ἔχοι B. C. H. M., Marc., Littr., ἔχει vulgo, uti V.; — ὡς ποδιαίους B. M. N., Littr., ὡς vulgo abest; — ὅκως ἂν B. M. N., Littr., ἂν om. vulg.; — δοκέοι B. M. N., Littr., δοκέει vulg.; — ἤδη ἐρείσειε pro vulgato διέρσαι Dietz., itaque διέρσειε dedi; — ἔχει (ἔχειν E., Littr., ἔχοιεν C. J.) ἐναρμόσσον (ἐναρμόζον E. H., ἐναρμόσσον K., ἁρμόσον C. J., ἁρμόζοντος de meo, ut ad κλιμακτῆρος referatur) ἀτάρ τι (ἄπαρτι B. M. N. ἀπαρτί Dietz.) πρὸς τὸ ὕψος vulg. Dein ῥηΐδιον δὲ χρή Parr. 8., in Marc. χρή a sec. m., ῥηΐδιον χρή vulg., ῥηΐδιον δέ M., N., prima m. in Marc., Littr.; — νομίζειν pro ἁρμόζειν nonnulli codd.; — τὸν δὲ κλιμ. M. N.; — τινι Parr. 5., Marc., Littr., vulgo om., C. et Marc. in marg. τι ferunt; — καὶ ἱματ. — σῶμα om. C.; — post σῶμα addunt ἁπλοῦν M. N., sed deletur.

ἔπειτα — ἔχῃ.] ἔχον τὸ πλάτος vulg., ἔχοντα πλ. Parr. 8., Marc., ἔχον πλάτος M. N., Littr.; — ἐκδεόμενον cod. Serv., uti V.; — δεῖ πρὸς τὸ σκέλος E. H. Marc.; — ὅκως ἂν B. M. N., vulg. e V. notavi; — ἔχοι B. M. N.

μετρίως ἔχῃ. Κἄπειτα κατατεινομένου [1]τοῦ σκέλεος, εἴτε ξυλῷ ὑπεροειδεῖ, εἴτε τούτων τινὶ τῶν κατατασίων, ὁμοῦ χρὴ [2]καταναγκάζεσθαι τὸ σκέλος περὶ τὸν κλιμακτῆρα ἐς τὸ κάτω μέρος ξὺν τῷ ξύλῳ τῷ προσδεδεμένῳ· τὸν δέ τινα κατέχειν τὸν ἄνθρωπον ἀνωτέρω τοῦ ἄρθρου κατὰ τὸ ἰσχίον. Καὶ γὰρ οὕτως ἅμα μὲν ἡ κατάτασις [3]ὑπεραιωρέοι ἂν τὴν κεφαλὴν τοῦ μηροῦ ὑπὲρ τῆς κοτύλης, ἅμα δὲ ἡ μόχλευσις ἀπωθέοι τὴν κεφαλὴν τοῦ μηροῦ ἐς τὴν ἀρχαίην φύσιν. Αὗται πᾶσαι αἱ εἰρημέναι ἀνάγκαι ἰσχυραὶ, καὶ πᾶσαι κρέσσους τῆς ξυμφορῆς, ἤν τις ὀρθῶς καὶ καλῶς σκευάζῃ. Ὥσπερ δὲ καὶ πρόσθεν ἤδη εἴρηται, πουλύ τι ἀπὸ ἀσθενεστέρων κατατασίων καὶ φαυλοτέρης κατασκευῆς τοῖσι πλείοσι ἐμπίπτει.

ρκβ'. Ἢν δὲ ἐς τὸ ἔξω ἡ κεφαλὴ τοῦ μηροῦ ὀλίσθῃ, τὰς μὲν κατατάσιας ἔνθα καὶ ἔνθα χρὴ ποιέεσθαι, ὥσπερ εἴρηται, [4]ἢ τοιουτοτρόπως· τὴν δὲ μόχλευσιν πλάτος ἔχοντι μοχλῷ μοχλεύειν χρὴ ἅμα τῇ κατατάσει, ἐκ τοῦ ἔξω μέρεος ἐς τὸ ἔσω ἀναγκάζοντα, [5]κατά γε αὐτὸν τὸν γλουτὸν τιθέμενον τὸν μοχλὸν, ἢ ὀλίγῳ ἀνωτέρω· ἐπὶ δὲ τὸ ὑγιὲς ἰσχίον κατὰ τὸν γλουτὸν ἀντιστηριζέτω τις τῇσι χερσὶ, ὡς μὴ ὑπείκῃ τὸ σῶμα, ἢ ἑτέρῳ τινὶ τοιούτῳ μοχλῷ, [6]ὑποβαλὼν καὶ ἐρείσας ἐς τῶν καπέτων τὴν ἁρμόζουσαν ἀντικατεχέτω· τοῦ δὲ μηροῦ τοῦ ἐξηρθρηκότος τὸ παρὰ τὸ [7]γόνυ ἔσωθεν ἔξω παραγέτω ἡσύχως. Ἡ δὲ κρέμασις οὐχ ἁρμόσει τουτῳ τῷ τρόπῳ τῆς ὀλισθήσιος τοῦ ἄρθρου· ὁ γὰρ πῆχυς τοῦ [8]ἐκκρεμαμένου ἀπωθέοι ἂν τὴν κεφαλὴν τοῦ μηροῦ ἀπὸ τῆς κοτύλης. Τὴν

id per lignum pistilliforme fiat, sive per aliquod aliud, quod ad extendendum sit idoneum, una crus supra gradum cum alligato ligno deorsum adurgendum et ab aliquo homo supra commissuram ad coxam est continendus. Hac enim via simul quidem distentionis vi femoris caput supra cavum sublime attolletur, simulque molitione in pristinam sedem protrudetur. Hae omnes commemoratae cogendi rationes validae sunt, omnesque, si quis probe ac recte apparatas habeat, calamitatem superant. Ac quemadmodum iam ante dictum est, longe imbecilliore extensione magisque vulgari apparatu plerumque hic articulus reconditur.

122. At voro ubi exteriorem in partem femoris caput luxatum fuerit, eodem quo supra dictum est modo ab utraque parte extensiones faciendae. Molitio autem per latum vectem una cum extensione adhibenda ab exteriore parte ad interiorem adurgendo, ad natem ipsam aut paulo supra vecte apposito. Ad sanam autem coxam iuxta natem aliquis manibus obfirmatis, ut ne corpus cedat, aut alio aliquo huiusmodi vecte subiecto et in aliqua conveniente fossula firmato contra obluctetur ac femoris luxati partem, quae ad genu est, ab interiore parte in exteriorem leniter deducat. Huic vero luxationis modo suspensio minime convenit. Eius enim, qui appenditur, cubitus femoris caput e suo cavo protruderet. Huio tamen luxationis modo convenientem per subiectum lignum molitionem comminiscetur aliquis, si exteriore parte

[1] τοῦ σκέλεος om. et tum εἴτε ἐν ξ. legitur. — [2] κατασκευάζεσθαι. — [3] ὑπεραίροιτο τήν. — [4] ἢ om. — [5] κατά τε. — [6] ὑπερβάλλων. — [7] γόνυ om. [8] κρεμαμένου.

κἄπειτα — ἰσχίον.] εἴτε ἐν ξ. nonnulli Parr., uti V.; — χρή om. Dietz.; — κατασκευάζεσθαι, uti V., nonnulli Parr. καὶ γὰρ — φύσιν.] ὑπεραίροιτο nonnulli codd., etiam Marc., ὑπεξαίροιτο vulg.; cum Littréo sequor Dietzium. ὥσπερ — ἐμπίπτει.] ἤδη ex compluribus mss. Littr., fert idem Marc., vulgo om.; — πλείοσι edd. antt., mss. 5., Gal., Littr., πλείστοισι vulg.

122. ἢν — ἡσύχως.] ἔξω μέρος τοῦ μ. ἡ κεφ. Dietz., unde ἡ et τοῦ recepi, quae absunt apud cett.; — οὕτω χρὴ ποιέεσθαι B. N., Dietz.; — ἢ τοιουτοτρ. Dietz., Littr., vulgo ἢ om.; — κατά τε (γε B. M. N. supra versum, Littr.) αὐτὸν (τε E. C. H. Marc.) ἤδη (ἤδη omm. Parr. 6., Marc., Dietz., Littr.) τ. γλ. vulgo; — καὶ ὀλίγῳ cett., ἢ de meo; — ὡς μὴ ὑπείκοι K.; — τῷ σώματι E. H. Q.'; — ὑπερβάλλων vulgo, ὑποβάλλων M. N. Littr., aoristum de meo dedi; — ἐκ τῶν καπετῶν vulg., imo vero ἐς τῶν κ. legendum; — ἀντικατεχέτω Parr. 11., Marc., Littr., ἀντικατασχέτω vulg.

ἢ δὲ — κοτύλης.] οὐκ ἁρμ. Ald.

τῆς — προσαρτέων.] τῷ ξύλῳ τῷ ὑποτεινομένῳ Parr. 6.,

μέντοι ξὺν [1] τῷ ξύλῳ τῷ ὑποτεινομένῳ μόχλευσιν μηχανήσαιτ' ἄν τις, ὥστε ἁρμόζειν καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τοῦ ὀλισθήματος, ἔξωθεν προσαρτέων. Ἀλλὰ τί [2] καὶ δεῖ πλείω λέγειν; ἢν γὰρ ὀρθῶς μὲν καὶ εὖ κατατείνηται, ὀρθῶς δὲ μοχλεύηται, τί οὐκ ἂν ἐμπέσοι ἄρθρον, οὕτως ἐκπεπτωκός;

admoveatur. Sed quid plura? Nam si recte et probe extensio fiat, recte quoque molitio adhibeatur, quis articulus hoc modo prolapsus non restituatur?

ρκγ'. Ἢν δὲ ἐς τοὔπισθεν μέρος ἐκπεπτώκῃ ὁ μηρός, τὰς μὲν κατατάσιας καὶ ἀντιτάσιας [3] οὕτω χρὴ ποιέεσθαι, καθάπερ εἴρηται· ἐπιστορέσαντα δὲ ἐπὶ τὸ ξύλον ἱμάτιον πολύπτυχον, ὡς μαλακώτατον, πρηνέα κατακλίναντα τὸν ἄνθρωπον, οὕτω κατατείνειν· ἅμα δὲ τῇ κατατάσι χρὴ τῇ σανίδι καταναγκάζειν τὸν αὐτὸν τρόπον ὡς τὰ ὑβώματα, κατ' ἴξιν τοῦ πυγαίου ποιησάμενον τὴν σανίδα, καὶ μᾶλλον ἐς τὸ κάτω μέρος ἢ ἐς τὸ ἄνω τῶν ἰσχίων· καὶ ἡ ἐντομὴ [4] ἡ ἐν τῷ τοίχῳ τῇ σανίδι μὴ εὐθεῖα ἔστω, ἀλλ' ὀλίγον καταφερὴς πρὸς τὸ τῶν ποδῶν μέρος. Αὕτη ἡ ἐμβολὴ κατὰ φύσιν τε μάλιστα τῷ τρόπῳ τούτῳ τοῦ ὀλισθήματός ἐστι καὶ ἅμα ἰσχυροτάτη. Ἀρκέσειε δ' ἂν ἴσως ἀντὶ τῆς σανίδος καὶ [5] ἐφεζόμενόν τινα, ἢ τῇσι χερσὶ ἐρεισάμενον, ἢ ἐπιβάντα, [6] ἐξαπίνης ἐπαιωρηθῆναι ἅμα τῇ κατατάσι. Ἄλλη δὲ οὐδεμία ἐμβολὴ τῶν πρόσθεν εἰρημένων κατὰ φύσιν ἐστὶ τῷ τρόπῳ τούτῳ τοῦ ὀλισθήματος.

123. Quodsi posteriorem in partem femur prolapsum sit, extendere quidem et in diversa ducere quomodo dictum est oportet, instratoque ligno multiplici stragulo quam mollissimo et homine prono reclinato hunc in modum extensione factâ, quomodo in gibbosis spinae affectibus, per asserem deorsum impellendum est, assere e natium regione magisque in inferiorem quam in superiorem partem collocato. Incisura vero in pariete ad asserem directa non sit, sed paulum deorsum spectans et ad pedes inclinata. Haec reponendi ratio huiusmodi luxato articulo tum maxime secundum naturam, tum etiam validissima est. Asseris autem loco abunde fortassis fuerit aliquem insidentem aut manibus annitentem, vel derepente pedibus consistentem, una quoque cum extensione sublimem ferri. Ex ante dictis vero alia nulla reponendi ratio huiusmodi luxato articulo secundum naturam est.

ρκδ'. Ἢν δὲ ἐς τὸ ἔμπροσθεν ὀλίσθῃ, τῶν μὲν κατατασίων ὁ αὐτὸς τρόπος ποιητέος, ἄνδρα δὲ χρὴ ὡς ἰσχυρότατον ἀπὸ χειρῶν καὶ ὡς εὐπαιδευτότατον ἐνερείσαντα τὸ θέναρ τῆς χειρὸς τῆς ἑτέρης παρὰ τὸν βουβῶνα καὶ τῇ ἑτέρῃ χειρὶ τὴν ἑωυτοῦ χεῖρα προσκαταλαβόντα, ἅμα μὲν ἐς τὸ κάτω ὠθέειν τὸ ὀλί-

124. At si anteriorem in partem luxatum fuerit, idem certe extendendi modus convenit. Vir autem cum manibus robustissimus, tum etiam peritissimus superiore alterius manus parte ad inguen obfirmata eandemque altera manu insuper comprehendens, una quidem luxatum articulum deorsum simulque ad anteriorem genu

[1] τῷ ὑποκειμένῳ ξύλῳ τὴν μοχλ. — [2] καί om. — [3] ἀπὸ χειρῶν καὶ ὡς εὐπαιδευτότατον ἔῃ οὕτω. — [4] ἢ om. — [5] ἐφεζόμενον. — [6] ἐξαπίνης ὁμοίως.

Littr., vulg. e V. notavi; — προσαρτέων edd. antt., Parr. 8., Littr. προσαρτέον vulg.

ἀλλὰ — ἐκπεπτωκός.] πλείω λέγειν omm. C. H. Marc.

123. ἢν δὲ — μέρος.] ἀνατάσιας (in marg. ἀντιτάσιας) καὶ κατατάσιας N.; — ἀνατάσιας, in marg. ἀντιτάσιας M.; — ante οὕτω K. eadem praemittit, quae e V. notavi; sunt autem verba ex initio capituli seq.; — χρή C. E. H. M. N., Marc., δεῖ vulg.; — ὡς εἴρηται B. C. E. H. M. N. Q.'; — ὑποστρώσαντα δὲ ὑπό Dietz.; — ὡς μαλακώτατον (μαλακώτερον E., μαλθακώτατον Dietz.) ἔῃ vulg.; equidem omitto ἔῃ cum N., in quo rest., Dietz.; — ἢ μᾶλλον codd. 7. apud Littr., ἢ καὶ μ. E., μᾶλλον sine ἤ, nec καί B., Dietz. p. 43.

οὕτω — ἰσχυροτάτη.] τε vulgo abest, ex B. C. H. M. N. dedit Littr.

ἀρκέσειε — κατατάσι.] ὁμοίως ἐπαιωρηθῆναι vulgo, ὁμοίως omm. Dietz., Littr.

ἄλλη — ὀλισθήματος.] τῶν πρόσθεν εἰρημ. B. E. C. H. M. N., Marc., τῶν προειρημένων vulg.

124. ἢν δὲ — μέρος.] τοὔμπροσθεν B. M. N.; — ἐξω-

σθημα, ἅμα δὲ ἐς τὸ ἔμπροσθεν τοῦ [1]γούνατος μέρος. Οὗτος γὰρ ὁ τρόπος τῆς ἐμβολῆς μάλιστα κατὰ φύσιν τούτῳ τῷ ὀλισθήματί ἐστ. Ἀτὰρ καὶ ὁ κρεμασμὸς ἐγγύς τι τοῦ κατὰ φύσιν· δεῖ μέντοι τὸν ἐκκρημνάμενον ἔμπειρον εἶναι, ὡς μὴ ἐκμοχλεύῃ τῷ πήχεϊ τὸ ἄρθρον, ἀλλὰ περὶ μέσον τὸν [2]περίνεον καὶ κατὰ τὸ ἱερὸν ὀστέον τὴν ἐκκρέμασιν ποιέηται.

partem propellat. Hic enim reponendi modus huic luxationi maxime secundum naturam est. Sed et suspendendi ratio prope fere ad naturam accedit. Eum tamen, qui appenditur, gnarum esse oportet, ut ne cubiti molitione articulum expellat, sed circa medium interfoemineum et iuxta os sacrum appensionem faciat.

ρκε'. Εὐδοκιμέει δὲ [3]δὴ καὶ ἀσκῷ τοῦτο τὸ ἄρθρον [4]ἐμβάλλεσθαι· καὶ ἤδη μέν τινας εἶδον, οἵτινες ὑπὸ φαυλότητος καὶ τὰ ἔξω ἐκκεκλιμένα καὶ τὰ ὄπισθεν ἀσκῷ ἐπειρῶντο [5]ἐμβάλλειν, οὐ γιγνώσκοντες ὅτι ἐξέβαλλον αὐτὸ μᾶλλον ἢ ἐνέβαλλον· ὁ μέντοι πρῶτος ἐπινοήσας δῆλον ὅτι πρὸς τὰ ἔσω ὠλισθηκότα ἀσκῷ ἐμβάλλειν ἐπειρήσατο. Ἐπίστασθαι μὲν οὖν χρὴ, ὡς χρηστέον ἀσκῷ, εἰ δέοι χρέεσθαι, διαγιγνώσκειν δὲ χρὴ, ὅτι ἕτερα πολλὰ ἀσκοῦ κρέσσω ἐστί· χρὴ δὲ τὸν μὲν ἀσκὸν [6]καταθεῖναι ἐς τοὺς μηροὺς ἀφύσητον ἐόντα, ὡς ἂν δύναιτο ἀνωτάτω πρὸς τὸν περίνεον ἀνάγοντα· ἀπὸ δὲ τῶν ἐπιγουνίδων ἀρξάμενον ταινίῃ πρὸς ἀλλήλους τοὺς μηροὺς καταδῆσαι ἄχρι τοῦ ἡμίσεος τῶν μηρῶν· ἔπειτα ἐς ἕνα τῶν ποδῶν τὸν λελυμένον, ἐνθέντα αὐλὸν ἐκ χαλκείου, [7]φῦσαν ἐσαναγκάζειν ἐς τὸν ἀσκόν· τὸν δὲ ἄνθρωπον πλάγιον κατακέεσθαι, τὸ σιναρὸν σκέλος ἐπιπολῆς ἔχοντα. Ἡ μὲν οὖν παρασκευὴ αὕτη· σκευάζονται δὲ κάκιον οἱ πλεῖστοι ἢ ὡς ἐγὼ εἴρηκα· οὐ γὰρ καταδέουσι τοὺς μηροὺς ἐπὶ

125. Laudandus quoque is est, qui per utrem hunc articulum recondere tentavit. Nonnullos tamen vidi, qui ob ineptiam tum ea quae extra, tum quae in posteriorem partem erumperent, per utrem reponere tentarent, neque adverterent hoc modo articulum potius expelli quam restitui. Constat autem eum, qui primus id excogitavit, quae intro luxata fuerunt per utrem reponere tentasse. Nosse igitur convenit, ubi usus expetit, utre utendum esse, scire tamen licet multa alia utre praestantiora esse. Uter autem non inflatus inter femora collocatur, sicut quoad eius fieri potest maxime sublimis ad interfoemineum adducatur, tum a patellis genu initio ducto fasciâ femora inter se vinciantur, quae ad eorum mediam partem tendat, deinde imposito folle fabrili in partem solutam flatus in utrem immittitur ac distendi cogitur. Homo vero in latus decumbere debet et crus affectum superiore parte habere. Atque huiusmodi quidem est apparatus. Plerique tamen deterius quam ego dixi apparant. Neque enim femorum magnam partem, sed genua tantum devinciunt,

[1] γόνατος. — [2] περίναιον. — [3] δή om., tum καὶ ὁ πειραθεὶς ἀσκῷ. — [4] ἐμβάλλεσθαι ἤδη. — [5] ἐμβαλεῖν. — [6] καταθεῖναι. — [7] φυσᾶν καὶ ἐσαναγκ.

λισθῇ Dietz. p. 26.; — εὐπαιδ. sine ὡς E.; — ἐρείσαντα Gal., codd. nonnulli; — τῆς ἑτέρης χειρὸς M. N.; — καὶ τῇ χ. τῇ ἑτ. iidem; — προσκαταλαμβάνοντα Dietz.; — κάτω μέρος ὠθέειν B. N.: — ὀλισθέειν pro ὠθέειν C., τοῦ ὀλισθήματος Dietz.; — τοὔμπροσθεν rursus B. M. N.

οὗτος — ἐστί.] κατὰ φύσιν μάλιστα B. M. N.

ἀτὰρ — ποιέηται.] ἐκκρεμάμενον vulg., ἐκκρημνάμενον C. E., ἐκκριμνάμενον Marc., eademque lectio alio modo corrupta in paucis aliis; — εἶναι ἐμπ. C.; — ἐκμοχλεύῃ C. E. H. M., Marc., Littr., ἐκμοχλεύοι vulg.; — ἀλλὰ κατὰ μέσον B. M. N., Dietz.; — περίναιον non pauca mss.; — ποιέηται E. H. M. N., Marc., Littr., ποιέεται vulg.

125. εὐδοκιμέει — ἐπειρήσατο.] δή B. C. N., Littr., δεῖ M., Marc., vulgo abest; — illud πειραθείς vulgatae, quod ex V. notavi, omm. C. N., Dietz. p. 30., Marc., Littr.; — ἐμβάλλεσθαι B. C. E. M. N., Marc., Littr., ἐμβαλέσθαι vulg.; — ἐκκεκλιμ. C. H. M. N., Marc., Littr. ἐγκ. vulg.; — ἐμβάλλειν C. H. M. N., Marc., Littr., vulg. e V. notavi; — γιγνώσκ. M. N., γινώσκ. vulg.; — ἐξέβαλον et ἐνέβαλον C. E.; — αὐτό om. Dietz.; — πρώτως K.; — ὀλισθηκότα edd. antt., codd. nonnulli, ὠλισθηκότα alii, Marc., Littr.

ἐπίστασθαι — ἔχοντα.] ὡς χρηστέον — χρή omm. Gal., Parr. nonnulli, cod. Serv., Voss.; — δὲ δεῖ ὅτι M. N.; — κρέσσω etiam Marc.; — κατατιθέναι vulg., aor. praebent C. E. H. Q.', Cod. Serv., Voss., Marc., ἐνθεῖναι B. M. N.; — τῶν μηρῶν om. Dietz.; — ἔπειτα δὲ ἐς idem; — ποδῶν B. K. M. N., Dietz., Littr., πολλῶν vulg.; — τὸ λελυμ. E.; — φῦσαν ἐσαναγκ. B. C. M. N., Marc., Littr., vulg. e V. notavi.

ἡ μὲν — ἐπιτυχόντες.] αὕτη ἐστί vulg., sed ἐστί om.

συχνὸν, ἀλλὰ μοῦνον τὰ γούνατα, [1]οὐδὲ κατατείνουσι, χρὴ δὲ καὶ προσκατατείνειν· ὅμως δὲ ἤδη τινὲς ἐνέβαλον ῥηϊδίου πρήγματος ἐπιτυχόντες. Εὐφόρως δὲ οὐ πάνυ ἔχει διαναγκάζεσθαι οὕτως· ὅ τε γὰρ ἀσκὸς ἐμφυσώμενος οὐ τὰ ὀγκηρότατα αὐτοῦ ἔχει [2]πρὸς τῷ ἄρθρῳ τῆς κεφαλῆς, ἣν δεῖ μάλιστα ἐκμοχλεύσασθαι, ἀλλὰ κατὰ ἑωυτὸν αὐτὸς μέσος, καὶ τῶν μηρῶν ἴσως ἢ κατὰ τὸ μέσον, ἢ ἔτι κατωτέρω· οἵ τε αὖ μηροὶ [3]φύσι γαυσοὶ πεφύκασι, ἄνωθεν γὰρ σαρκώδεές [4]τε καὶ ξύμμηροι, ἐς δὲ [5]τὸ κάτω ὑπόξυροι, ὥστε καὶ ἡ τῶν μηρῶν φύσις ἀπαναγκάζει τὸν ἀσκὸν ἀπὸ τοῦ ἐπικαιροτάτου χωρίου. Εἰ οὖν [6]τις σμικρὸν ἐνθήσει τὸν ἀσκὸν, σμικρὴ ἡ ἰσχὺς ἐοῦσα ἀδύνατος [7]ἔσται ἀναγκάζειν τὸ ἄρθρον. Εἰ δὲ δεῖ ἀσκῷ χρέεσθαι, ἐπὶ πουλὺ οἱ μηροὶ ξυνδετέοι πρὸς ἀλλήλους καὶ ἅμα τῇ κατατάσι τοῦ σώματος ὁ ἀσκὸς φυσητέος· τὰ δὲ σκέλεα ἀμφότερα ὁμοῦ καταδέειν ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ τῆς ἐμβολῆς ἐπὶ τὴν τελευτήν.

neque praeterea intensionem admovent, quae tamen necessario adhiberi debet. At nonnulli rem facilem nacti luxationem vel sic restituerunt. Verum hoc pacto non admodum facilis impulsio est. Inflatus enim uter qua potissimum parte tumet articuli caput, quod molitione impelli maxime debet, non attingit, sed fere tota sui parte medius inter femora vel circa medium vel adhuc inferius collocatur. Ad haec femora etiam ipsa curva natura sunt comparata. Superiore enim parte carnosa sese contingunt, inferiore vero in angustum tenuantur. Ita ut etiam femorum natura utrem ab eo loco expellat, in quem maxime immitti oportebat. Si quis igitur parvum utrem immittat, fieri nullo modo poterit, ut vis exigua illa articulum impellat. Quodsi utre utendum sit, femora inter se magna ex parte colliganda unaque cum corporis extensione uter inflandus. In hoc vero repositionis modo utraque crura extrema parte simul deliganda.

ρκς'. Χρὴ δὲ περὶ πλείστου [8]μὲν ποιέεσθαι ἐν πάσῃ [9]τῇ τέχνῃ, ὅκως ὑγιὲς [10]μὲν ποιήσεις τὸ νοσέον· εἰ δὲ πολλοῖσι τρόποισι οἷόν τε εἴη ὑγιέας ποιέειν, τὸν ἀοχλότατον χρὴ αἱρέεσθαι· καὶ γὰρ ἀνδραγαθικώτερον τοῦτο καὶ τεχνικώτερον, ὅστις μὴ ἐπιθυμέει δημοειδέος κιβδηλίης. Περὶ οὗ [11]οὖν ὁ λόγος ἐστὶ, τοιαίδε ἄν τινες κατοικίδιοι κατατάσιες εἶεν τοῦ σώματος, ὥστε ἐκ τῶν παρεόντων τὸ εὔπορον εὑρίσκειν· τοῦτο μὲν, [12]εἰ τὰ δεσμὰ

126. At vero in tota arte imprimis quidem tibi allaborandum est, ut quod aegrum est ad sanitatem reducas. Quodsi ea multis modis restitui potest, is, qui minimum habet molestiae, seligendus. Illud enim ad bonum virum et artis peritum spectare magis videtur, si popularem auram non affectes. Verum quod ad praesens institutum attinet, tam domestici sunt quidam extendendi corpus módi, ut prompte in rem praesentem expediri possint. Nempe

[1] καὶ οὐ προσκατατείνουσι. — [2] πρὸς τὸ ἄρθρον. — [3] φύσι abest. — [4] τε om. — [5] τό om. — [6] τι σμικρὸν ἐνθήσει ἀσκόν, σμικρὴ κ. τ. λ. — [7] ἐστίν. [8] μέν om. — [9] τῇ om. — [10] μὴ ποιήσῃς. — [11] δὲ νῦν. — [12] ἦν.

Dietz.; — γούνατα Ionice etiam Marc.; — οὐδὲ κατατείνουσι B. M. N., Littr., vulg. e V. notavi; — ἐνέβαλλον I. J. K. U., Marc.; — πρήγματος Ionice etiam Marc.

εὐφόρως — χωρίου.] πρὸς τὸ ἄρθρον N., uti V.; — κατὰ ἑωυτόν e pluribus Parr. Littr., idem fert Marc., κατὰ τὸν ἑωυτόν vulg.; — καί ante τῶν μηρῶν om. K.; — κατὰ μέσον B. M. N.; — κατώτερον B. C. M. N., Marc.; — τ' αὖ C.; — φύσι omm. codd. 8. apud Littr., Voss., Gal.; — ὑπόξηροι codd., ὑπόξυροι de meo; — ἐπαναγκάζει Parr. 10., Marc., Voss., ἐπαναγκάζοι vulg., Littr. de suo ἀπαναγκάζει.

εἰ — ἄρθρον.] εἴ τε vulg., εἴ τι C.; mihi illud τε sive τι ita ortum videtur, ut alius τις οὖν, alius οὖν τις scriberet; mihi redundare et delendum esse persuasum est; — ἀδύνατος B. E. M. N., Voss., Marc., Lind., Littr., ἀδύνατον vulg.; — ἔσται C., Marc. m. pr. in marg.: δυνατὸν ἔσται; Littr. ἔσται, vulg. ἐστίν.

εἰ δὲ δὴ — τελευτήν.] καὶ καταδέειν s. καταδεῖν B. N., Littr., mihi καί non recipiendum videtur; — ἐπὶ τὴν τελευτήν om. N., sed rest. in marg.

126. χρὴ δὲ — κιβδηλίης.] μέν om. cod. Serv., uti V., Dietz.; — ποιήσῃς vulg., ποιήσεις Littr.; — ὅπως ὑγιῆ ποιήσεις τὸν νοσέοντα· εἰ δὲ πολλοὺς τρόπους Dietz., qui dein ὑγιέα pro ὑγιέας; — ἀοχλώτατον B. M. N.

περὶ οὗ οὖν — ποιέειν.] οὖν B. C. M. N., Marc., Littr., νῦν vulg.; — τοιαίδε ἄν Parr. 5., Marc., Littr. τοιαίδε τ' ἄν vulg.; — τοῦ σώμ. εἶεν B. M. N., Marc., τοῦ σ. εἶεν ἄν C.; — ἢν τὰ δ. vulg., ἢ τὰ δ. Parr. 5., Marc., εἰ Littr.

τὰ ἱμάντινα μὴ παρείη [1]τὰ μαλθακὰ καὶ προσηνέα, ἀλλ' ἢ σιδήρεα, ἢ ὅπλα, ταινίῃσι χρὴ ἢ ἐκρήγμασι τρυχίων ἐρινέων περιελίσσειν ταύτῃ μάλιστα, [2]ᾗ μέλλει τὰ δεσμὰ καθέξειν, καὶ ἔτι ἐπὶ πλέον· ἔπειτα οὕτω δεῖν τοῖσι δεσμοῖσι· τοῦτο δὲ, ἐπὶ κλίνης χρὴ, ἥτις ἰσχυροτάτη καὶ μεγίστη τῶν παρεουσέων, κατατετάσθαι καλῶς τὸν ἄνθρωπον· τῆς δὲ κλίνης τοὺς πόδας, [3]ἢ τοὺς πρὸς κεφαλῆς, ἢ τοὺς πρὸς ποδῶν ἐρηρεῖσθαι πρὸς τὸν οὐδὸν, εἴτε ἔξωθεν ξυμφέρει, εἴτε ἔσωθεν· παρὰ δὲ τοὺς ἑτέρους πόδας παραβεβλῆσθαι ξύλον τετράγωνον, [4]πλάγιον, διῆκον ἀπὸ τοῦ ποδὸς πρὸς τὸν πόδα, καὶ, ἢν μὲν λεπτὸν ἔῃ τὸ ξύλον, προσδεδέσθω πρὸς τοὺς πόδας τῆς κλίνης, ἢν δὲ παχὺ ἔῃ, μηδέν· ἔπειτα τὰς ἀρχὰς χρὴ τῶν δεσμῶν, καὶ τῶν πρὸς κεφαλῆς καὶ τῶν πρὸς ποδῶν, προσδῆσαι ἑκατέρας πρὸς ὕπερον, ἢ πρὸς ἄλλο τι τοιοῦτον ξύλον· ὁ δὲ δεσμὸς ἐχέτω ἰθυωρίην κατὰ τὸ σῶμα, ἢ καὶ ὀλίγον ἀνωτέρω, ξυμμέτρως δὲ [5]ἐντετάσθω πρὸς τὰ ὕπερα, ὡς, ὀρθὰ ἑστεῶτα, τὸ μὲν παρὰ τὸν οὐδὸν ἐρείδηται, τὸ δὲ παρὰ τὸ ξύλον τὸ παραβεβλημένον· κἄπειτα οὕτω τὰ ὕπερα ἀνακλῶντα χρὴ τὴν κατάτασιν ποιέεσθαι. Ἀρκέει δὲ [6]καὶ κλίμαξ ἰσχυροὺς ἔχουσα τοὺς κλιμακτῆρας, ὑποτεταμένη ὑπὸ τὴν κλίνην ἀντὶ τοῦ οὐδοῦ τε καὶ τοῦ ξύλου τοῦ παρατεταμένου, ὡς τὰ ὕπερα πρὸς τῶν κλιμακτήρων τοὺς ἁρμόζοντας ἔνθεν καὶ ἔνθεν προσερηρεισμένα, [7]ἀνακλώμενα, οὕτω τὴν κατάτασιν ποιέηται τῶν δεσμῶν. Ἐμβάλλεται δὲ μηροῦ ἄρθρον καὶ τόνδε τὸν τρόπον, ἢν ἐς τὸ ἔσω [8]ὀλίσθῃ καὶ

si lora mollia et lenia non adfuerint, sed vel ferreae catenae, vel funes, ea vincula qua parte iniici debent, aut etiam amplius, fasciis, aut laneorum panniculorum segmentis convolvenda, tum vinculis vincienda. Homine vero in lecto ex iis, quorum est copia, firmissimo et maximo bene extento, lecti pedes vel a capite, vel qui a pedibus sunt, aut exteriore, aut interiore parte, prout conferre videbitur, ad ianuae limen obfirmandi. Ad alios autem pedes lignum quadratum transversum, quod ab uno ad alterum pedem pertingat, obiiciendum, ac si id qnidem exiguum exstiterit, ad lecti pedes deligandum, sin crassum, sine vinculo relinquendum. Post baec vinculorum capita tum a capite tum a pedibus utraque ad pistillum, vel ad aliquod alind buiusmodi lignum alligentur. Vinculum vero e directo ad corpus vel paulo etiam supra collocetur. Per pistilla vero, quae erecta exsistunt, conveniens extensio fiat, quorum alterum ad limen, alterum ad obiectum lignnm obfirmetur. Tum sic retro adductis pistillis extensio facienda. Ad boc autem satis esse poterit scala firmos gradus babens lecto supposita, ad cuius gradus, liminis et ligni appositi loco, pistillis convenienter hinc et inde firmatis eodem modo vinculorum distensio adhibeatur. Femoris item articulus, sive interiorem in partem, sive in priorem luxatus fuerit, bunc etiam in modum reconditur. Scalae in terram defixae homine insidente, tum crus quidem integrum leviter extentum qua commodum videbitur alligandum, ex affecto autem vas fictile aqua plenum appendendum, aut sporta, in quam coniecti

[1] τά om. — [2] εἰ μέλλει. — [3] ἢ τοὺς — πόδας om. — [4] πλάγιον om. — [5] ἐκτετάσθω. — [6] καί om. — [7] ἀνακλώμενα om. — [8] ἐλισθῇ.

Editor Parisiensis adnotat τά ante ἱμάντινα abesse in Parr. 11., mihi e Marc. annotatum est τά ante μαλθακά omitti, quod item in V. om.;— Porro ἢ ὅπλα, ἢ σχοινία vulg., sed Gal. in comm. recte exponit ὅπλα — τὰ κατὰ τὴν ναῦν σχοινία; quod autem addit: τὰ δὲ ἔξω τῆς νηὸς ἐν τοῖς πόλεσι καὶ κατ' ἀγρὸν διὰ τῆς κοινῆς προσηγορίας ἐδήλωσε τῆς σχοινία, id falsum est, nam τὰ σχοινία non est nisi glossema vetus, quod in textum irrepsit et omittendum est. Tum ἢ ταινίῃσι N., sed ἢ deletur; — ἐρρήγμασι vulg., emendata lectio a Littr. invecta est e Gal. Gloss.; — ᾗ μέλλει B. C. M. N., Marc., Littr., εἰ μ. vulgo; — τοῦτο δέ B. M. N., Lind., Littr., τοῦτον δέ vulg.; — τὴν οὐδόν C.; — παραβεβλῆσθαι m. pr. in M., N., Marc.; οὐδέν pro μηδέν C., Marc.; — πρὸς τῆς κεφ. et πρὸς τῶν ποδῶν vulg., sed τῆς omm. C. N., Marc., τῶν omm. C. H. N., Marc.; — πρὸς τὸ ὕπερον vulg., sed τό om. Littr. cum edd. antt., mss. multis; — τοιοῦτο ξύλον C. M. N.: — ἐντετάσθω C. M. N., Marc., ἐκτ. cett.; — τὴν διάτασιν ποιέειν vulg., ποιέεσθαι B. M. N.

ἀρκέει — δεσμῶν.] δὲ καί B. M. N., Littr., καί om. vulg.; — ἀνακλώμενα B. et pr. m. in N., Littr., vulgo om.; — ποιέηται B. M. N., Littr., ποιεῖται C., Marc, ποιεῖσθαι vulg.

ἐμβάλλεται — ἐμβαλόντα.] ὠλισθήκῃ M. N., Littr.,

ἐς τὸ ἔμπροσθεν· κλίμακα χρὴ κατορύξαντα ἐπικαθίσαι τὸν ἄνθρωπον, ἔπειτα τὸ μὲν ὑγιὲς σκέλος ἡσύχως κατατείναντα προσδῆσαι, ὅκου ἂν ἁρμόσῃ, ἐκ δὲ τοῦ σιναροῦ ἐς κεράμιον ὕδωρ [1]ἐγχέαντα ἐκκρεμάσαι ἢ ἐς σπυρίδα λίθους [2]ἐμβαλόντα. [3]Ἢν δ' ἐς τὸ ἔσω [4]ὀλίσθῃ, στρωτῆρα χρὴ διαδῆσαι μεταξὺ δύο στύλων, ὕψος ἔχοντα [5]ξύμμετρον· προεχέτω δὲ τοῦ στρωτῆρος κατὰ τὸ ἓν μέρος [6]ὁκόσον πηχυαῖον· περιδήσας δὲ περὶ τὸ στῆθος τοῦ ἀνθρώπου ἱμάτιον, ἐπικαθίσαι τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τὸ [7]προέχον τοῦ στρωτῆρος· εἶτα προσλαβεῖν τὸ στῆθος πρὸς τὸν στύλον πλατέῃ ταινίῃ· ἔπειτα τὸ μὲν ὑγιὲς σκέλος κατεχέτω τις, ὡς μὴ περισφάλληται· ἐκ δὲ τοῦ σιναροῦ ἐκκρεμάσαι βάρος, ὅσον ἂν ἁρμόζῃ, ὡς καὶ πρόσθεν [8]ἤδη εἴρηται.

ρκζ'. Πρῶτον μὲν οὖν δεῖ εἰδέναι, ὅτι πάντων τῶν ὀστέων αἱ ξυμβολαί εἰσι ὡς ἐπὶ πουλὺ ἡ κεφαλὴ καὶ ἡ κοτύλη· ἐφ' ὧν δὲ καὶ ἡ χώρα κοτυλοειδὴς καὶ ἐπίμακρος· ἔνιαι δὲ τῶν χωρέων γληνοειδέες εἰσί. Ἀεὶ δὲ ἐμβάλλειν δεῖ πάντα τὰ ἐκπίπτοντα ἄρθρα, μάλιστα μὲν παραχρῆμα ἔτι θερμῶν ἐόντων· εἰ δὲ μή, ὡς τάχιστα· καὶ γὰρ τῷ ἐμβάλλοντι ῥηΐτερον καὶ θᾶσσόν ἐστι ἐμβαλέειν, καὶ τῷ ἀσθενέοντι πουλὺ ἀπονωτέρη ἡ ἐμβολή, ἢ πρὶν διοιδεῖν, ἐστι. Δεῖ δὲ ἀεὶ πάντα τὰ ἄρθρα, ὁκόταν μέλλῃς ἐμβάλλειν, προαναμαλάξαι καὶ διακιγκλίσαι· ῥᾷον γὰρ ἐθέλει ἐμβάλλεσθαι. Παρὰ πάσας δὲ τὰς τῶν ἄρ-

lapides fuerint. Quodsi in interiorem partem luxatio acciderit, trabes iusta altitudine inter duas columnas defigatur, cui ab una parte, quae ad cubiti longitudinem exstet, aeger se applicet, obvolutoque pectori stragulo, homo contiguae trabis parti insideat, tum pectore ad columnam lata quadam habena adducto, demum crus integrum ne circumoberret, ab aliquo quidem contineatur, laeso vero pondus, quantum convenire videbitur, ut etiam supra dictum est, appendatur.

127. In primis igitur nosse convenit ossium omnium iuncturas ut plurimum ex capite et acetabulo constare, ac in quibusdam cavum acetabuli formam referre, in nonnullis vero sinus leviter esse depressos. Prolapsi autem omnes articuli maxime quidem protinus, dum adhuc sunt calidi, vel certe quam citissime recondendi. Nam et qui reponit facilius ac citius reponet aegroque longe minorem molestiam affert, si priusquam locus intumuerit, articulus recondatur. Omnes item recondendi articuli ante emolliri et dimoveri debent; sic enim facilius reverti solent. In omnibus autem articulorum repositionibus imperanda abstinentia est, praecipue

[1] ἐγχέαντας. — [2] ἐμβάλλονται. — [3] ἢν δ' ἐς. — [4] ὀλισθῇ. — [5] συμμέτρως. προσεχέτω. — [6] ὁ νοσέων ὁκόσον. — [7] προσεχές. — [8] ἤδη om.

ὀλισθήκῃ B., ὀλισθῇ vulg.; — ἢ καὶ ἐς τὸ ἔμπρ. Dietz. p. 31.; — ἐπικαθίσαι recte scriptum etiam Marc., tum b. l., tum paulo post; — εἶτα τὸ μὲν ὑγιές Dietz.; — ἐγχέαντας vulg., ἐγχέαντα Littr. de suo; — σπυρίδα B. M. N., σφυρίδα vulg., eadem in his ratio, quae in σπόνδυλος et σφόνδυλος; — ἐμβάλλοντας vulg., ἐμβαλόντας Dietz., unde ἐμβαλόντα Littr.

ἢν δ' ἐς — εἴρηται.] Vulgo ἕτερος τρόπος ἐμβολῆς, ἢν ἐς κ. τ. λ., sed Voss. in his ἢν δ' ες, recte! nempe ἕτερος τρόπος ἐμβολῆς inscriptio est, ut sunt multae aliae in codd. in hoc capite, quin hoc loco ipso; itaque programma abegi; — ὀλισθήκῃ B. M. N., ὠλισθήκῃ Littr.; — σύμμετρον B. M. N., Littr., vulg. e V. notavi; — προσεχέτω vulg., emendavit Littr.; — ὁ νοσέων ὁκόσον vulg., ὁ νοσέων om. Dietz., Littr.; — ὁκόσον τὸ πυγαῖον vulg.; Littr. animadvertit Vidum Vidium legisse πηχυαῖον, quod num recipere oporteat, dubitat; ego recepi; — προέχον N., Littr., προσέχον M., Dietz., προσεχέες vulg.; — πλατέϊ τινί ceteri, in quo latere puto id, quod exhibui; — περισφάληται B. C. M. N.; — ὅσον ἂν ἁρμόζῃ C. E. H. et B. M. N. in marg., ὅσον ἁρμόζει vulg.; — ὥσπερ E. H.; — ἤδη B. M. N., Littr., vulgo om.

127. πρῶτον — εἰσί.] ἐπὶ πουλύ Ionice etiam Marc.; — ὑπόμακρος B. M. N.; — χωρέων om. C.

ἀεὶ — ἐστί.] pro δεῖ unus alterque liber δή fert; — sitne in εὐθὺς παραχρῆμα glossa necne εὐθύς, primum dubitavi; sed vide Cobetum in Mnemos. vol. VII. p. 323.; — ἐμβαλεῖν vulgo, ἐμβαλέειν Marc., eiusdemque Ionismi vestigia apparent in paucis Parr.; — πουλύ Ionice etiam Marc.

δεῖ — ἐμβάλλεσθαι.] προσαναμαλάξαι vulg., προαναμαλάξαι ex edd. antt. et mss revocavit Littr.; — διεγκικλίσαι E., διακιγκλ. H., sed mutatum in διεγκιγκλίσαι.

παρὰ — ῥηΐδια.] παρὰ πάσας δέ Parr. 11., Marc., Littr., παρὰ δὲ πάσας vulg.; — τοὺς ἀνθρώπους C. E. H., Marc.

θρων ἐμβολὰς ἰσχναίνειν δεῖ τὸν ἄνθρωπον, μάλιστα μὲν περὶ τὰ μέγιστα ἄρθρα καὶ χαλεπώτατα ἐμβάλλεσθαι, ἥκιστα δὲ περὶ τὰ ἐλάχιστα καὶ ῥηΐδια.

ρκη'. Δακτύλων δὲ ἢν ἐκπέσῃ [1]ἄρθρον τι τῶν τῆς χειρὸς, ἤν τε τὸ πρῶτον, ἤν τε τὸ δεύτερον, ἤν τε τὸ τρίτον, [2]ωὑτὸς καὶ ἴσος τρόπος τῆς ἐμβολῆς· χαλεπώτερα [3]μέντοι αἰεὶ τὰ μέγιστα τῶν ἄρθρων ἐμβάλλειν. Ἐκπίπτει δὲ τέσσαρας τρόπους, ἢ ἄνω, ἢ κάτω, ἢ ἐς τὸ πλάγιον ἑκατέρωθεν, μάλιστα μὲν ἐς τὸ ἄνω, ἥκιστα δὲ ἐς τὰ πλάγια, ἐν τῷ σφόδρα κινέεσθαι. Ἑκατέρωθεν δὲ τῆς χώρης, οὗ ἐκβέβηκε, ὥσπερ ἄμβη ἐστί. Ἢν μὲν οὖν ἐς τὸ ἄνω ἐκπέσῃ, ἢ ἐς τὸ κάτω, διὰ τὸ λειοτέρην εἶναι ταύτην τὴν χώρην ἢ ἐκ τῶν πλαγίων, καὶ ἅμα μικρῆς ἐούσης τῆς ὑπερβάσιος, ἢν μεταστῇ τὸ ἄρθρον, ῥηΐδιόν ἐστι ἐμβάλλειν. Τρόπος δὲ τῆς ἐμβολῆς ὅδε· περιελίξαι τὸν δάκτυλον ἄκρον ἢ ἐπιδέσματί τινι ἢ ἄλλῳ τρόπῳ τοιούτῳ τινὶ, ὅκως, ὁκόταν κατατείνῃς ἄκρου λαβόμενος, μὴ ἀπολισθάνῃ· ὅταν δὲ περιελίξῃς, τὸν μέν τινα διαλαβέσθαι ἄνωθεν τοῦ καρποῦ τῆς χειρὸς, τὸν δὲ τοῦ [4]κατειλημμένου· ἔπειτα κατατείνειν πρὸς ἑωυτὸν ἀμφοτέρους εὖ μάλα, καὶ ἅμα ἀπῶσαι τὸ ἐξεστηκὸς ἄρθρον ἐς τὴν χώρην. Ἢν δὲ ἐς τὰ πλάγια ἐκπέσῃ, τῆς μὲν κατατάσιος [5]ωὑτὸς τρόπος· ὅταν δὲ δὴ δοκέῃ σοι ὑπερβεβηκέναι τὴν γραμμὴν, ἅμα χρὴ κατατείναντα ἀπῶσαι ἐς τὴν χώρην εὐθὺς, ἕτερον δέ τινα ἐκ τοῦ ἑτέρου μέρεος τοῦ δακτύλου φυλάσσειν καὶ ἀνωθέειν, ὅκως μὴ πάλιν ἐκεῖθεν ἀπολίσθῃ. Ἐμβάλλουσι δὲ ἐπιεικέως καὶ αἱ σαῦραι αἱ

quidem ubi maximi sunt et repositu difficillimi articuli, minimum vero ubi minimi et qui facile reconduntur.

128. At vero ubi digitorum articulus exciderit, sive primus, qui ad manum est, sive secundus, sive tertius, eadem et aequalis est reponendi ratio. Maximi tamen articuli aegrius semper restitui solent. Prolabuntur autem quatuor in partes, aut sursum, aut deorsum aut utrinque ad latus, sed sursum maxime, minime in latus, idque dum vehementer moventur. Ex utraque vero parte, in quam excesserunt, velut superciliosa quaedam eminentia in extrema ora labro similis apparet. Si quidem igitur in superiorem aut inferiorem partem exciderit, cum hic locus levior quam qui ad lstera sit, simulque prolapsus articulus parum excesserit, facilis repositio est. Reponendi autem ratio haec est: digito extremo vel fascia, vel alia quapiam huiusmodi ratione obvoluto, ne ea parte prehensus, dum intenditur, elabatur, unus quidem manum supra primam iuncturam, alter digiti partem obvolutam prehendat, tum ad sese probe uterque extendat, simulque prolapsum articulum in suam sedem impellere oportet. Quodsi in latus excidit, eadem quidem extendendi ratio adhibetur. Ubi namque lineam tibi excessisse videbitur, simul dum extenditur statim propellendus in locum suum. Alius vero quidam sb altera parte digitum repellat, id observans ne rursum in eam partem elabatur. Idoneam quoque repositionem praestant lacertae vimineae ex palmis contextae, σαῦραι Graecis dictae, ubi in diversa digitum contendendo altera manu

[1] ἄρθρον ἤν τε τὸ πρῶτον τῆς χειρὸς ἤν τε τὸ δ. — [2] ὁ αὐτός. — [3] μὲν ἀεί. — [4] κατειλημμένον. — [5] ὁ αὐτός.

128. δακτύλων — ἐμβάλλειν.] Principio periodi cum Littréo sequor B. C. E. H. M. N., quam lect. fert item Marc.; vulgatam e V. notavi; — ωὑτός C. E. H., Marc., Littr., ὁ αὐτός vulg.; — ὠυτος (s. ὁ αὐτός) καὶ ἴσος vulg., καὶ ἴσος omm. C. H., Marc.; — μέντοι B. M. N., Littr., vulgatam e V. notavi.

ἐκπίπτει — κινέεσθαι.] κατὰ τέσσαρας τρ. vulg., κατά omm. C. H., ubi rest. al. m., Marc.; — ἐκ τοῦ σφόδρα κιν. Q.'

ἑκατέρωθεν — ἐστί.] τε pro δέ B. C. E. H. M. N.; — ἐμβέβηκεν B. et pr. m. in N.

ἢν μὲν — ἐμβάλλειν.] μέν om. pr. m. in E.

τρόπον — χώρην.] ὅδε C. M. N., Littr., ὧδε vulg.; — περιελίξαι Littr. cum Parr. 10., idem fert Marc., περιελίξας vulg.; — ἀμφοτέρους om. pr. m. in E.; — ἄρθρον om. N., sed rest.

ἢν — ἀπολίσθῃ.] ἐκπέσῃ om. C., pr. m. in H., Marc.; — ωὑτός C. E. H. M. N., Marc., Littr., ὁ αὐτός vulg.; — κατατείναντας ceteri, sing. num. de meo dedi; — μέρεος Ionice B. M. N., Littr.

ἐμβάλλουσι — χειρός.] αἱ ante ἐκ τῶν φοιν. om. C.; — τῇ δ' ἑτέρῃ idem. — Non notavit Foës. in Oecon, voce

ἐκ τῶν Φοινίκων πλεκόμεναι, ἢν κατατείνῃς ἔνθεν καὶ ἔνθεν τὸν δάκτυλον, λαβόμενος τῇ μὲν ἑτέρῃ τῆς σαύρης τῇ δὲ ἑτέρῃ τοῦ καρποῦ τῆς χειρός. Ὁκόταν δὲ ἐμβάλῃς, ἐπιδεῖν δεῖ ὀθονίοισι ὡς τάχιστα λεπτοτάτοισι, κεκηρωμένοισι κηρωτῇ μήτε λίην μαλακῇ, μήτε λίην σκληρῇ, ἀλλὰ μετρίως ἐχούσῃ· ἡ μὲν γὰρ σκληρὴ ἀφέστηκε ἀπὸ τοῦ δακτύλου, ἡ δὲ ἁπαλὴ καὶ ὑγρὴ διατήκεται καὶ ἀπόλλυται, θερμαινομένου τοῦ δακτύλου· λύειν δὲ ἄρθρον δακτύλου τριταῖον ἢ τεταρταῖον· τὸ δὲ ὅλον [1]ἢν μὲν φλεγμήνῃ, πυκνότερον λύειν, ἢν δὲ μὴ, ἀραιότερον· κατὰ πάντων δὲ τῶν ἄρθρων ταῦτα λέγω. Καθίσταται δὲ τοῦ δακτύλου τὸ ἄρθρον τεσσαρεσκαιδεκαταῖον. Ὁ αὐτὸς δέ ἐστι θεραπείης τρόπος δακτύλων χειρός τε καὶ ποδός.

lacertam, altera primam manus iuncturam prehendas. Repositus autem articulus linteis tenuissimis, cerato neque nimis liquido, neque nimis duro, sed mediocri consistentia illitis, quam celerrime deligari debet. Quod enim durum est a digito abscedit, quod liquidum et molle, digiti calore diffluit et evanescit. Digiti autem articulus tertio aut quarto quoque die solvendus, ac, ut in totum dicam, si quidem inflammatio occupavit, crebrius, sin minus, rarius. Atque haec communiter de omnibus articulis dicta sunto. Restituitur autem digiti articulus decimo quarto die. Ac digitorum manus et pedis eadem est curandi ratio.

ρκθ'. Παρὰ πάσας δὲ τὰς τῶν ἄρθρων ἐμβολὰς δεῖ ἰσχναίνειν καὶ λιμαγχονέειν ἄχρι ἑβδόμης· καὶ εἰ μὲν φλεγμαίνοι, πυκνότερον λύειν, εἰ δὲ μὴ, ἀραιότερον· ἡσυχίην δὲ δεῖ ἔχειν ἀεὶ τὸ πονέον ἄρθρον, καὶ ὡς κάλλιστα ἐσχηματισμένον κέεσθαι.

129. In omni vero articulorum repositione victu tenui et inedia etiam ad septimum diem usque utendum, ac si quidem inflammatio subsit, crebrius, sin minus, rarius resolvendum. Semper autem afflictum articulum quietem agere et quam optimo habitu collocatum esse oportet.

ρλ'. Γόνυ δὲ εὐηθέστερον ἀγκῶνος [2]διὰ τὴν εὐστάλειαν καὶ τὴν εὐφυΐην, διὸ καὶ ἐκπίπτει [3]καὶ ἐμπίπτει ῥᾷον· ἐκπίπτει δὲ πλειστάκις ἔσω, ἀτὰρ καὶ ἔξω καὶ ὄπισθεν. Ἐμβολαὶ δὲ ἐκ τοῦ ξυγκεκάμφθαι καὶ ἐκλακτίσαι ὀξέως· ἢ ξυνελίξας ταινίης ὄγκον, ἐν τῇ ἰγνύῃ [4]θεὶς, ἀμφὶ τοῦτον ἐξαίφνης ἐς ὄκλασιν ἀφιέναι τὸ σῶμα. Δύναται δὲ καὶ κατατεινόμενον μετρίως, ὥσπερ ἀγκὼν, [5]ἐμπίπτειν, τὰ

130. Genu cubiti gibbo ob succinctam et commodam eius naturam benignius est, ideoque facilius excidit et incidit; excidit autem saepissime interiorem in partem, sed et in exteriorem et posteriorem prolabitur. Hoc autem reponit conflexio et subito dein facta excalcitratio, aut si ad convolutum fasciae globum in poplitem immissum ut derepente genibus flexis corpus in suras et talos subsidat, permiseris. Potest quoque

[1] εἰ μὴ φλ. — [2] δὲ διά. — [3] καὶ ἐμπίπτει om. — [4] καὶ θεὶς ἀμφί. — [5] ἐκπίπτειν.

σαῦραι locum Aristotelis de part. anim. IV. 9. ubi: ὅσοις δὲ κοτυληδόνες ἐν τοῖς ποσὶ καὶ πλεκτάναι πρόσεισι, δύναμιν ἔχουσι καὶ σύνθεσιν τοιαύτην. οἵανπερ τὰ πλεγμάτια, οἷς οἱ ἰατροὶ οἱ ἀρχαῖοι τοὺς δακτύλους ἐνέβαλλον. κ. τ. λ. Ὁκόταν — λέγω.] ἐμβάλλῃς vulg., ἐμβάλῃς Littr.; — ἣν δὲ ὑγρὴ ἔῃ θερμαινομένου τοῦ δακτύλου διατήκεται καὶ ἀπόλλυται Marc., C. E. H.; — λύει N.; — ἢν μὴ φλεγμ. K., cf. lect. V.; — εἰ δὲ μή C. E. H. K. L. M. N. Ὁ αὐτὸς — ποδός.] θερ. ponitur post ποδός in Parr. 6. et Marc.; — χειρὸς δακτύλων C. H., Marc.; — τε omm. C. E. H., Marc.; — ποδῶν B. M. N.

129. παρὰ πάσας — κέεσθαι.] καὶ ἄχρι Gal., Parr. 6., ἄχρις E.; — ἑβδομαίου B. E. C. H. M. N., Marc.; — φλεγμαίνει vulg., φλεγμαίνοι Littr. cum Gal., mss. 11.; idem fert Marc.; — ἣν δὲ μή vulg.; — εἰ δὲ μή Littr., cum mss. 7.: idem ferunt Voss., Marc.; — μάλιστα pro κάλλιστα C.

130. γόνυ — ὄπισθεν.] εὐηθέστερον vulg., εὐανθέστερον Ald., Gal., Parr. 7., Marc., et B. C. M. in marg. ἴσως εὐαλθέστερον, sed quid ab auctore sit datum εὐηθέστερον, an εὐαλθέστερον non discerno. Tum ἐστὶ διά Dietz. p. 47.; — εὐσταλίην ceteri; — καὶ ἐμπίπτει ex B. M. N. dedit Littr., vulgo om. ἐμβολαὶ — σῶμα.] ἐμβολή J.; — δὲ καὶ ἐκ E.; — ἢ ἐκλακτ. vulg., dedi καί cum Mochl. — ἰγνύῃ Parr. 6.; — καὶ θείς vulg., καθείς K., θείς sine καί C. E. H. Marc., Dietz., Littr.; — τούτου τόν pro τοῦτον C. E. H., Marc. δύναται — κοινή.] καὶ ἔνθα vulg., ἢ ἔνθα codd. 7. apud Littr., Voss., Marc.; — ἢ ἐκλακτ. vulgo, καί cum Mochl. — ἀτὰρ καὶ ἐκ E. M. N., Littr., vulgo καί om. Mihi additum videtur ob pravam distinctionem.

ὄπισθεν· τὰ δὲ ἔνθα ἢ ἔνθα ἐκ τοῦ ξυγκεκάμφθαι καὶ ἐκλακτίσαι. Ἀτὰρ ἐκ κατατάσιος μετρίης ἡ διόρθωσις ἅπασι κοινή. Ἢν δὲ μὴ ἐμπέσῃ, τοῖσι μὲν ὄπισθεν, ξυγκάμπτειν οὐ δύνανται, ἀτὰρ οὐδὲ τοῖσι ἄλλοισι πάνυ· μινύθει δὲ μηροῦ καὶ κνήμης τοὔμπροσθεν· ἢν δὲ ἐς τὸ ἔσω, βλαισότεροι, μινύθει δὲ τὰ ἔξω· ἢν δὲ ἐς τὸ ἔξω, γαυσότεροι, χωλοὶ δὲ ἧσσον, κατὰ [1]γὰρ τὸ παχύτερον ὀστέον ὀχέει, μινύθει δὲ τὸ ἔσω. Ἐκ γενεῆς δὲ καὶ ἐν αὐξήσι κατὰ λόγον τῶν πρόσθεν.

moderata extensione, non secus ac cubiti gibbus, cum posteriorem in partem prolapsum est, suum in locum reverti. Ubi vero in hanc vel illam partem excidit, conflexione et dein facta excalcitratione reconditur. Sed restitutio, quae fit extensione modica, omnibus communis est. Quodsi non revertit, neque cum posteriorem in partem, neque cum alias in partes excessit, flecti admodum queat. Femoris vero et tibiae pars anterior imminuitur. At quibus interiorem in partem excidit, ii valgi magis evadunt, exterioribus autem partibus imminuuntur. Quibus autem exteriorem in partem excidit, ii vari magis, claudi vero minus efficiuntur. Crassiore autem ossis parte gestantur et interioribus partibus imminuuntur. At quibus a primo ortu aut dum adbuc corpus augetur, luxatio facta est, ii quo modo prius dictum est se habent.

ρλα'. Τὰ δὲ κατὰ τὰ σφυρὰ, κατατάσιος ἰσχυρῆς δέεται, ἢ τῇσι χερσὶ, ἢ ἄλλοισι τοιούτοισι, κατορθώσιος δὲ ἅμα ἀμφότερα ποιεούσης· κοινὸν δὲ τοῦτο ἅπασι.

131. Articuli circa malleolos luxati valida intensione, quae per manus, aut alia huiusmodi adhibetur, opus habent, ac directione, quae simul utrumque efficiat. Hoc vero omnibus commune est.

ρλβ'. Τὰ δὲ ἐν ποδὶ, ὡς [2]καὶ τὰ ἐν χειρί.

132. At quae in pede accidunt velut ea quae in manu curationem recipiunt.

ρλγ'. Τὰ δὲ τῆς κνήμης ξυγκοινωνέοντα καὶ ἐκπεσόντα ἐκ γενεῆς, ἢ καὶ ἐν αὐξήσι ἐξαρθρήσαντα, ταὐτὰ ἃ καὶ ἐν χειρί.

133. Quae vero cum tibia consensionem habent et a primo ortu excidunt, aut etiam dum corpus adbuc augetur luxantur, eandem quam in manu repositionem babent.

ρλδ'. Ὁκόσοι δὲ πηδήσαντες ἄνωθεν ἐστηρίξαντο τῇ πτέρνῃ, ὥστε διαστῆναι τὰ ὀστέα καὶ φλέβας ἐκχυμωθῆναι καὶ νεῦρα ἀμφιφλασθῆναι, ὁκόταν γένηται οἷα τὰ δεινὰ, κίνδυνος μὲν σφακελίσαντα τὸν αἰῶνα πρήγματα παρασχεῖν· ῥοιώδη μὲν γὰρ τὰ ὀστέα,

134. At quibus ex alto desilientibus et in calcem innixis ossa dissident, venae subter cutem offenduntur ac nervi contunduntur, ubi haec gravia facta fuerint, periculum quidem est ne ex sideratione iis per totam vitam negotium exhibeatur. Fluxa si quidem iis ossa

[1] δέ. — [2] κατὰ ἐν τῇ χ.

ἢν — ἔσω.] κνήμης ἔμπροσθεν C., pr. m. in H., Marc.; — in βλαισότερον solita in mss. varietas per ε̄, per σ̄σ̄, cett.; — κατὰ γάρ Dietz., Littr., κατὰ δέ vulg.; — παχύτατον Dietz.
ἐκ γενεῆς — πρόσθεν.] ἢ ἐν αὐξ. C. H. M. N., Marc., in H. supra versum καί; — τῶν πρόσθεν M. et N., in quo τόν supra versum.
131. τὰ — ἅπασι.] ἄλλοισι τοῖσι κατορθ. C. H., in quo mutatur in τοιούτοισι, Marc., τούτοισι E.; — κοινῇ C.; — πᾶσιν Dietz.
132. τὰ δὲ — χειρί.] ἐν τῇ χ. vulg., ἐν χ. Parr. 5., Marc., Littr. — Post χειρί omnes ὑγιέες, quod quomodo quis explicet non video; emblema alienum est.
133. τὰ — χειρί.] καὶ μὴ ἐκπεσόντα E. H. N., Marc., in E. vero in margine γεγρ. καὶ ἄνευ τοῦ μή. — Tum ἢ ἐν αὐξ. sine καί C. E. H.
134. ὁκόσοι — κοινωνέοντα.] ἐγχυμωθῆναι Gal., J. M., N.; — ἀμφιθλασθῆναι J. M. N., Gal.; — οἷα τὰ δεινότατα legitur in Mochlico § 29.; — ῥοικώδη E. al. m., ed. Bas.; in Mochl. ῥοικώδη legitur, ῥοώδεα ὀστέα exponit Erot., quem cf.; — Marc., Voss. vulgatam ferunt.

τὰ δὲ νεῦρα ἀλλήλοισι κοινωνέοντα. [1]Ἔπεὶ καὶ οἷσι ἂν μάλιστα καταγεῖσι, ἢ ὑπὸ τρώματος ἢ ἐν κνήμῃ, ἢ ἐν μηρῷ, ἢ νεύρων [2]ἀπολυθέντων, ἃ κοινωνέει τούτων, ἢ ἐκ κατακλίσιος ἀμελέος ἐμελάνθη πτέρνη, καὶ τούτοισι τὰ παλιγκοτέοντα [3]ἐκ τῶν τοιούτων. Ἔστι [4]δ' ὅτε καὶ πρὸς τῷ σφακελισμῷ γίγνονται πυρετοὶ ὀξέες, [5]λυγμώδεες, γνώμης ἁπτόμενοι, ταχυθάνατοι [6]καὶ ἔτι φλεβῶν αἱμορρόων [7]πελιώσιες. Σημήϊα δὲ τῶν παλιγκοτησάντων, ἢν τὰ ἐκχυμώματα καὶ τὰ περὶ ταῦτα ὑπόσκληρα καὶ ὑπέρυθρα ᾖ· ἢν γὰρ ξὺν σκληρύσματι πελιδνωθῇ, κίνδυνος μελανθῆναι· ἢν δὲ ὑποπέλια ᾖ, ἢ καὶ πέλια καὶ μαλθακὰ καὶ κεχυμένα, ἢ ὑπόχλωρα καὶ μαλθακὰ, ταῦτα ἐπὶ πᾶσι τοῖσι τοιούτοισι ἀγαθά. [8]Ἴησις, ἢν μὲν ἀπύρετος ἔῃ, ἐλλέβορος· ἢν δὲ μὴ, [9]μή, ἀλλὰ ποτὸν ὀξύγλυκυ, εἰ δέοι. Ἐπιδέσις, — ἐπιδέειν μὲν πάντα, μᾶλλον δ' ἐφ' οἷσι φλάσματα, ὀθονίοισι πλείοσι καὶ μαλθακωτέροισι· πιέξις ἧσσον· προσπεριβάλλειν δὲ τὰ πλεῖστα τῇ πτέρνῃ. Τὸ σχῆμα, ὥσπερ ἡ ἐπίδεσις, ὡς μὴ ἐς τὴν πτέρνην ἀποπιέζηται. Νάρθηξι δὲ μὴ χρέεσθαι.

ρλε'. Οἷσι δ' ἂν ἐκβῇ ὁ πους ἢ αὐτὸς, ἢ ξὺν τῇ ἐπιφύσι, ἐκπίπτει μὲν μᾶλλον ἐς τὸ ἔσω. Ἢν δὲ μὴ ἐμπέσῃ, λεπτύνεται ἀνὰ

evadunt; nervi autem inter se consensionem habent. Quum etiam iis, quibus maxime fracta sunt, sive ex vulnere in tibia, vel in femore, aut nervis dissolutis, qui cum his consensionem habent, aut ex decubitu neglecto calx denigrata fuit, ex talibus mala recrudescere consueverint. Interdum vero ad siderationem accedunt febres acutae, singultuosae, mentem attentantes et quae citissimam mortem afferant, idque cum venarum sanguinem fundentium lividoribus. Recrudescentis morbi indicia sunt, ubi sanguis a venis in cutem effusus et quae his vicina sunt, duritiem et ruborem aliquem contraxerunt. Quippe si cum duritie livescunt, ne nigrescant periclitantur. Sin sublivida, aut etiam livida et mollia et diffusa fuerint, aut aliquantulum ex virore pallida et mollia, haec in huiusmodi omnibus bono sunt. Ad horum curationem, si quidem febris absit, veratrum adhibendum, alioqui non, sed in potu mulsa acida, si opus sit. Deligatio haec sit: omnia quidem, maxime vero quibus collisiones accedunt, deliganda pluribus linteis et mollioribus; compressione minore utendum, plurima fasciae parte ad calcem circumiecta. Figuratio sicuti deligatio ea sit, qua ne in calcem expressio fiat. Ferulis autem non utendum.

135. At quibus pes solus, aut cum adnato osse excessit, interiorem quidem in partem magis excidit ac nisi recondatur, et coxa et femur

[1] ἔπειτα. — [2] ἀπολισθέντων. — [3] δὲ ἐκ. — [4] δ' ὅτε. — [5] λειμώδεες. — [6] καὶ ἐν φλεβέων. — [7] πελιώσεσι. — [8] ἡ ἴησις. — [9] μή om.

ἐπεὶ — τοιούτων.] ἐπεί C. E. H., Littr., ἔπειτα vulg., fortasse ex ἐπεί τοι natum; — καὶ ὅσοι ἂν C.; — ἀπὸ τρωμ. E. H., sed mutatum in ὑπὸ τρωμ.; — ἀπολισθέντων pro ἀπολυθέντων haud ita pauci Parr., Marc., e quo μηρῶν ἀπολισθέντων excerptum lego, Ald. Gal.; — δὲ ἐκ τῶν τοιούτων, uti V., edd. antt., mss. nonnulla.

ἔστι — πελιώσιες.] δ' ὅτε cod. Serv., Voss., cett. δ' omm.; — λυγμώδεες in λυμώδεες, λοιμώδεες abiit in multis mss.; — ad ἔτι φλεβῶν adnotant lectt.: ἐμφλεβῶν, ἐν φλέβων et ἐν φλεβῶν; — porro αἱμορροιέων vulg., αἱμορροίων F. J., αἱμορρόων de meo, — πελιώσεσι Parr. 10., Marc., Ald., Gal.

σημήϊα — ἀγαθά.] σημήϊα δὲ τῶν παλιγκοτησάντων. ἢν τὰ ἐκχυμώματα καὶ τὰ μελάσματα καὶ τὰ περὶ ταῦτα ὑπόσκληρα καὶ ὑπέρυθρα· ἤν τε ξὺν σκληρύσματι (σκληρύσμασι alii codd.) πελιδνωθῇ, κίνδυνος μελανθῆναι· ἢν δὲ ὑποπέλια ᾖ (ᾖ omm. libri non pauci) ἢ (ἢ omm. C. et pr. m. in E.) καὶ (καί om. K.) μάλα (μάλα πελιά C) (μαλακά pro μάλα M. N.) καὶ ἐκκεχυμωμένα ἢ ὑπόχλωρα καὶ μαλακὰ, ταῦτα ἐπὶ πᾶσι τοῖσι τοιούτοισι ἀγαθά vulgata; equidem locum refeci ad ductum § 29. Mochlici, ubi nonnulla melius descripta habentur.

ἴησις — δέοι.] ἡ ἴησις vulg., ἡ omm. C. H. M. N., Marc., Littr., in H. ἡ rest.; — ἀπύρεκτος nonnulla mss.; — ἐλεβ. C., Ald.; — εἰ δὲ μή C. E. H. N., Marc. — De meo ἐλλέβορος, ceteri ἐλλέβορον.

ἐπίδεσις — πτέρνῃ.] ἐπίδεσις ἄρθρων vulgo, ἐπιδέσιος ἄρθρων M., ego e vulgata ἄρθρων abegi; — ἐπὶ δὲ πάντα ceteri, in quo vestigium deprehendere mihi visus sum eius, quod exhibui; — μᾶλλον τοῖσι φλάσμασι (θλάσμασι C. E. H. M. N., Marc.) vulgata, quam de coniectura mutavi; — μαλακωτέροισι H.

τὸ σχῆμα — ἀποπιέζηται.] τὸ σχῆμα, ὅπερ (ὅπερ om. H., sed rest. al. m.) ἡ (ᾗ Ald., ᾗ Gal., ἡ om. Chart.) ἐπίδεσις ceteri, ego illud ὅπερ in ὥσπερ mutavi de meo.

135. οἷσι — ἔσω.] ὅσοις ἐκβαίνει ὁ πους E.; — οἷς ἂν ἐκβῇ ὁ πους H.; — ἐκβῇ omm. Ald., Gal.

ἢν δὲ μὴ — ὀλισθήματος.] τότε omm. C. H., Marc., in

χρόνον τό τε ἰσχίον καὶ ὁ μηρὸς καὶ κνήμης τὸ ἀντίον τοῦ ὀλισθήματος. Ἐμβολὴ [1] δὲ, ὥσπερ καρποῦ, κατάτασις δὲ ἰσχυρή. Ἴησις δὲ νόμος ἄρθρων. Παλιγκοτέει, ἧσσον δὲ καρποῦ, ἢν ἡσυχάσωσι. Δίαιτα μείων ἐλινύουσι. Τὰ δὲ ἐκ γενεῆς ἢ ἐν αὐξήσι, κατὰ λόγον τῶν πρότερον.

et tibiae pars luxationi ex adverso respondens temporis successu extenuatur. Repositio autem quae primae iuncturae manus, contentio vero valida. Curatio vero pro lege articulorum adhibeatur. Quodsi quiescant, minus quam in prima manus iunctura morbus recrudescit. Et quietem agentibus victus ratio tenuior imperanda. Quae vero a primo ortu, aut cum adhuc corpus augetur accidunt, eam, quae supra comprehensa est, tractationem habent.

[1] δὲ καὶ ἄλλη.

H. rest. al. m.; — ὁ ante μηρός omm. C. H., Marc., in H. rest. al. m.; — τοῦ om. J.
ἐμβολὴ — ἰσχυρή.] δὲ καὶ ἄλλη vulg.; καί om. Littr. cum Ald., mss. 11., om. etiam Marc.; equidem otiosum καὶ ἄλλη abegi.
τὰ — πρότερον.] τὸν πρότερον ceteri, cf. finem § 82. cum varr. lect.

ΜΟΧΛΙΚΟΝ.

ΤΑ ΠΛΕΙΣΤΑ ΕΠΙΤΟΜΗ ΕΣΤΙ ΒΙΒΛΙΩΝ ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΑΓΜΩΝ ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΑΡΘΡΩΝ.

VECTIARIUS.

SUMMATIM EPITOME EST LIBRORUM DE FRACTIS ET DE ARTICULIS.

ΜΟΧΛΙΚΟΝ.

α΄. Ῥὶς δὲ καταγεῖσα [1] ἀναπλάσσεσθαι οἵη τε αὐθήμερος. Κὴν μὲν [2] οὖν ὁ χόνδρος, [3] ἐντιθέναι ἄχνην ὀθονίου ἐναποδέοντα λοπῷ Καρχηδονίῳ, [4] ἢ ἄλλῳ, ὃ μὴ ἐρεθιεῖ· τῷ λοπῷ δὲ τὰς παραλλάξιας παρακολλᾶν καὶ ἀναλαμβάνειν. Ταῦτα δὲ ἐπίδεσις [5] κακοποιέει. Ἴησις, ἀλήτῳ ξὺν μάννῃ, ἢ θείῳ ξὺν κηρωτῇ. Αὐτίκα [6] ἀναπλάσσειν ἀνακωχήσας τοῖσι δακτύλοισι [7] ἐσμασάμενος καὶ παραστρέφων καὶ τὸ Καρχηδόνιον. Πωροῖτο δ' ἂν καὶ ἢν ἕλκος ἐνῇ καὶ ἢν ὀστέα ἀπιέναι μέλλῃ, — οὐ γὰρ παλιγκοτώτατα, — οὕτω ποιητέα.

β΄. Οὖς καταγὲν μὴ ἐπιδεῖν, μηδὲ καταπλάσσειν· ἢν δέ τι δέῃ, ὡς κουφότατον, ἢ κηρωτῇ καὶ θείῳ κατακολλᾶν. Ὧν δὲ ἔμ-

VECTIARIUS.

1. Nasus autem confractus eodem die conformari potest. Si quidem igitur cartilago desidit, derasam lintei lanuginem Carthaginiensis corii cortice, aut aliqua alia re, quae non irritet, convolutam in nares immittere oportet. Ad lorum autem deviationes agglutinare eoque illas excipere oportet. Deligatio vero his nocet. Sanatio obtinetur farina cum manna thuris, vel sulphure cum cerato. Statim autem nasus componatur dum sustentatur digitis immissis, dum corium Carthaginiense circumvolvis. Callo autem obducetur etiam, ubi ulcus inest et ossa abscedere exspectandum est; — neque enim recrudescere haec solent. Ita faciendum est.

2. Auri fractae neque vinculum, neque cataplasma adhibendum; sin oporteat, quam levissimum, aut cerato et sulphure agglutinandum.

[1] ἀναπλάσσεται οἷον αὐθωρός. — [2] οὖν om. — [3] ἐκτιθέναι. — [4] ἢ ἐν ἄλλῳ. — [5] καταποιέει ἴησις ἅμα δὲ τῷ ξυμβαλεῖν τῇ θείῳ. — [6] ἀναπλάσσεις ἔπειτα ἀνακωχίσης. — [7] ἐσμαντευόμενον καὶ παραστρέφοντα.

1. ῥὶς — αὐθήμερος.] κατεαγεῖσα vulg., καταγεῖσα Marc.; — ἀναπλάσσεται J. L., Littr.; — οἷον sine τε Parr. nonnulli, οἵ τε Marc., εἰ οἷόν τε Littr., εἰ de suo addens; — αὐθωρόν vulg., αὐθωρός Voss., αὐθηρόν Marc., in quo latet αὐθήμερον s. αὐθήμερος. Littréus minus recte ἀναπλάσσεται εἰ οἷον τε: nempe locus ductus est e § 85. libri de articulis, cum qua prorsus congruit.

κὴν μὲν — ἀναλαμβάνειν.] τοῦτο κοινόν· ἢν μὲν οὖν Marc.; — ἐντίθεται vulg., ἐντιθῆναι J.; — ἀποδέοντα K.; — ἢ ἐν ἄλλῳ vulg., ἐν om. Marc.; — ὃ μή J. M. N., Littr., ᾧ μή vulg.; — αἱ παραλλάξιες mihi esse videntur deflexiones partium laesarum de situ solito.

ταῦτα — κακοποιέει.] vulgo καταποιέει. sed Marc. γέγραπται καὶ κακοποιέει. Littr. e vulg. κακὰ ποιέει, recte, sed malo tamen Marcianum sequi; cave autem ne ταῦτα subiectum esse credas; est obiectum.

ἴησις — κηρωτῇ.] ἴησις ἄλλη (ἄλλη om. D., ubi rest. al. m., G. H. J. U.) ἅμα δὲ τῷ ξυμβαλεῖν (ξυμμάννῃ H.) ἢ (τῇ pro ἢ B. D., et ἢ supra versum al. m., F. G. I. J. K. M. N. U.) θείῳ ξὺν κηρωτῇ vulg.; — ἴησις ἄλλη τῶι ξυμμάννηι ἢ θείωι ξὺν κηρωτῆι Marc. — Textum recte descripsit Littr.

αὐτίκα — Καρχηδόνιον.] ἀναπλάσσεις Ald., Parr. 9., Marc., ἀναπλάσεις H., Littr., ἀναπλάσσειν vulg.; — post ἀναπλάσσειν vulgo ἔπειτα, quod insiticium est, ita ut reiiciam; — ἀνακωχίσης L., ἀνακωχήσας Parr. 4., ἀνακωχήσεις alii 6., Littr., Marc., ἀνακοχήσας Ald., ἀνακογχύζειν vulg.; — ἐσμαντευόμενον Ald., Parr. 7., ἐσματτευόμενον vulg., ἐσματτευόμενος Littr., ἐσμασάμενος de meo dedi; — παραστρέφοντα vulg., παραστρέφων Littr.

πωροῖτο — ποιητέα.] πώροιτο δ' ἂν Marc., unde δ' recepi, quod ceteri non habent; — pro παλιγκοτώτατα Littr. fortasse παλίγκοτα ταῦτα legendum esse opinatur. Miro modo extremo capitulo adhaeret illud οὕτω ποιητέα, pro quo saltem malim οὕτω ποιητέον.

2. οὖς — κατακολλᾶν.] Cf. de articulis § 88.; — κουφότατον H. al. m., Marc., Lind., Littr., κυφότατον vulg. Ceteri ἡ κηρωτή· καὶ θείῳ perinepte: ἢ κηρωτῇ καὶ θείῳ legendum esse docent verba § 1. ἢ θείῳ ξὺν κηρωτῇ. — Littréus monet collato loco e lib. de artic. se fere σταιτί pro θείῳ legere velle. Equidem proxime ad mss. lectionem locum restituere studui. — Tum κατακολλᾶν edd. antt., Parr. 9., Marc., Littr., παρακολλᾶν vulg.

ὧν δὲ — πλέα.] δ' ἔμπυα Marc.; — τὼ ὦτε (sic) J.,

πυα τὰ ὦτα, διὰ παχέος εὑρίσκεται· πάντα δὲ τὰ ὑπόμυξα καὶ τὰ [1]ὑγρῇ σαρκὶ πλήρεα [2]ἐξαπατᾷ· οὐ μὴν βλάβη στομωθὲν τὸ τοιοῦτον· ἐστὶ γὰρ ἄσαρκα καὶ ὑδατώδεα, μύξης πλέα· ὅκου δὲ καὶ οἷα ἐόντα θανατώδεα ἐστι * παρεθέντα. [3]Ὤτων καῦσις πέρην τάχιστα ὑγιάζει· κυλλὸν δὲ καὶ μεῖον γίγνεται τὸ οὖς ἢν πέρην καυθῇ. Ἢν δὲ στομωθῇ κούφῳ ἐναίμῳ [4]δεήσει χρῆσθαι.

At quibus aures ad suppurationem tendunt, iis pus sub crassiore parte reperitur. Omnia vero quaecumque submucosa et humida carne plena sunt, in errorem inducunt. Neque tamen metuendum ne ex talium sectione detrimentum accipiatur; non enim habent carnem et humore plena sunt. . . . . Aures cito sanescunt, si in utramque partem ferramentum candens adigatur; mutila tamen et minor candenti ferro praeter traiecta auris redditur. Quodsi aperta fuerit, levi aliquo medicamento, quod cruentis vulneribus adhibetur, imposito opus erit.

γ'. Γνάθοι δὲ κατασπῶνται μὲν πολλάκις καὶ καθίστανται· ἐκπίπτουσι δὲ ὀλιγάκις, μάλιστα [5]δὲ χασμωμένοισι· οὐ γὰρ ἐκπίπτει, εἰ μή τις χανὼν [6]μέγα παραγάγοι· ἐκπίπτει δὲ μᾶλλον, [7]ὅτι τὰ νεῦρα ἐν πλαγίῳ καὶ λελυγισμένα [8]ξυνδιδοῖ. Σημεῖα· προέχει ἡ κάτω γνάθος καὶ παρέστραπται τἀναντία τοῦ ἐκπτώματος· ξυμβάλλειν οὐ δύνανται· ἢν δ' ἀμφότεραι, προΐσχουσι μᾶλλον, ξυμβάλλουσι ἧσσον, ἀστραβέες· δηλοῖ δὲ τὰ ὅρια τῶν ὀδόντων τὰ ἄνω τοῖσι κάτω κατ' ἴξιν. Ἢν οὖν ἀμφότεραι ἐκπεσοῦσαι μὴ αὐτίκα ἐμπέσωσι, θνήσκουσι δεκαταῖοι οὗτοι μάλιστα πυρετῷ ξυνεχέϊ, νωθρῇ τε καρώσι· οἱ γὰρ μύες οὗτοι, τοιοῦτοι· γαστὴρ ἐπιταράσσεται ὀλίγα ἄκρητα· καὶ ἢν ἐμέωσι, τοιαῦτα ἐμέουσι. Ἡ δ' ἑτέρη, [9]ἀσινεστέρη. Ἐμβολὴ δὲ ἡ αὐτὴ ἀμφοτέρων· κατακειμένου ἢ καθημένου τῆς κεφαλῆς ἐχόμε-

3. Maxillae autem frequenter quidem deorsum trahuntur et restituuntur, raro vero excidunt, maxime quidem hiantibus. Neque enim excidit maxilla, nisi quis vehementer ore aperto eam in alteram partem torqueat. Idque magis accidit, quod nervi in obliquo positi ubi contorquentur concedunt. Cuius rei hae notae sunt: maxilla inferior in anteriorem partem prominet et in alteram luxationis partem pervertitur, aegri maxillas committere nequeunt. Quodsi utraque parte maxilla prolabatur, prominet magis, os minus committunt, minime distorquentur, quod dentium fines indicant, cum inferiores superioribus ex adverso respondeant. Utraque igitur maxillae parte prolapsa, nisi statim reposita fuerit, intra decimum diem fere ex febre assidua et segni sopore moriuntur. Hi enim musculi eiusmodi soporem inferunt, alvus paucis et sinceris conturbatur et si vomitus

[1] τῇ ὑγρῇ. — [2] ἐξ ἀπαταί. — [3] ὦτα καὶ σης. — [4] δεήσῃ. — [5] μέν. — [6] ἔσται μέγα ἐκπίπτει. — [7] ἐπὶ (i. e. ἐπεὶ) τὰ νεῦρα. — [8] τοῦ συνδιδοῦς σημεῖα παρέχει. — [9] ἀσινεστέρη abest; non interpungitur.

τὰ ὦτα om. Marc.; — τά ante ὑγρῇ H., Marc. praebuerunt; — ἐξαπαταίου μὴ βλάβη γένηται vulg., sed Marc. γένηται om.; Littr. ἐξαπατᾷ, οὐ μὴ βλάβη dedit; verum si conferas locum e lib. de artt., patet οὐ μήν esse legendum et Marcianum recte γένηται omittere. At quae sequuntur ὅκου δὲ καὶ οἷα ἐόντα θανατώδεά ἐστι παρεθέντα (παρεῖται Marc.) respondent verbis e lib. l.: ὅσα δὲ ὑδατώδεα χωρία — ἐν ἄλλῳ λόγῳ γεγράψεται. Itaque nostra corrupta esse constat. Dederitne fortasse epitomes auctor ὅκου δὲ καὶ οἷα ἐόντα θανατώδεά ἐστι στομωθέντα παρατεθήσεται? An vero desideravit locum, quem respicit auctor libri de artic., et quem non reperimus in isto opere, adeo ut παρεῖται sit legendum cum Marciano? — τοιοῦτο Parr. 4., Marc.

ὤτων — καυθῇ.] Pro ὤτων Parr. 3. ὦτα.

3. γνάθοι — ξυνδιδοῖ.] Observat Littr. κατασπᾶσθαι h. l. dici, quod σχᾶσθαι § 78. libri de artic.; — vulg. ἢν μή τις, sed εἰ μή τις Marc.; — παρανάγοι vulg., παρανάγῃ Littr., παραγάγῃ H., παραγάγοι Marc.; non scriptum fuisse παρανάγοι docet locus similis libri περὶ ἄρθρων.

σημεῖα — κατ' ἴξιν.] σημεῖα παρέχει vulg., σημεῖα· προέχει coniecit Foës., dedit Littr., praebet cod. Marc.; — καὶ εἰ παρεστρ. B. M. N.; — προσίσχωσι vulg., προΐσχωσι Ald. Parr. 10., προΐσχουσι Foës., Littr.

ἢν οὖν — ἐμέουσι.] ξυνεχεῖ per ξ K., Marc.; — τε post νωθρῇ non habet Marc.; — καὶ ἢν ἐμέσωσι G.; — τὰ τοιαῦτα vulg., sed τά omm. H. L. U., Marc., Littr.

ἐμβολὴ — στόμα.] καθημένου τοῦ ἀνθρώπου vulg., τοῦ

νον, περιλαβόντα [1] τὰς γνάθους [2] ἀμφοτέρας ἀμφοτέρῃσι χερσὶ ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν, τρία ἅμα ποιῆσαι· ὦσαι [3] ἐς ὀρθὸν, καὶ ἐς τοὐπίσω, καὶ ξυσχεῖν τὸ στόμα. Ἴησις μαλάγμασι καὶ σχήμασι καὶ ἀναλήψι γενείου ποιοῦσι ταὐτὰ τῇ ἐμβολῇ.

δ'. Ὦμος δὲ ἐκπίπτει κάτω. Ἄλλῃ δὲ οὔπω ἤκουσα. Δοκέει [4] μὲν γὰρ ἐς [5] τοὔμπροσθεν ἐκπίπτειν, ὧν αἱ σάρκες αἱ περὶ τὸ ἄρθρον μεμινυθήκασι διὰ τὴν φθίσιν, οἷον καὶ τοῖσι βουσὶ χειμῶνος γίγνεται διὰ λεπτότητα. Καὶ ἐκπίπτει μᾶλλον τοῖσι λεπτοῖσι ἢ ἰσχνοῖσι ἢ ξηροῖσι καὶ τοῖσι ὑγράσματα περὶ τὰ ἄρθρα ἔχουσι ἄνευ φλεγμονῆς· αὕτη γὰρ ξυνδεῖ. Οἱ δὲ καὶ βουσὶ ἐμβάλλοντες καὶ [6] ἀποπερονῶντες ἐξαμαρτάνουσι καὶ διὰ τὴν χρῆσιν, ὅτι ὡς χρῆται βοῦς σκέλεϊ, λήθει, καὶ ὅτι κοινὸν καὶ ἀνθρώπῳ οὕτως ἔχοντι τὸ σχῆμα τοῦτο, τό τε Ὁμήρειον καὶ διότι λεπτότατοι βόες τηνικαῦτα. Ὅσα τε τὸν πῆχυν πλάγιον ἀπὸ πλευρέων ἄραντες δρῶσι, οὐ πάνυ δύνανται δρᾷν, οἷσι ἂν μὴ ἐμπέσῃ. Οἷσι μὲν οὖν ἐκπίπτει μάλιστα καὶ ὡς ἔχουσι εἴρηται. Οἷσι δὲ ἐκ γενεῆς, τὰ ἐγγύτατα μᾶλλον [7] βραχύνεται ὀστέα, οἷον οἱ γαλιάγκωνες· πῆχυς δὲ ἧσσον, χεὶρ δὲ ἔτι ἧσσον, τὰ δ' ἄνωθεν οὐδέν. Καὶ ἀσαρκότατα τὰ ἐγγύς· μινύθει δὲ μάλιστα τὰ ἐναντία τῶν ὀλι-

adfuerit, eiusmodi vomitione refundunt. At si altera parte maxilla excidat, minor est noxa, eadem tamen utrorumque est repositio. Homine decumbente aut in sedili collocato, capite prehenso utramque maxillae partem ambabus manibus tum interiore tum exteriore parte apprehendere ac tria simul facere oportet, in directum atque in posteriorem partem propellere et os claudere. Curatio per malagmata, figurationes, et menti exceptionem, quae idem quod repositio efficiant, perficitur.

4. At vero humerus inferiorem in partem excidit, aliam in partem excidere non audivi. Videtur si quidem in anteriorem partem excidere, quibus carnes, quae circa articulum sunt, tabe extenuatae fuerint, quale quid etiam in bobus per hiemem ob macilentiam fit. Et vero magis excidit in attenuatis . . . . iisque, quibus humores circa articulos citra inflammationem continentur; ipsa enim (inflammatio) colligat (articulos.) Quin qui boves curant et fibula subnectunt, errant, tum quia eos latet quemadmodum bos crus ad usum iactet, tum quia etiam homini ita constituto hio habitus communis est, quibus quoque accedit Homeri auctoritas, quod boves tunc maxime graciles exsistunt. At quibus humerus recondi non potuit, si quae cubito in latus a costis sublato fiunt, non admodum praestare possunt. Quibus igitur potissimum excidat et quomodo se habeant, dictum est. Quibus vero a primo natali die illa accidunt, iis ossa potius, quae ad luxationem proxime accedunt, brevia fiunt,

[1] τούς. — [2] ἀμφοτέρας om. — [3] δὲ ὀρθόν. — [4] μέν om. — [5] τὸ ἔμπρ. — [6] ἀποπερωνῶντες. — [7] βραχύτεραι.

ἀνθρ. omm. J., Marc.; — ἔσωθεν καί om. K., nempe hoc nimis ruditer fieri illi visum est; — τρίαμμα vulg., emendavit Foës.; — δὲ ἐς vulg., δέ omm. Parr. plures, Littr., Marc. — Vulgo τὸ σῶμα, sed τὸ στόμα H. al. m., Marc., Littr.

4. δοκέει — λεπτότητα.] μέν omm. Parr. 7.; — διὰ τὴν φύσιν vulg., φθίσιν coniecit Foës., dedit Littr., vid. § 49. libri de Articulis non longe ab initio. — Marc. καὶ βουσί sine τοῖσι. Cett. φαίνεται; de meo γίνεται scripsi.

καὶ ἐκπίπτει — ξυνδεῖ.] τοῖσι δὲ λεπτοῖσι ceteri; otiosum δέ omitto. Littr. ἢ ξηροῖσι uncinis intersepsit abundare opinatus. Non certo constat: quod Littréus affirmat „cette phrase semble irregulière," plane concedo. Nulla apta antithesis est; non liquet num ἤ *quam*, an vero *vel* significare debeat. Quin si conferas locum e lib. de Artic. § 56., nescis quid noster voluerit. Fieri posse credo ut et ἢ ἰσχνοῖσι et ἢ ξηροῖσι eximendum sit, sed certo nihil affirmo. Vulgo αὐτῇ γάρ, sed αὕτη γάρ optime H. L. U.; — de ξυνδέει vide adn. seq.

οἱ δὲ καὶ βουσὶν — τηνικαῦτα.] συνδίοι δὲ καὶ βουσίν vulg., συνδίοιδε καὶ βουσίν edd, antt., Parr. 9., Lind.; emendavit Littr., quem sequor. Vulgo καὶ ὅτι διὰ τὴν χρῆσιν; de coniectura ὅτι in aliam sedem transtuli. Vulgo ὁμήριον, Parr. 7. Littr.: ὁμήρειον. Cf. de Articulis § 56.

οἷσι δὲ ἐκ γενεῆς — οὐδέν.] βαρύνεται pro βραχύνεται D. Q.'; — οἷον ἐν τούτῳ αἱ γαλιαγκ. vulgo, sed otiosum ἐν τούτῳ abigo; — οὐδέν Ald., Parr. 7., Marc.

καὶ ἀσαρκότατα — γενεῆς.] ἀσαρκότατα Parr. 4., Marc.,

σθημάτων καὶ τὰ ἐν αὐξήσι, ἧσσον δέ τινι τῶν ἐκ γενεῆς. Καὶ τὰ παραπυήματα τὰ κατ' ἄρθρον βαθέα νεογενέσι μάλιστα παρ' ὦμον γίγνεται καὶ τούτοισι ὥσπερ τὰ ἐξαρθρήσαντα ποιέει. Ἢν δὲ ηὐξημένοισι, τὰ μὲν ὀστέα οὐ μειοῦται, * οὐδὲ γὰρ ἔχει [1]οἷ ἄλλα οὐ ξυναύξεται ὁμοίως· αἱ δὲ μινυθήσιες τῶν σαρκῶν· τοῦτο γὰρ καθ' ἡμέρην [2]καὶ αὔξεται καὶ μειοῦται καὶ καθ' ἡλικίας. * Καὶ ἃ δύναται σχήματα καὶ αὖ σημεῖον τὸ παρὰ τὸ ἀκρώμιον κατεσπασμένον καὶ κοῖλον, διότι, ὅταν τὸ ἀκρώμιον ἀποσπασθῇ καὶ κοῖλον ᾖ, οἴονται τὸν βραχίονα ἐκπεπτωκέναι. Κεφαλὴ δὲ τοῦ βραχίονος ἐν τῇ μασχάλῃ φαίνεται· αἴρειν οὐ δύνανται, οὐδὲ παράγειν ἔνθα [3]καὶ ἔνθα ὁμοίως· ὁ ἕτερος ὦμος μηνύει. Ἐμβολαὶ δέ· αὐτὸς μὲν, τὴν πυγμὴν ὑπὸ μασχάλην ὑποθεὶς, τὴν κεφαλὴν ἀνωθέειν, τὴν δὲ χεῖρα ἐπιπαράγειν ἐπὶ τὸ στῆθος· — ἢ ἐς τοὐπίσω περιαναγκάσαι, ὡς ἀμφισφαλῇ. Ἄλλη· κεφαλῇ μὲν [4]πρὸς τὸ ἀκρώμιον, χερσὶ δὲ ὑπὸ μασχάλην, κεφαλὴν [5]ἀπάγειν βραχίονος, γούνασι δὲ ἀγκῶνα ἀπωθέειν, ἢ ἀντὶ τῶν γουνάτων τὸν ἀγκῶνα τὸν ἕτερον [6]παράγειν, ὡς τὸ πρότερον. Ἢ κατ' ὦμον ἵζεσθαι ὑποθεὶς τῇ μασχάλῃ τὸν ὦμον· ἢ τῇ πτέρνῃ, ἐνθέντα ἐκπλήρωμα τῇ μασχάλῃ δεξιῇ δεξιόν· ἢ περὶ ὕπερον· ἢ περὶ κλιμακτῆρα· [7]ἡ περίοδος ξὺν τῷ ξύλῳ τῷ ὑπὸ

quale quid tunc iis, qui mustelae cubito praediti sunt, usu venit, quod cubito minus, adhuc autem minus manui accidere solet; quae vero supra sunt, nihil tale sentiunt. Et maxime carne destituuntur quae proxime absunt; emaciantur autem plurimum quae altera luxationis parte sunt, et quae incrementum accipiunt, minus tamen quodammodo quam quae talia sunt ab ortu. Quin et profundae suppurationes circa iuncturam recens natis praecipue ad humerum fiunt, iisque non secus ac luxata efficiunt. Quodsi in incremento corporis ista accidant, ossa quidem non minuuntur, — quod neque fieri possit, — sed neque, ut solebant, cum reliquis partibus excrescunt. At carnium imminutiones fiunt, quod hae in dies et augeantur et minuantur, et per aetates . . . . . . indicio est id quod ad summum humerum est avulsum et cavum, propterea quod summo humero avulso et cavo brachium prolapsum esse existimant. Brachii autem caput in ala cernitur; neque attollere ipsum queunt, neque huc vel illuc traducere. Quod similiter ex altero humero deprehenditur. His autem modis reponitur: 'si pugno quidem in alam iniecto caput sursum propellas, manum vero ad pectus adducas, aut si retro ducendo ita ut circumoberret, compellas. Alius modus hic est: capite ad summum humerum obiecto, manibus vero in alam

[1] οἷον. — [2] καί om. — [3] ἢ ἔνθα. — [4] πρό. — [5] ὑπάγειν. — [6] παραγαγεῖν. — [7] ἢ π.

Littr., ἀσαρκώτατα vulg., ἀσαρκότατον B. M. N.; — τά post ἀσαρκότατα de meo adieci.

καὶ τὰ — ποιέει.] παραποιήματα vulgo; emendavit Foës. Mihi integra non videntur postrema, mira oratio est; non reperio tamen quod satisfaciat. Vide num forte καὶ ταὐτὰ ὥσπερ κ. τ. λ. sit legendum!

ἢν δὲ — ἡλικίας.] οὐ pro οὐδέ K., γάρ om. D., sed rest.; — οἷ (οἷον L., uti V., οἱ H., οἱ om. J., δι' Chart.) ἀλλὰ οὐ (οὐ Chart.) ξυναύξεται ὁμοίως vulg. — Littr.: οὐδὲ γὰρ ἔχει, ᾗ ἄλλα οὐ ξυναύξεται ὁμοίως de coniectura. Foësius locum lacerum et exulceratum proclamavit. Mihi similem locum e libro de Articulis reputanti ἔχει emblema alienum videtur, legendum autem esse: ἢν δὲ αὐξομένοισι, τὰ μὲν ὀστέα οὐ μειοῦται, — οὐδὲ γὰρ οἷόν τε, — ἀλλ' οὐ ξυναύξεται ὁμοίως.

καὶ ἃ δύναται — ἐκπεπτωκέναι.] δύναται edd. antt., Parr. 6., δύνανται vulg. — Ad καὶ αὖ σημεῖον Marc. in marg. καὶ ἃ σημεῖα. Littréus verba καὶ ἃ δύναται σχήματα ad hanc periodum retulit, non ad superiorem. Equidem locum, e quo sensum sanum non elicio asterisco notavi. Neque intelligo quomodo καὶ αὖ σημεῖον cum antecedentibus cohaereat; vereor ne forte lacunae locum obscurum reddant. Littréus attulit locum e § 58. libri de Articulis: πολλοὶ γὰρ ὑπὸ ὀδύνης κ. τ. λ., sed si conferas, nescis num nostra re ipsa eò spectent, necne. Mihi haec desperata videntur.

κεφαλὴ — μηνύει.] γάρ post αἴρειν in vulgata obvium, om. Marc., quem sequor; — παραγαγεῖν L.; — ἢ ἔνθα H. U.; — μινύει Marc.

ἐμβολαὶ δέ — στῆθος.] δέ om. Marc. Post στῆθος vulgo, ἀλλ' ἤ, equidem cum Foësio in Latinis ἀλλ' omitto.

ἄλλη — πρότερον.] τό ante ἀκρώμιον om. Marc.; — ἀπάγειν H. al. m., Marc., Littr., ὑπάγειν vulg.; — γουνάτων ἕτερον τὸν ἀγκῶνα παράγειν Marc.; — ὥσπερ τὸ πρότερον K.

ἢ κατ' ὦμον — τεινομένῳ.] ὦμον K. L.; — ὤμου vulg.; — ἔνθεν τὰ ἐκπληρώματα vulg., emendavit Foës.; — τῇ μασχάλῃ τῇ δεξιῇ δεξιόν vulg., τῇ μ. δὲ δεξιόν B.; τῇ μασχάλῃ δεξιῇ δεξιόν Ald., Parr. 8., Marc.; — περί ante κλιμακτῆρα om. D.

χεῖρα τεινομένῳ. Ἴησις· τὸ σχῆμα, πρὸς πλευρῇσι βραχίων, χεὶρ ἄκρη ἄνω, ὦμος ἄνω· οὕτως ἐπίδεσις, ἀνάληψις. Ἢν δὲ μὴ ἐμπέσῃ, ἀκρώμιον προσλεπτύνεται.

ε'. Ἀκρώμιον ἀποσπασθέν· — τὸ μὲν εἶδος φαίνεται οἷόνπερ ὤμου ἐκπεσόντος, στερίσκεται δ' οὐδενὸς, ἐς δὲ τὸ αὐτὸ οὐ καθίσταται. Σχῆμα τὸ αὐτὸ, ὃ καὶ ἐκπεσόντι, ἐν ἐπιδέσι καὶ ἀναλήψι· [1] ἐπίδεσις, ὡς νόμος.

ς'. Ἀγκῶνος ἄρθρον παραλλάξαν μὲν ἢ πρὸς πλευρὴν, [2] ἢ ἔξω, μένοντος τοῦ ὀξέος τοῦ ἐν τῷ κοίλῳ τοῦ βραχίονος, ἐς ἰθὺ κατατείνοντα τὰ ἐξέχοντα ἀνωθέειν ὀπίσω καὶ ἐς τὸ πλάγιον.

ζ'. Τὰ δὲ [3] τελέως ἐκβάντα ἢ ἔνθα ἢ ἔνθα· κατάτασις μὲν, ἐν ᾗ ὁ βραχίων ἐπιδεῖται· οὕτω γὰρ τὸ καμπύλον τοῦ ἀγκῶνος οὐ κωλύσει. Ἐκπίπτει δὲ μάλιστα [4] ἐς τὸ πρὸς πλευρέων μέρος. Τὰς δὲ κατορθώσιας, ἀπάγοντα ὅτι πλεῖστον, ὡς μὴ ψαύῃ τῆς κορώνης ἡ κεφαλὴ, μετέωρον περιάγειν καὶ περικάμψαι καὶ μὴ ἐς ἰθὺ βιάζεσθαι, ἅμα δὲ ὠθέειν τἀναντία ἐφ' [5] ἑκάτερα καὶ παρωθέειν

iniectis brachii caput abducas, cubiti autem gibbum genibus protrudas, aut genuum loco alterum cubiti gibbum ad latus adducere, ut prius, iubeas. Aut si supposito in alam humero inhaereat aeger. Aut ubi calce, adhibitis quae alae cavum compleant, ad dextrum humerum dextro usus fueris. Aut ubi per pistillum, aut scalae gradum coëgeris, aut una cum ligno ad manum porrecto super trabeculam transversam converteris. Curatio perficitur eo habitu ut brachium ad costas adducatur, manus summa et humerus sursum detineantur, sicque sursum deligatio fiat et appensio. Quodsi repositus humerus non fuerit, summus humerus etiam extenuatur.

5. Summus humerus avulsus speciem quidem prolapsi humeri exhibet, nullo autem privatur, neque in pristinum statum restituitur. Idem habitus tum in deligatione, tum in suspensione, qui etiam luxato convenit. Deligatio, ut solet, fieri debet.

6. At vero cubiti gibbi articulo in latus aut exteriorem in partem dimoto quidem, aut subluxato, acuta eius parte in brachii cavo remanente, distentione in directum facta, eminentia retro et ad latus propellere oportet.

7. Quodsi prorsus in hanc vel illam partem exciderit, distentio quidem, in qua brachium deligatur, adhibenda. Sic namque cubiti flexus nihil impediet. Potissimum vero ex laterum parte excidit. In suum autem locum dirigitur quam plurimum abducendo, ne caput brachii acutum ossis processum attingat. Suspensum vero circumagere et circumflectere oportet, neque vim in directum adhibere, simulque in

[1] ἐπιδέσεως. — [2] ἢ om. — [3] τελευταῖα. — [4] ἐκ τοῦ πρὸς πλ. μέρους. — [5] ἑκατέρην.

Ἴησις — ἀνάληψις.] ἀνάληψις B. M. N., Littr., ἀνάληξις vulg.

5. σχῆμα — νόμος.] ὃ καὶ ἐκπ. Marc., ᾧ καὶ ἐκπ. ceteri; — ἐπιδέσιος καὶ ὡς νόμος vulgo; ἐπιδέσιος. νόμος Marc. et idem in marg. vulgatam habet. Ex hoc elicio ἐπίδεσις ὡς νόμος. — Cum hoc capitulo conf. § 61. libri de Articulis.

6. ἀγκῶνος — πλάγιον.] cf. de Artic. § 65.; — ἢ ante ἔξω om. L.; — κατατείναντα D. K., κατατείνονται U.; — pro ἀνωθέειν l. l. e lib. de Artic. ἀπωθέειν, quod praestare videtur, licet nihil tangam.

7. τὰ δὲ τελέως — κωλύσει.] τελέως etiam Marc.; — κατάστασις vulg., κατάτασις Ald., codd. 7. Littréi, Marc.

ἐκπίπτει — μέρος.] ἐκ τοῦ πρὸς πλεύρεα μέρεως vulg., ἐς τὸ πρὸς πλευρέα μέρος H., quam lect. Littr. ita secutus est, ut in ea πλεύρεα scriberet cum prima manu in U.; ego lectionem Marciani exhibui.

τὰς δὲ — χώρην.] ψαύῃ Marc., lib. de Art. § 66., ψαύσῃ vulg., — μετέωρον δὲ περιάγειν cett.; reieci otiosum δέ, quod neque in lib. de Artic. habetur; — μὴ κάμψαι al. m. supra versum H.; — ἑκάτερον Ald., B. M. N., Marc., ἑκατέραν D., ἑκατέρην multi Parr.; — ἐς ante χώρην omm. non pauca mss.

ἐς χώρην. [1]Ξυνωφελοίη δ' ἂν καὶ ἐπίστρεψις ἀγκῶνος ἐν τούτοισι, ἐν τῷ μὲν ἐς τὸ ὕπτιον, ἐν τῷ δὲ ἐς τὸ πρηνές· ἴησις δὲ σχήματος μὲν, — ὀλίγον ἀνωτέρω ἄκρην χεῖρα ἀγκῶνος ἔχειν, βραχίονα δὲ κατὰ [2]τὰς πλευράς· οὕτω δὲ καὶ ἀνάληψις καὶ θέσις εὔφορον, καὶ φύσις καὶ χρῆσις ἐν τῷ κοινῷ, ἢν ἄρα μὴ κακῶς πωρωθῇ· πωροῦται δὲ ταχέως. Ἴησις· ὀθονίοισι κατὰ τὸν νόμον τὸν ἀρθριτικὸν καὶ τὸ ὀξὺ προσεπιδεῖν.

η'. Παλιγκοτώτατον δὲ ἀγκὼν ὀδύνῃσι, πυρετῷ ἀσώδεϊ, ἀκρητοχόλῳ, ἀγκῶνος δὲ μάλιστα τὸ ὀπίσω διὰ τὸ [3]ναρκῶδες, δεύτερον τὸ ἔμπροσθεν. Ἴησις δ' ἡ αὐτή. Ἐμβολαὶ δὲ τοῦ μὲν ὀπίσω· ἐκτείναντα κατατεῖναι· σημεῖον δέ· οὐ γὰρ δύνανται ἐκτείνειν· τοῦ δὲ ἔμπροσθεν, οὐ δύνανται ξυγκάμπτειν. Τούτῳ δὲ ἐνθέντα τι σκληρὸν [4]ξυνειλιγμένον περὶ τοῦτο ξυγκάμψαι ἐξ ἐκτάσιος ἐξαίφνης.

θ'. Διαστάσιος δὲ ὀστέων σημεῖον, κατὰ τὴν φλέβα τὴν κατὰ [5]τὸν βραχίονα σχιζομένην διαψαύοντι.

ι'. Ταῦτα δὲ ταχέως διαπωροῦται. Ἐκ γενεῆς δὲ, βραχύτερα τὰ κάτω ὀστέα [6]τοῦ σίνεος, πλεῖστον τὰ ἐγγύτατα πήχεος, δεύτερον χειρὸς, τρίτον δακτύλων. Βραχίων δὲ καὶ ὦμος ἐγκρατέστερα διὰ τὴν τροφήν. Ἡ δ' ἑτέρη χεὶρ διὰ τὰ ἔργα πλείω ἔτι ἐγκρα-

contrarium in utramque partem impellere et in sedem compellere. Ad haec quoque contulerit cubiti gibbum modo quidem pronum, modo etiam supinum contorquere. Curatio autem est, quae ex habitu quidem pendet, si summa manus paulo cubiti gibbo altior, brachium vero ad latera adductum teneatur; sic autem appensio et facilis et natura et usus in commune conferunt, si modo callus, qui celeriter increscit, non prave obducatur. Curatio per lintea pro lege articulari instituí debet et cubiti eminentia insuper deligari.

8. Rursus autem maxime excandescit cubiti gibbus doloribus, febre cum vomituritione et meracae bilis vomitione, idque maxime si in posteriorem partem ob torporem, secundum id, si in anteriorem elapsus sit. Curatio vero eadem adhibenda. Recouditur vero, ubi in posteriora excidit, si porrectum brachium in diversa contendatur. Cuius rei indicium est, quod extendi nequit, ut et in anteriorem prolapsi, quod minime flecti potest. Hic autem imposito duro aliquo convoluto, super id ubi extenderis, derepente flectendus est.

9. At dissidentium inter se ossium indicium, qua vena in brachio scinditur ad contactum patet.

10. Haec vero celeriter callo obducuntur. Quibus a primo ortu ista accidunt, iis ossa infra noxam breviora evadunt, plurimum vero quae cubito sunt proxima, deinde ea quae in manu, postremo quae in digitis. Brachium autem et humerus propter nutritionem validi-

[1] συνωφελέοι. — [2] τάς om. — [3] σαρκῶδες. — [4] συνειλεγμένον. — [5] τόν om. — [6] τοῦ σίνεος ἐπολὺ τὰ δ' ἐγγύτατα.

ξυνωφελοίη — ταχέως.] ἐπιστρέψας Ald., mss. 11. apud Littr., Marc. — Vulgo: ἐμβολὴ δέ σχήματος μέν; Littr. ἴησις pro ἐμβολή legendum, aut ἐμβολὴ δέ intelligendum quasi ἐμβολὴ αὕτη scriptum esset, monet; posteriorem rationem iniit. Equidem e Marc. recepi lectionem libri de Artic. § 18. Articulum ante πλευράς omm. Parr. 4., Marc.; — καὶ εὔφορον vulg., sed καί omm. Ald., codd. 12. apud Littr., Voss., Marc., non tamen omittendum, sed θέσις supplendum e lib. de Articulis; — χρίσις Parr. 4.

ἴησις — προσεπιδεῖν.] ἀρθρητικόν vulgo, per ῐ D. Littr.

8. παλιγκοτώτατον — ἔμπροσθεν.] πυρετοῖσι, ὀδύνῃ vulgo, transposui nomina et numeros mutavi, cf. § 67. lib. de Artic.; — ἀκρατοχόλῳ vulgo, multi Parr. et Marc. ἀκρητοχόλωι. Ante ὀπίσω adscripsi τό ex libro de Articulis, ubi τοὔπισθεν.

ἴησις δ' ἡ αὐτή.] Sic Marc., cett. δ' omm.

ἐμβολαὶ — ξυγκάμπτειν.] ἐκτείνοντα vulg., ἐκτείναντα dedi e libro de Artic.

9. διαστάσιος — διαψαύοντι.] cf. § 68. libri de Artic.; — τόν ante βραχίονα omm. Parr. 6., Marc., διαψαύοντα U.

10. ταῦτα — δακτύλων.] cf. § 69. libri de Artic.; — pro πλεῖστον ferunt, πουλύ s. πολύ non pauci Parr., Ald.; πλείστωι Marc.; — τὰ δ' ἐγγυτ. vulg., δέ om. Littr.; — δάκτυλον nonnulli Parr., Marc.

βραχίων — ἐξέπεσε.] πλείων ὅτι Marc.; — δέ post μινύθησις omm. Parr. 3., in quorum uno D. rest.; — τὸ ἐναντίον U.; — ἢ ante ἐξ de meo.

τεστέρῃ. Μινύθησις δὲ σαρκῶν, εἰ μὲν ἔξω ἐξέπεσε, εἴσω, [1]εἰ δὲ μὴ, ἐς τοὐναντίον [1] ἢ ᾗ ἐξέπεσε.

ια'. Ἀγκὼν δὲ ἢν μὲν ἔσω ἢ ἔξω ἐκβῇ, [2]κατάτασις μὲν ἐν σχήματι ἐγγωνίῳ [3]τῷ πήχεϊ πρὸς βραχίονα· τὴν μασχάλην μὲν ἀναλαβὼν [4]ταινίῃ ἀνακρεμάσαι, ἀγκῶνι δὲ ἄκρῳ ὑποθείς τι παρὰ τὸ ἄρθρον βάρος ἐκκρεμάσαι, ἢ χερσὶ καταναγκάσαι. Ὑπεραιωρηθέντος δὲ τοῦ ἄρθρου, αἱ παραγωγαὶ τοῖσι θέναρσι, [5]ὡς τὰ ἐν χερσί. Ἐπίδεσις ἐν τούτῳ τῷ σχήματι καὶ ἀνάληψις καὶ θέσις.

ιβ'. Τὰ δ' ὄπισθεν ἐξαίφνης ἐκτείνοντα διορθοῦν τοῖσι θέναρσι· ἅμα δὲ δεῖ ἐν τῇ διορθώσει καὶ τοῖσι ἑτέροισι. Ἢν δὲ πρόσθεν, ἀμφὶ ὀθόνιον [6]ξυνειλιγμένον, εὔογκον, ξυγκάμπτοντα ἅμα διορθοῦσθαι.

ιγ'. Ἢν δ' ἑτεροκλινὲς ᾖ, ἐν τῇ διορθώσει ἀμφότερα ἅμα χρὴ ποιέειν. Τῆς δὲ μελέτης κοινὸν καὶ τὸ σχῆμα καὶ ἡ ἐπίδεσις. Δύναται δὲ καὶ ἐκ τῆς [7]διατάσιος κοινῇ ξυμπίπτειν πάντα.

ιδ'. Τῶν δὲ ἐμβολέων αἱ μὲν ἐξ ὑπεραιωρήσιος ἐμβάλλονται, αἱ δὲ ἐκ κατατάσιος, αἱ δὲ ἐκ περισφάλσιος· αὗται δὲ ἐκ τῶν ὑπερβολέων τῶν σχημάτων ἢ τῇ ἢ τῇ, ξὺν τῷ τάχεϊ.

ιε'. Χειρὸς δὲ ἄρθρον ὀλισθάνει ἢ ἔσω, ἢ

ora evadunt. Manus item altera propter plura opera etiam validior est. At carnium imminutio, si quidem in exteriorem partem articulus prolapsus est, interiore parte fit; sin minus, contra quam exciderit.

11. Cubiti autem gibbus ubi interiorem in partem, aut exteriorem exciderit, in habitu quidem angulari cubiti ad brachium contenditur. Ex ala quidem fascia excepta suspensio facienda, ad cubitum vero summum suppositum aliquod pondus iuxta articulum appendendum, vel manibus adurgendum. Tum suspenso in sublimi articulo ossa manuum volis adducenda. Hoc in habitu deligatio, appensio et positio, velut in manibus fieri debet.

12. At ubi posteriorem in partem excidit, derepente extensione facta manuum palmis dirigendum simulque haec in directione tum in ceteris usurpanda sunt. Quodsi priorem in partem prolapsio facta sit, circum linteum convolutum et in iustam molem sublatum inflectendo simul directio facienda.

13. Sin alteram in partem inclinarit, cum directione simul utraque facienda sunt. Ad curam autem communiter et habitus et deligatio spectant. Possunt autem etiam ex distentione communiter omnia restitui.

14. Repositiones vero partim quidem in sublime elevando, partim distendendo, partim vero circumerrando fiunt. Idque, dum habitus in hanc vel in illam partem excedunt, celeriter adhibetur.

15. Manus articulus interiore aut exteriore

[1] ἢ om. — [2] κατάστασις. — [3] τῷ πήχει κοινῷ πρὸ βρ. καὶ μασχ. — [4] τινὶ ἀνακρεμάσαι ὑπεραιωρηθέντος omissis intermediis. — [5] ὡς usque ad θέναρσι § 12. om. — [6] συνειλεγμένον. — [7] διαστάσιος.

11. ἀγκὼν — καταναγκάσαι.] cf. lib. de Art. § 70.; — εἰ pro ἢν M. N.; — ἔξω ἢ ἔσω vulg., ἔσω ἢ ἔξω Parr. 3., Marc., Voss.; — κατάστασις vulg., κατάτασις Littr.; — τῷ πήχεϊ κοινῷ πρὸς βρ. vulg., κοινῷ τῷ π. πρὸς βρ. Littr; equidem κοινῷ abiicio, non legitur in lib. de Artt., otiosum est et ortum videtur e postremis syllabis adiectivi ἐγγωνίῳ: non negligo κοινόν miro modo usurpari in lib. de off. medici. Porro τὴν γὰρ μασχ. vulgo, καί pro τὴν γάρ Ald., Parr. 11., Marc.; — μέν post μασχάλην e solo Marc dedi; — τινι pro ταινίῃ pauci Parr. et Marc.; — τι omm. Ald., multi Parr., Marc.; — παρὰ δὲ τὸ ἄρθρον Parr. 10., Marc.; — ἢ χ. καταναγκάσαι omm. Parr. nonnulli.

ὑπεραιωρηθέντος — θέσις.] ὡς — θέναρσι omm. Parr. 7., in quorum uno D. rest; — θέσις τε καὶ ἀναλ. D.

12. τὰ — ἑτέροισι.] ἄφνω D. pro ἐξαίφνης; — H. διόρθρωσιν. ἢν — διορθοῦσθαι.] ξυνειλεγμένον omnes vitiose; dedi quod habetur lib. de Art. § 71.

13. ἢν — πάντα.] ἑτεροκενές non pauci Parr., quod quomodo ex ἑτεροκλινές sit ortum, docet lectio ἑτεροκαινές Marciani. — Tum καὶ τὸ σχῆμα Parr. 7., Voss., Marc., καί omm. ceteri. Porro δύναται γάρ vulg., sequor Marcianum; cf. de Artic. § 72. — Littr. διατάσιος ex F. E. D., διαστάσιος vulg.

14. τῶν — τάχεϊ.] Articulum ante τάχεϊ omm. M. N. cf. de Artt. § 73.

15. χειρὸς — ἐκτείνειν.] ἔξω δὲ τὰ πλ. J.; — τὰ πλεῖ-

ἔξω, ἔσω δὲ τὰ πλεῖστα. Σημεῖα δ' εὔσημα· ἢν μὲν [1]ἔσω, ξυγκάμπτειν τοὺς δακτύλους οὐ δύνανται· ἢν δ' ἔξω, ἐκτείνειν. Ἐμβολὴ δὲ, ὑπὲρ τραπέζης τοὺς δακτύλους ἔχων, τοὺς μὲν τείνειν, τοὺς δ' ἀντιτείνειν, τὸ δὲ ἐξέχον ἢ θέναρι ἢ πτέρνῃ ἅμα ἀπωθέειν πρόσω καὶ κάτωθεν κατὰ τὸ ἕτερον ὀστέον, ὄγκον [2]τι μαλθακὸν ὑποθεὶς, κὴν μὲν ἄνω, καταστρέψας τὴν χεῖρα, ἢν δὲ κάτω, ὑπτίην. Ἴησις, ὀθονίοισι.

ις'. Ὅλη δὲ ἡ χεὶρ ὀλισθάνει ἢ ἔσω ἢ ἔξω, ἢ ἔνθα ἢ ἔνθα, μάλιστα δὲ ἔσω· ἔστι δ' ὅτε ἡ ἐπίφυσις ἐκινήθη· ἔστι δ' ὅτε τὸ ἕτερον τῶν ὀστέων διέστη. Τούτοισι κατάτασις ἰσχυρὴ ποιητέη καὶ τὸ μὲν ἐξέχον ἀπωθέειν, [3]τὸ δ' ἕτερον ἀντωθέειν, δύο εἴδεα ἅμα, καὶ ἐς τοὐπίσω καὶ ἐς τὸ πλάγιον, ἢ χερσὶ ἐπὶ τραπέζης, ἢ πτέρνῃ. Παλίγκοτα δὲ καὶ ἀσχήμονα, τῷ χρόνῳ δὲ κρατύνεται ἐς χρῆσιν. Ἴησις ὀθονίοισι ξὺν τῇ χειρὶ καὶ τῷ πήχεϊ καὶ νάρθηκας μέχρι δακτύλων τιθέναι· ἐν νάρθηξι δὲ δεθέντα ταῦτα πυκνότερον λύειν ἢ τὰ κατήγματα, καὶ καταχύσι [4]πλέονι χρῆσθαι.

ιζ'. Ἐκ γενεῆς δὲ βραχυτέρη ἡ χεὶρ γίγνεται καὶ ἡ μινύθησις σαρκῶν μάλιστα τἀναντία ἢ ὡς τὸ ἔκπτωμα· ηὐξημένῳ δὲ [5]τὰ ὀστέα μένει.

ιη'. Δακτύλου δὲ [6]ἄρθρον ὀλισθὸν μὲν εὔσημον. Ἐμβολὴ δὲ, κατατείναντα ἐς ἰθὺ τὸ μὲν ἐξέχον ἀπωθέειν, τὸ δὲ ἐναντίον ἀντωθέειν. Ἴησις δὲ ἡ προσήκουσα, τοῖσι ὀθονί-

parte luxatur, plurimum vero interiore. Cuius rei signa manifesta sunt. Si quidem intro prolabitur, digiti flecti, sin extra, extendi nequeunt. Repositio fit digitis supra mensam positis, si partim quidem extenduntur, partim etiam in diversa contenduntur, idque quod eminet aut prominentiore palmae parte, aut calce simul in anteriorem partem protrudatur, et inferiore parte ad alterum os molle aliquid in tumorem aublatum supponatur, si superiore quidem parte eminet, manu conversa, sin inferiore, supina. Curatio linteis perficitur.

16. At tota manus in interiorem vel in exteriorem, vel in hanc illamve partem luxatur, in interiorem vero maxime. Est ubi ossis accrementum emovetur, interdum quoque alterum os dissidet. His valida distentio adhibenda et os quidem eminens protrudendum, alterum vero contra propulsandum, unaque duobus modis in posteriorem partem et in latus aut manibus supra mensam, aut calce impulsio fieri debet. Quae vero rursua excandescunt et deformitatem habent, tempore tamen ad usum firmantur. Curatio linteis aimul cum manu et cubito adhibetur, ferulaeque ad digitos usque apponendae. Haec ferulis deligata crebrius quam fracta resolvenda et copiosiore perfusione fovenda.

17. At manus a primo ortu luxata brevior evadit et carnes altera ex parte quam luxatio facta est potissimum imminuuntur, adulto vero ossa permanent.

18. Digiti articulus luxatus facilis quidem cognitu. Reponitur autem in directum contendendo et quod eminet protrudendo, et quod contra est retrudendo. Curatio vero est accom-

[1] ἔξω. — [2] τε. — [3] τὸ δ' ἕτ. ἀντωθ. om. — [4] πλέον. — [5] τά om. — [6] ἄρθρον om.

στα μὲν σημεῖα δ' εὔσημα. ἢν μὲν ἔσω ξυγκ. τοὺς δακτ. οὐ δύνανται Marc., quem secutus ὅλως σφῶν ante τοὺς δακτύλους, quod ceteri ferunt, omisi. Cf. § 74. libri de Artt.

ἐμβολὴ — ὑπτίην.] ἔχον U., voluitne ἔχοντες? at auctor negligenter quidem scripsit, sed sine dubio illud ἔχων dedit, cf. de Artt. l. l. — Etiam Marc. ἢ θένυρι.

16. ὅλη — διέστη.] μάλιστα δὲ (δ' M. N.) ἔσω ἢ ἔνθα ἢ ἔνθα vulg.; dedi ordinem verborum, qui in Marc. et § 75. libri de Artt. habetur.

τούτοισι — πτέρνῃ.] τὸ δὲ ἕτερον K.

παλίγκοτα — χρῆσιν.] τῷ μὲν χρόνῳ vulg., τῷ χρόνῳ δέ Ald., Parr. 11., Marc., Littr.

ἴησις — χρῆσθαι.] τιθέντα Ald., Parr. 11., Littr., δεθέντα vulg.

17. ἐκ γενεῆς — μένει] cf. § 76. libri de Artt.; — τὰ ὀστέα D. Littr., vulgo τά om.

18. δακτύλου — ἀντωθέειν.] ἄρθρον M. N., Littr., ἄρθρου vulg., ἄρθρ. om. J.; — post εὔσημον omnes οὐ δεῖ γράφειν. sed hoc et εὔσημον referunt dittographiam, e qua omisi, quod non legitur de Artt. § 77.; — tum ἐμβολὴ δὲ αὐτοῦ ἤδε κατατείν. vulgo; cum Marc. omitto αὐτοῦ ἤδε cf. § 29. l. l.

ἴησις — ἔξωθεν.] ἴησις ἧς γέ τι ἢ ὀθονίοισι μὴ ἐμπεσὸν

οισι ἐπίδεσις. Μὴ [1]ἐμπεσὸν δὲ ἐπιπωροῦται ἔξωθεν. Ἐκ γενεῆς δὲ ἢ ἐν αὐξήσι ἐξαρθρήσαντα τὰ ὀστέα βραχύνεται τὰ κάτω τοῦ ὀλισθήματος· καὶ αἱ σάρκες μινύθουσι [2]τἀναντία μάλιστα ἢ ὡς τὸ ἔκπτωμα· ηὐξημένῳ δὲ τὰ ὀστέα μένει.

ιθ'. Μηροῦ ἄρθρον ἐκπίπτει κατὰ τρόπους τέσσαρας· ἔσω πλειστάκις, ἔξω δεύτερον, τὰ δ' ἄλλα ὁμοίως. Σημεῖα· κοινὸν μὲν τὸ ἕτερον σκέλος· ἴδιον δὲ τοῦ μὲν εἴσω· παρὰ τὸν [3]περίνεον ψαύεται ἡ κεφαλὴ, ξυγκάμπτουσι οὐχ ὁμοίως, δοκέει δὲ μακρότερον τὸ σκέλος πουλὺ, ἢν μὴ ἐς μέσον ἀμφότερα ἄγων [4]παρατείνῃς· καὶ γὰρ οὖν ἔξω ὁ πους καὶ τὸ γόνυ ῥέπει. [5]Ἢν μὲν οὖν ἐκ γενεῆς ἢ ἐν αὐξήσι ἐκπέσῃ, βραχύτερος ὁ μηρὸς, ἧσσον δὲ κνήμη, κατὰ λόγον δὲ τἄλλα· μινύθουσι δὲ σάρκες, μάλιστα δὲ ἔξω. Οὗτοι κατοκνέουσι ὀρθοῦσθαι καὶ εἰλέονται ἐπὶ τὸ ὑγιές· ἢν δὲ ἀναγκάζωνται, [6]σκίμπονι ἑνὶ ἢ δυσὶ ὁδοιπορέουσι, τὸ δὲ σκέλος αἴρουσι· ὅσῳ γὰρ μεῖον, τόσῳ ῥᾷον. Ἢν δ' ηὐξημένοισι, τὰ μὲν ὀστέα μένει, αἱ δὲ σάρκες μινύθουσι, ὡς προείρηται· ὁδοιπορέουσι δὲ περιστροφάδην ὡς βόες, ἐν δὲ τῷ κενεῶνι καμπύλοι, ἐπὶ τὸ ὑγιὲς ἐξίσχιοι ἐόντες· τῷ μὲν γὰρ ἀνάγκη ὑποβαίνειν, ὡς ὀχέῃ, τῷ δ' ἀποβαίνειν, — οὐ γὰρ δύναται ὀχέειν, — ὥσπερ οἱ ἐν ποδὶ ἕλκος ἔχοντες. Κατὰ δὲ τὸ ὑγιὲς, πλάγιον ξύλῳ τῷ σώματι ἀντικοντέουσι, τὸ δὲ σιναρὸν τῇ χειρὶ ὑπὲρ τοῦ γόνατος καταναγκάζουσι, ὡς ὀχέειν ἐν τῇ μεταβάσι τὸ σῶμα. [7]Ἰσχίων κάτωθεν, εἰ χρῆται, ἧσσον μινύθει τὰ ὀστέα, μᾶλλον δὲ σάρκες.

modata quae per lintea fit deligatio. Nisi autem restitutus fuerit, exteriore parte callum contrahit. Quae vero a primo ortu aut dum adolescunt ossa prolapsa fuerint, ea infra luxationem breviora evadunt et carnes adversa ex parte quam in quam prolapsio facta est, potissimum imminuuntur. Adulto vero ossa eadem magnitudine permanent.

19. Femoris articulus quatuor modis excidit, plurimum interiorem in partem, deinde in exteriorem, reliquis vero modis similiter. Huius rei indicium commune quidem alterum crus; intro vero emoti proprium, ubi in interfoemineo coxae caput tactu percipitur, neque ut antea crus inflectunt. Crus vero multo longius videtur, nisi utroque in medium adducto distentionem feceris. Etenim pes et genu exteriorem in partem feruntur. Si igitur a primo ortu, aut dum incrementum accipiunt, exciderit, femur brevius evadit, quam calamitatem minus tibia, cetera vero pro ratione sentiunt. Carnes autem imminuuntur, maxime tamen parte exteriore. Ii in dirigendo corpore negligenter se gerunt et ad sanum crus convolvuntur. Quodsi cogantur, scipione uno, vel duobus innixi incedunt, crus vero attollunt. Quo enim brevius, eo levius est. Quodsi iam adultis illud accidit, ossa quidem eadem magnitudine perseverant, carnes tamen quo ante dictum est modo imminuuntur et orus oircumvolvendo velut boves incedunt. Ad lateris autem inanitatem incurvantur, sani cruris extra prominente coxendice. Hoc enim ut subeat ad vehendum necesse est, illud vero ut extra feratur. Neque enim vehere potest, non magis quam quibus pes ulcere laborat. Ad cruris quoque sani latus baculo cor-

[1] ἐμπεσών. — [2] ἄντια. — [3] περίναιον. — [4] παρατείνει. — [5] ἤ. — [6] σκίμπωνι. — [7] ἰσχίῳ κατωτέρω.

δὲ ἐπιπωροῦται ἔξωθεν Marc., unde δέ pro vulgato γάρ scripsi post ἐμπεσόν, cf. l. l.

ἐκ γενεῆς — μένει.] τὰ κάτω ex lib. de Artt. dedi, vulgo τά abest; — αἱ ante σάρκες de meo; periit post καί; — ἀντία nonnulli Parr. et Marc.; — ηὐξημένου Parr. 8., Lind., alii et Littr., ηὐξαμένου vulg., ηὐξωμένου edd. antt. G.

19. μηροῦ — ὁμοίως.] cf. de Art. § 99.; — μηροῦ δέ K.; — πλεῖστα ceteri, sed ortum videtur e πλειστάκις, quod legitur l. l. de Art.

σημεῖα — ῥέπει.] τόν ante περίνεον omm. Ald., Parr. 9.; — περίναιον Parr. 5.; — ceteri καὶ πουλύ; delevi otiosum καί.

οὗτοι — ῥᾷον.] ἀλλ' εἰλέονται Ald. pro καὶ εἰλ.; — σκίμπωνι B. M. N.

κατὰ — σῶμα.] ἀντικοτέουσι vulg., ἀντικοντέουσι H.; — ἀντικοταίνουσι Erot., vitiose.

ἰσχίων — σάρκες.] ἰσχίῳ κάτωθεν, εἰ χρῆται, κάτωθεν ἧσσον μινύθει καὶ ὀστέα vulg.; ἰσχίων U. Littr., nempe ἰσχίῳ vulgatae inde ortum est, quod iunxerunt ἰσχίῳ εἰ

pus fulciunt. Crus vero laesum manu super genu posita adurgent, quo inter ambulandum corpus vehat. Partes infra coxendicem, si crure utatur, minus imminuuntur quod attinet ad ossa, magis vero carnes.

κ'. Τοῦ δὲ ἔξω τἀναντία καὶ τὰ σημεῖα καὶ αἱ στάσιες· καὶ τὸ γόνυ καὶ ὁ ποὺς ἔσω ῥέπει βραχύ. Τοῖσι δὲ ἐν αὐξήσι ἢ ἐκ γενεῆς παθοῦσι οὐχ ὁμοίως ξυναύξεται· κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἰσχίον ἀνωτέρω τινὶ, οὐχ ὁμοίως. Οἷσι δὲ πυκινὰ ἐκπίπτει ἐς τὸ ἔξω ἄνευ φλεγμονῆς, ὑγροτέρῳ τῷ σκέλεϊ χρῶνται· ὥσπερ ὁ μέγας τῆς χειρὸς δάκτυλος· μάλιστα γὰρ οὗτος ἐκπίπτει φύσι· οἷς μὲν ἐκπίπτει μᾶλλον ἢ ἧσσον, καὶ οἷς μὲν ἐκπίπτει χαλεπώτερον ἢ ῥᾷον, καὶ οἷσι ἐλπὶς θᾶσσον ἐμπεσεῖν [1]καὶ οἷσι οὐκ, ἄκη τούτου καὶ οἷσι πολλάκις [2]ἐκπίπτει, ἴησις τούτου. Ἐκ γενεῆς δὲ, ἢ ἐπ' αὐξήσι, ἢ ἐν νούσῳ, μάλιστα γὰρ ἐκ νούσου, ἔστι μὲν οὖν οἷσι ἐπισφακελίζει τὸ ὀστέον, ἀτὰρ καὶ οἷσι μὴ, πάσχει μὲν πάντα, ἧσσον [3]δὲ ἢ τὰ ἔσω, ἢν χρηστῶς ἐπιμεληθῶσι, ὥστε καὶ ὅλῳ βαίνοντες τῷ ποδὶ διαρρέπειν· διὰ μελέτης πλείστης τοῖσι νηπιωτάτοισι· ἐαθέντα κακοῦται, ἐπιμεληθέντα δὲ ὠφελέεται· τοῖσι ὅλοισι, ἧσσον δέ τι, μινύθουσι.

20. At exteriorem in partem emoti femoris contraria tum signa, tum status sunt, genuque ac pes introrsum paulo spectant. Quibus haec dum adhuc adolescunt, aut a primo ortu accidunt, iis crus non aeque augetur, pariter coxa paulo supra eminet, non similiter (atque in sanitate se habet). Quibus vero frequenter exteriorem in partem citra inflammationem prolabitur, ii humidius crus habent, non secus ac manus pollex, qui maxime suapte natura excidit; quibus quidem excidat magis aut minus, quibus excedat difficilius aut facilius et quibus spes sit ut citius reponatur, ... A prima autem origine, aut in adolescentia, aut per morbum ubi ista accidunt, ac praecipue certe per morbum, interdum quibusdam os sideratur, sed quibus id non accidit, omnia quidem patiuntur, sed minus quam quibus intro luxatio facta est, si proba et diligens curatio adhibeatur, adeo ut toto pede insistentibus crus divergat. Multa cura haec vitia tractanda sunt in tenellis. Si sibi permittantur in deteriora ruunt, probe curata vero iuvantur. Totum crus illis, licet aliquanto minus, extenuatur.

κα'. Οἷσι δ' ἂν ἀμφότερα οὕτως ἐκπέσῃ, τῶν ὀστέων ταὐτὰ παθήματα· εὔσαρκα μὴν πλὴν ἔσωθεν, [4]ἐξεχέγλουτοι, ῥοικοὶ μηροὶ,

21. At quibus hunc in modum utraque ossa exciderunt, ii eadem patiuntur: — carnosi tamen excepta parte interiore, admodum promi-

[1] καὶ οἷσι πολλάκις omissis intermediis. — [2] ἐκπίπτει. — [3] δὲ τὰ ἔσω. — [4] ἐξεχέγλουτοι.

χρῆται, sed εἰ χρῆται est εἰ χρῆται τῷ σκέλεϊ, quod non diserte expressit, sed sine dubio voluit epitomes auctor; — pro priore κάτωθεν ferunt κατωτέρω D. H., κάτω U., τε κάτω J.; — pro altero κάτω τε ferunt Parr. 8., Voss. — Equidem alterutrum κάτωθεν abundare opinor, quare posterius deleo; tum pro καὶ ὀστέα lego τὰ ὀστέα.

20. τοῖσι δὲ — ὁμοίως.] cf. de Artic. § 102.; — δέ om. K.; — συναύξεται J.; — e Calvi Latinis „ossa similiter coaugescunt, nec eodem modo coxendix, sed altior aliquantulum, et non similiter utitur." Littréus conficit hunc diversum a nostro textum Graecum vidisse; equidem id certo affirmare non ausim; οὐχ ὁμοίως utroque loco intelligo *non perinde atque in sanis.*

οἷσι — τούτου.] πυκνά in marg. H., πυκνά vulg.; — θᾶσσον ἐκπίπτει D. pro θᾶσσον ἐκπεσεῖν; — verba καὶ οἷσι οὐκ ἄκη τούτου omm. Parr. 8.; — καὶ οἷον J. pro καὶ οἷσι. Fateor me postremam periodi partem ἄκη τούτου καὶ οἷσι πολλάκις ἐκπίπτει ἴησις τούτου non intelligere; non satis discerno num librarii in culpa sint, an ipse auctor.

ἐκ γενεῆς — μινύθουσι.] Cf. § 104. lib. de Artt.; — οἷσι μὲν πάσχῃ πάντα vulg., οἷσι μὲν μὴ πάσχει πάντα M. N.; — οἷσι μὲν μὴ πάσχῃ πάντα edd. antt., G.; — οἷσι μὴ πάσχῃ μὲν πάντα Parr. 6., οἷσι μὴ πάσχει μὲν πάντα D., Littr.; — βαίνοντας edd. antt., Parr. 7., βαίνοντες vulg. διαρρέπειν pro ceterorum διαρρίπτειν dedi e lib. de Art., idem Foës. Latine expressisse videtur. — Postrema non intelligis, nisi conferas extremum cap. 103. l. l.

21. οἷσι — ἐπισφακελίσῃ.] cf. de Artic. § 104.; — ἂν omm. M. N.; — ἀμφότερον U.; — ταῦτα vulg., ταὐτά

ἢν μὴ ἐπισφακελίσῃ. Εἰ κυφοὶ τὰ ἄνωθεν ἰσχίων γένοιντο, ὑγιηροὶ μὲν, ἀναυξέες δὲ τὸ σῶμα, πλὴν κεφαλῆς.

κβ'. Οἷσι δὲ ὄπισθεν, σημεῖα, ἔμπροσθεν [1]λαπαρώτερον, ὄπισθεν ἐξέχον, ποὺς ὀρθὸς, ξυγκάμπτειν οὐ [2]δύνανται, εἰ μὴ μετ' ὀδύνης, ἐκτείνειν ἥκιστα· τούτοισι σκέλος βραχύτερον. Ἀτὰρ οὐδ' ἐκτανύειν δύνανται κατ' ἰγνύην ἢ κατὰ βουβῶνα, ἢν μὴ πάνυ [3]αἴρωσι, οὐδὲ ξυγκάμπτειν. Ἡγεῖται ἐν τοῖσι πλείστοισι τὸ ἄνω ἄρθρον τὸ πρῶτον· κοινὸν τοῦτο ἄρθροισι, νεύροισι, [4]μυσὶ, ἐντέροισι, ὑστέρῃσι, ἄλλοισι. [5]Τούτοισι τοῦ ἰσχίου τὸ ὀστέον [6]καταφέρεται ἐς τὸν γλουτὸν, διὰ τοῦτο βραχὺ, καὶ ὅτι ἐκτείνειν οὐ δύνανται. Σάρκες παντὸς τοῦ σκέλεος ἐν πᾶσι μινύθουσι· ἐφ' οἷσι δὲ μάλιστα καὶ ᾗ, εἴρηται. Τὰ ἔργα τὰ ἑωυτοῦ ἕκαστον τοῦ σώματος ἐργαζόμενον μὲν ἰσχύει, ἀργέον δὲ κακοῦται, πλὴν κόπου, πυρετοῦ, φλεγμονῆς. Καὶ τὸ ἔξω, ὅτι ἐς σάρκα ὑπείκουσαν, βραχύτερον, τὸ δὲ ἔσω ὅτι ἐπ' ὀστέον προέχον, μακρότερον. Ἢν μὲν οὖν ηὐξημένοισι μὴ ἐμπέσῃ, ἐπὶ βουβῶσι καμπύλοι ὁδοιπορέουσι, καὶ ἡ ἑτέρη ἰγνύη κάμπτεται· στήθεσι μόλις [7]ἱκνεῖται· χειρὶ τὸ σκέλος καταλαμβάνει, ἄνευ ξύλου, [8]ἢν ἐθέλωσι· ἢν μὲν γὰρ μακρότερον ᾖ, οὐ βήσεται· ἢν δὲ βαίνῃ, βραχύ. Μινύθησις δὲ σαρκῶν· οἷσι πόνοι· [9]καὶ ἡ ἴξις ἔμπροσθεν καὶ τῷ ὑγιέϊ κατὰ λόγον. Οἷσι δὲ ἐκ γενεῆς ἢ αὐξομένοισι, ἢ ὑπὸ νούσου ἐνόσησε καὶ ἔξαρθρα ἐγένετο, — ἐν [10]αἷς εἰ-

nentibus natibus, femoribus introrsum obtortis, nisi siderentur. Si gibbosi supra coxam fiunt, salubriter quidem degunt, corpore tamen minus, capite excepto, augentur.

22. Quibus autem in posteriorem partem femur prolapsum est, hae notae adsunt, pars anterior mollior est, posterior prominet, pes rectus est, crus inflectere non nisi cum dolore queunt, extendere vero minime; his crus brevius evadit. Sed neque hoc, nisi valde sustollant, tum ad poplitem, tum ad inguen extendere possunt, neque flectere. Primas partes agit in plerisque morbis articulus superior, qui communis articulis, nervis, musculis, intestinis, utero, ceteris. His coxendicis os declive in natem fertur, quam ob causam quodque crus extendere nequeunt, breve evadit. Totius cruris carnes in omnibus imminuuntur; in quibus autem casibus et ubi loci id fiat, dictum est. Corporis autem pars quaeque ubi sua munia obierit, robur quidem accipit, si vero otietur, vitiatur. Praeterquam quod lassitudine, febre, aut inflammatione tentatur. Quod etiam exteriorem in partem prolapsum est, eo quod in cedentem carnem excidit, brevius efficitur, quod vero in interiorem, eo quod supra os prominet, longius. Quibus igitur adultis repositum non fuerit, ii ad inguina curvati incedunt, et alterum poplitem inflectunt, ima pedis planta vix terram attingunt, manu crus prehendunt, si absque baculo incedere velint. Quod si longius fuerit, non ingrediuntur, quod si ingrediantur, breve esse oportet ....

[1] λαπαρώτερμ. — [2] δύναται. — [3] αἴρῃ. — [4] μυσί om. — [5] ταύταις. — [6] καταφέρεσθαι. — [7] κινεῖται. — [8] ἢ ἤ. — [9] καὶ ἴηξις ἔμπρ. — [10] αἷς.

Littr.; — μέν ceteri, μήν de meo, quia μέντοι l. l. libri de Artic.; — ἔξωθεν pro ἔσωθεν J.

εἰ — κεφαλῆς.] ἰσχίων Littr. cum Parr. nonnullis, ἰσχίον vulg., ἰσχίου Chart., ἰσχία M. N., τῶν ἰσχίων D.

22. οἶσι — βραχύτερον.] vid. de Artic. § 105., λαπαρώτεροι D. H. K.; — ἐξέχων D.; — δύναται Ald., G.

ἀτὰρ — ξυγκάμπτειν.] αἴρωσιν K., Littr., αἴρῃ vulg.

τούτοισι — δύνανται.] ταύταις vulg., pro quo ταύτῃ de coniectura Littr., sed non hoc, verum τούτοισι scriptum fuit; nempe quemadmodum vulgatus textus in fine periodi antecedentis ἄλλῃσι fert, ubi U. ἄλλοισι praebuit Littréo, quia scilicet librarii ad ὑστέρῃσι referebant ἄλλῃσι, ita quoque h. l. ταύταις feminino genere pro τούτοισι scripserunt. — Vulgo καταφέρεσθαι; emendavit Littr. ex lib. de Artic. καταφερές scribendo, sed in vulgata latet καταφέρεται.

σάρκες — εἴρηται.] ᾗ H. in marg., οἷ cett.

ἢν μὲν οὖν — βραχύ.] ἱκνεῖται Foësii est emendatio e lib. de Artic. ducta pro vulgato κινεῖται. Eam cum Littréo amplector; sed mira sane breviloquentia nostri, quam non intelligis, nisi locum unde haec ducta sint legeris. — Porro μέν ante γάρ om. Chart.

μινύθησις — λόγον.] Consentio cum Littréo locum esse obscurum; quod autem dicit facile aliquam coniecturam e libro de Articulis peti, vellem exemplo comprobasset. Equidem locum pro desperato dimitto.

οἷσι δὲ — ξυγκακοῦται.] δ' ἐκ Parr. 7.; — διὰ τῶν εἰρημένων G.; — συγκακοῦται Chart., συγκακοῦνται vulg., ξυγκακοῦνται alii, κακοῦται J.

ῥήσεται, — οὗτοι μάλιστα κακοῦνται διὰ τὴν τῶν νεύρων καὶ ἄρθρων ἀργίην· καὶ τὸ γόνυ διὰ τὰ εἰρημένα ξυγκακοῦται. Ξυγκεκαμμένον οὗτοι ἔχοντες ὁδοιπορέουσι [1]ἐπὶ ξύλου ἑνὸς ἢ δύο· τὸ δὲ ὑγιὲς, εὔσαρκον διὰ χρῆσιν.

. . . . At quibus ex primo ortu aut per adolescentiam aut per morbum affectio ista aut luxatio accidit, — quibus vero in morbis id fiat, dicetur, — ii maxime propter nervorum et articulorum ignaviam noxam sentiunt. Genu quoque ob enumeratas causas vitium sentit, quo inflexo baculo uno aut duobus innixi incedunt. Crus vero integrum, quia in usum adhibetur, bene habitum est.

κγ'. Οἷσι δὲ ἐς τοὔμπροσθεν, σημεῖα τἀναντία, ὄπισθεν λαπαρὸν, ἔμπροσθεν ἐξέχον, ἥκιστα ξυγκάμπτουσι οὗτοι τὸ σκέλος, μάλιστα δὲ ἐκτείνουσι· ὀρθὸς πούς, σκέλος ἴσον, πτέρνα βραχέϊ ἄκρως [2]ἀνέσταλται. Πονέουσι μάλιστα οὗτοι αὐτίκα καὶ οὖρον ἴσχεται μάλιστα ἐν τούτοισι τοῖσι ἐξαρθρήμασι· ἐν γὰρ τόνοισι ἔγκειται τοῖσι ἐπικαίροισι. Τὰ ἔμπροσθεν κατατέταται, [ἀναυξέα, νοσώδεα, ταχύγηρα]· τὰ ὄπισθεν στολιδώδεες. Οἷσι ηὐξημένοισι, ὁδοιπορέουσι [3]ὀρθοὶ, πτέρνῃ μᾶλλον βαίνοντες· εἰ δὲ ἠδύναντο μέγα προβαίνειν, κἂν πάνυ· σύρουσι δέ· μινύθει δὲ ἥκιστα, τούτοισι δὲ ἡ χρῆσις αἰτία, μάλιστα δὲ ὄπισθεν· διὰ παντὸς τοῦ σκέλεος ὀρθότεροι τοῦ μετρίου, ξύλου δέονται κατὰ τὸ σιναρόν. Οἷσι δὲ ἐκ γενεῆς [4]ἢ αὐξανομένοισι, χρηστῶς μὲν ἐπιμεληθεῖσι ἡ χρῆσις, ὥσπερ τοῖσι ηὐξημένοισι· ἀμεληθεῖσι δὲ, βραχὺ, ἐκτεταμένον· πηροῦται γὰρ τούτοισι [5]μάλιστα ἐς ἰθὺ τὰ ἄρθρα. Αἱ δὲ τῶν ὀστέων [6]μειώσιες καὶ αἱ τῶν σαρκῶν μινυθήσιες κατὰ λόγον.

23. At quibus priorem in partem femur excidit, iis contraria signa adsunt, posteriore parte molle est, anteriore prominet, crus hi minime inflectunt, maxime vero extendunt; pes rectus est, crus aequale . . . . Hi statim dolore maxime conflictantur, urinaque praesertim in his luxationibus supprimitur. Femoris enim caput ad insignes nervos incumbit. Loca anteriora contenta sunt, posteriora in rugas contracta. Quibus adultis ista accidunt, ii recti inambulant, calce magis incedentes, quin si admodum progredi valerent, etiam valde calce incederent. Pedem autem per terram trahunt. Femur minimum imminuitur ob usum, praecipue vero posteriore parte. Toto crure iusto erectiores baculo ad crus affectum indigent. Quibus vero ex prima origine, vel adolescentibus haec accidunt, ii si probe et diligenter curentur, crure non secus atque adulti utuntur. At neglectis crus breve, extentum est. Ipsi enim maxime mutili sunt qnod ad rectum habitum maxime spectat. Ossium autem et carnium imminutiones pro ratione fiunt.

[1] ἐπὶ — χρῆσιν om. — [2] ἀνέστακται. — [3] ὀρθῇ πτέρνῃ. — [4] ἢ abest. — [5] μάλιστα δὲ ἐς ἰθὺ τὰ ἄ. — [6] μειώσι καὶ τῶν σαρκῶν μιν.

23. οἷσι — ἀνέσταλται.] Postrema buius periodi verba si cum § 107. libri de Artic. conferas, vix integra videntur. Foës. voluit σκέλος ἴσον κατὰ τὴν πτέρνην πάνυ ἄκρως ἀνέσταλται. Non credo tamen epitomes auctorem voluisse τὸ σκέλος ἀνέσταλται, sed ὁ ποὺς ἀνέσταλται; tum vero βραχέϊ abundare non credo, sed respondere puto voculis ἧσσόν τι ex l. l.; πάνυ autem quod in Moeblici mss. non habetur, sed quod ex l. l. hausit Foës., non plane necessarium esse existimo. Equidem ad ductum loci libri de Artt. l. fere requiro: ὀρθὸς πούς· σκέλος ἴσον ἐς πτέρνην. βραχέϊ δ' ὁ πους ἄκρος ἀνέσταλται. Nihil tamen muto, quum in tali scripto vix certo distinguas utrum auctorem, an librarios in bisce corrigas.

πονέουσι — ἐπικαίροισι.] ἢ πονέουσι omnes, sed ἢ abundat, neque babetur libro de Artic.; puto H ex Π verbi originem traxisse et omitto. Ferunt ἐν τοῖσι τοιούτοισι Ald., B. G. M. N.

τὰ ἔμπροσθεν — στολιδώδεες.] Littr. observat vocabula, quae uncinis intersepsi, ad b. l. non pertinere; unde buc devenerint nondum reperi.

Huius periodi initium legere vellem: Τοῖσι δὲ τοιούτοισι, ὁκόσα ἐξέσχε, εἴτε ἐνεβλήθη, εἴτε μή, ἐπίδεσις μὲν οὐκ ἐπιτήδειον κ. τ. λ. Tum puto ἔχοντα abundare. Cf. de Fractis § 30.

ἐμβάλλειν — ᾖ.] ἐμβάλλεις D.; — αὐθημεραῖα vulg., αὐθημερά (sic) Parr. 4., αὐθημερινά Parr. 3., ἡμερινὰ καὶ αὐθημερινά L., αὐθήμερα Littr.; — ἰσχυρά pro ἰσχνά non pauci codd.

ἡ δ' ἐμβολὴ — κωλυόντων.] δέ plene B. Locus, me iudice, sano sensu destituitur: statim confero librum de Fractis § 32., ubi: ἢν δ' ἄρα τοῦ ὀστέου τὸ ἄνω παρηλλαγμένον μὴ ἐπιτήδειον ἔχῃ ἐνέδρην τῷ μοχλῷ, ἀλλὰ πάροξυ ἐὸν παραφέρῃ, παραγλύψαντα χρὴ τοῦ ὀστέου ἐνέδρην τῷ μοχλῷ ἀσφαλέα ποιῆσαι. — Ad hanc lucem, lego in nostris: ἡ δ' ἐμβολὴ τοῖσι μοχλίσκοισι. καὶ τὸ μὴ ἐμβαλλόμενον τοῦ ὀστέου, ἢν μὴ ἔχῃ ἀποστήριξιν, ἀποπρίσαι. — Haec aperta sunt; sed τῶν κωλυόντων puto emblema esse alienum. Sedes, qua legitur, facit ut iungas ἀποπρίσαι τῶν κωλυόντων i. e. ἀπὸ τῶν κωλυόντων; sed id quod reseca-

στήριξιν, ἀποπρίσαι τῶν κωλυόντων. Ἀτὰρ καὶ ὣς τὰ ψιλωθέντα ἀποπεσεῖται, καὶ βραχύτερα τὰ μέλεα.

μα΄. Τὰ δὲ ἄρθρα, τὰ μὲν πλέον, τὰ δὲ μεῖον ὀλισθάνει· καὶ τὰ μὲν μεῖον, ἐμβαλεῖν ῥηΐδιον· τὰ δὲ [1]πλέον μέζους ποιεῖ τὰς κακώσιας καὶ ὀστέων, καὶ νεύρων, καὶ ἄρθρων, καὶ σαρκῶν, καὶ σχημάτων. Μηρὸς δὲ καὶ βραχίων ὁμοιότατα ἐκπίπτουσι.

41. At articuli partim quidem magis, partim vero minus luxantur et qui quidem minus, facile reconduntur; qui vero plus, maiora tum ossium, tum nervorum, et articulorum ac carnium, et figurarum vitia progignunt. Femur autem et brachium quam simillimo inter se modo excidunt.

[1] πλέον om.

tur ipsum est τὸ κωλῦον! Absurdum additamentum reiiciendum esse arbitror.

ἀτὰρ — μέλεα.] ὡς vulgo, ὣς de meo. Post μέλεα periisse videtur ἔσται.

41. τὰ δὲ — σχημάτων.] πλέον ante μέζους recte de suo supplevit Littréus; — τάς om. J.

ΠΕΡΙ ΑΔΕΝΩΝ.

ΣΤΓΓΕΓΡΑΠΤΑΙ ΤΠΟ ΤΟΤ ΑΤΤΟΤ ΙΑΤΡΟΤ ΝΕΩΤΕΡΟΤ, ΤΦ' ΟΤ
ΤΑ ΠΕΡΙ ΑΓΜΩΝ ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΑΡΘΡΩΝ.

DE GLANDULIS.

LIBER CONSCRIPTUS EST AB EODEM MEDICO RECENTIORE, A QUO
LIBRI DE FRACTIS ET DE ARTICULIS.

ΠΕΡΙ ΑΔΕΝΩΝ.

α'. Περὶ δὲ ἀδένων οὐλομελίης ὧδε ἔχει. Φύσις μὲν αὐτοῖσι σπογγώδης, ἀραιοὶ μὲν καὶ πίονες, καὶ ἔστι οὔτε σαρκία ἴκελα τῷ ἄλλῳ σώματι, οὔτε ἄλλο τι ὁμοῖον τῷ σώματι, ἀλλὰ ψαφαρὰ καὶ φλέβας ἔχει συχνάς· εἰ δὲ διατάμοις, αἱμορραγέει λάβρως· τὸ εἶδος λευκοὶ καὶ οἷον φλέγμα, ἐπαφωμένῳ δὲ οἷον εἴρια· κἢν ὀργάσῃς τοῖσι δακτύλοισι ἐπιπουλὺ βιησάμενος, ὁ ἀδὴν ὑγρὸν ἀφίησι ἐλαιῶδες καὶ αὐτὸς θρύπτεται καὶ ἐξαπόλλυται.

β'. Πονέουσι δὲ οὐ κάρτα, ἀλλὰ τῷ ἄλλῳ σώματι, ἐπὴν πονέωσι, τὴν ἰδίην νοῦσον μεταδιδόασι· παῦρα δὲ καὶ τῷ σώματι ξυμπονέουσι. Αἱ νοῦσοι, — φύματα γίγνονται, καὶ χοιράδες ἀναπηδῶσι, καὶ πῦρ ἔχει· πάσχουσι δὲ ταῦτα, ἐπὴν ὑγρασίης πληρωθῶσι τῆς ἀπὸ τοῦ ἄλλου σώματος ἐπιρρεούσης εἰς αὐτούς· ἐπιρρέει δὲ ἐκ τοῦ ἄλλου σώματος διὰ τῶν φλεβῶν, αἳ δι' αὐτῶν τέτανται πολλαὶ καὶ κοῖλαι, ὥστε ἀκολουθεῖν τὸ ὑγρὸν, ὅ τι ἂν ἕλκωσι, εὐπετέως ἐς αὐτούς· κἢν πουλὺ ἴῃ

DE GLANDULIS.

1. Universa glandularum natura ita se habet. Earum natura spongiosa est, rarae sunt et pingues, neque carunculae sunt reliquo corpori similes, neque aliud quid corpori simile, sed friabiles et multas habent venas. Si disseces, sauguis copiosus effluit. Specie albae sunt et qualis pituita, ad tactum vero lanam referunt. Ac si multa vi digitis subigas, glandula humorem emittit oleosum et ipsa conteritur et dissolvitur.

2. Neque vero admodum aegrotant, sed reliquo corpori, cum laborant, morbum proprium communicant; parum etiam cum reliquo corpore una laborant. Morbi fere hi sunt: tubercula et strumae suboriuntur, febrisque detinet. Quibus afficiuntur, ubi humore ad eas ex reliquo corpore confluente impletae fuerint. Ex reliquo autem corpore influit per venas, quae per eas multae et rarae tendunt, ita ut humor, quemcumque attrahant, facile ad eas consequatur. Qui si multus et morbosus adfluat, reli-

1. φύσις — ἐξαπόλλυται.] αὐτέοισιν (αὐτέῃσιν Zuing., Lind., Mack., Littr.) ἢ (ἢ om. Littr.) σπογγῶδες (σπογγώδης Littr.) vulg. — Reposuerunt αὐτέῃσι a Zuingero inde, quia plerisque libelli locis ἀδήν femininum esse videtur. Schneiderus in Lex. adeo adnotat in hoc libello ἀδήν femininum esse. Ego librariorum culpa masculinum in femininum abiisse certum iudico et ubivis in hac editione huius libelli debitum genus nomini reddidi. — Porro μὲν αἱ πίονες C.; — ἔστιν ὅτε σαρκία idem. Omnes αἱμορραγίη λάβρος, in quo latet αἱμορραγέει λάβρως. Tum τὸ εἶδος λευκή vulg., sed λευκαί C., Zuing. in marg., Littr.; quodsi iam ad frequentem permutationem inter η et οι in mss. mentem advertas, patet λευκή ex λευκοί provenisse et scriptori nostro nomen fuisse masculinum, sicuti dixi. Omnes ἐπαφομένῳ vitiose; — κἢν ἐργάσῃ τοῖς δακτύλοις omnes, quod absurdum; in ἐργάσῃ latet aliquid ab ὀργάζειν, quare ὀργάσῃς scripsi; — porro καὶ αὐτὸ θρύπτεται vulg., sed αὐτή legunt P.', Zuing. in marg., Lind., Mack., Littr.; αὐτό vero ex αὐτός natum est et tertium indicium est nomen ἀδήν masculinum esse nostro. Omnes θρύπτεται πολλά, in quibus πολλά abundat, natum puto ex ἐξαπόλλυται; — ceteri ἡ ἀδήν.

2. πονέουσι — ξυμπονέουσι.] Vulgo ἐπὴν πονέουσι δὲ ἢ δι' ἰδίην νοῦσον παῦρα κ. τ. λ.; in his Lind., Mack., ἢ abiiciunt, Littr. πονέωσι dedit pro vulgato πονέουσι, quod item feci; sed idem δέ servandum putat et pro δή poni. Locus vitiosus est: illud δὲ ἢ δι' ex ἰδίην est natum, τήν vero periit; post νοῦσον excidit μεταδιδόασι. His restitutis locum salvum esse opinor.

αἱ νοῦσοι — φλογιῶσι.] καὶ πῦρ ἔχει τὸ σῶμα ceteri, equidem τὸ σῶμα emblema alienum esse arbitror et abigo; — τῆς ἐπὶ τοῦ ἄλλου σώματος ceteri; ἀπό pro ἐπί de meo; — ἐπιρρεούσης — σώματος omm. C. Ald.; — αἱ om. C.; — εἰς αὐτάς et ἐς αὐτάς ceteri, de meo αὐτούς dedi; — tum πολύ C.; — εἴη vulg., in quo latet ἴῃ, Littr. ἔῃ dedit; — post νοσῶδες delevi ἡ ῥοή, quod ineptum emblema ferunt omnes; — item delevi αἱ (C. Ald. οἱ) ἀδένες cum post ξυν-

καὶ νοσώδες, ξυντείνουσι ἐπὶ σφᾶς τὸ ἄλλο σῶμα καὶ οὕτω πυρετὸς ἐξάπτεται καὶ ἀείρονται καὶ φλογιῶσι.

γ'. Ἀδένες δὲ ὕπεισι ἐν τῷ σώματι πλείους καὶ μείζους ἐν τοῖσι κοίλοισι αὐτοῦ καὶ ἐν τοῖσι ἄρθροισι, καὶ ὅκου ἐν τοῖσι ἄλλοισι ὑγρηδών, καὶ κατὰ τὰ αἱματώδεα χωρία· οἱ μὲν ὡς τὸ ἐπιρρέον ἄνωθεν ἐς τὰ κοῖλα ἐκδεχόμενοι ἐπὶ σφέας ἕλκωσι, οἱ δὲ, ὡς τὴν αὖθις γιγνομένην ὑπὸ τῶν πόνων ὑγρασίην ἐκδεχόμενοι ἐξαρύωσι τὴν πληθὺν, ἥντινα μεθίησι τὰ ἄρθρα. Καὶ οὕτω πλάδος οὐκ ἔνι ἐν τῷ σώματι· εἰ γάρ τι καὶ γίγνοιτο παραυτίκα, οὐκ ἂν ἐπιγίγνοιτο ὀπίσω· καταναισιμοῦται γὰρ καὶ τὸ πουλὺ καὶ τὸ ὀλίγον ἐς τοὺς ἀδένας.

δ'. Καὶ οὕτω τὴν πλεονεξίην τοῦ ἄλλου σώματος τῶν ἀδένων κέρδος ποιευμένων, τροφὴ ξύντροφος αὐτοῖσί ἐστι· ὡς ὅκου τελματώδεα, ἐκεῖ καὶ ἀδένες· σημεῖον, ὅκου γὰρ ἀδὴν, ἐκεῖ καὶ τρίχες· ἡ γὰρ φύσις ποιέει ἀδένας καὶ τρίχας καὶ ἄμφω χρέος τωὐτὸ λαμβάνουσι, οἱ μὲν τὸ ἐπιρρέον ἐκδεχόμενοι, ὡς καὶ ἔμπροσθεν εἴρηται, αἱ δὲ τρίχες τὴν ἀπὸ τῶν ἀδένων ἐπικέρδειαν ἔχουσαι φύονταί τε καὶ αὔξονται, ἀναλεγόμεναι τό τε περισσὸν καὶ ἐκβρασσόμενον ἐπὶ τὰς ἐσχατιάς. Ὅκου γὰρ αὖον τὸ σῶμα, οὔτε ἀδὴν, οὔτε θρίξ· τὰ δὲ ἁπαλὰ καὶ πονεύμενα καὶ κάθυγρα, ἀδενώδεα καὶ τρίχες ἐκεῖ φύονται· ἀδένες δὴ καὶ κατὰ τοῖν οὐάτοιν ἔνθα καὶ

quum corpus glandulae distendunt atque ita febris incenditur et attolluntur atque inflammationem concipiunt.

3. Glandulae autem in corpore subsnnt plures et maiores in ipsius cavis et articulis et ubi in reliquis humor adest et locis sanguine redundantibus: aliae quidem ut id, quod ex superioribus locis in cava influit, exceptum ad se trahant; — aliae ut in articulis subortum ex laboribus copiosum humorem, quemcumque articuli emittunt, excipiant. Atque ita superfluus humor in corpore minime redundat: si quid enim statim suboriatur, non tamen postea succedet nimia corporis humectatio; etenim tum multa tum pauca in glandulas expenditur.

4. Eoque modo reliqui corporis abundantiam glandulis in lucro ponentibus alimentum est accommodatum: quippe ubi uliginosae corporis partes, ibi etiam glandulae sunt. Quod hoc indicio constat: ubi glandula, ibi quoque pili. Natura si quidem glandulas et pilos creat, et ambo eandem utilitatem habent. Illae quidem id, quod influit, quemadmodum ante dictum est, excipientes; pili vero ex glandulis lucrum nacti producuntur et augentur, quod in extremas partes redundat et expellitur colligentes. Ubi enim corpus siccum, ibi neque glandula, neque pilus inest; tenerae vero et labore agitatae partes ac humectae, glandulosae sunt, ibique pili crescunt. Glandulae nempe etiam sunt

τείνουσι, tum post φλογιῶσι. — Littr. omittit καί ante οὕτω cum edd. antt., C. E., Zuing.; — φλογῶσι ceteri, sed scribendum est φλογιῶσι a φλογιάω.

3. ἀδένες — ἄρθρα.] Uti supra, ita quoque in hoc capitulo ἀδένες masculinum feci, licet mss. et edd. femininum ferant; idem autem deinceps tacitus faciam, quia hac in re admodum corrupto codicum textui omnem fidem denego. — Vulgo ἢ μείζους, de meo καὶ μείζους, quod etiam Foësium Latine expressisse video. — Littréus de suo καὶ ἐν τοῖσι ἄρθροισι dedit pro vulgato ἢ ἐν τ. ἄ. Omnes καὶ ὁκόσα ἐν τοῖσι ἄλλοισι ὑγρηδόν, sed verissime ὑγρηδών desideravit Foësius, tum vero pro ὁκόσα legere oportet ὅκου, quod exhibui. — ἐπιδεχόμενοι ceteri, de meo ἐκδεχ. — Ceteri ὥστε τὴν κ. τ. λ., sed de meo ὡς scripsi, sicuti supra ὡς τὸ ἐπίρρεον κ. τ. λ. — Vulgo ἐργασίην, sed ὑγρασίην Zuing., Foës. in adn., Lind., Mack., Littr.

καὶ οὕτω — ἀδένας.] καί ante οὕτω cum Lindano, quem Mack. etiam sequitur, dedi; vulgo abest. Ceteri οὐκ ἂν ἐπιγίγνοιτο πλάδος ὀπίσω, ubi πλάδος otiose illatum et delendum, quare reieci. Codd. καταναισιμοῦται, sed dudum recte scripserunt.

4. καὶ οὕτω — ἐσχατιάς.] καὶ οὕτως vulg., καὶ οὕτω E., Littr.; — ceteri αἱ ἀδένες κέρδος ποιεύμεναι, qnod de meo in genitivum mutavi; — ὥστε ὅκου τελμ. cett.; — ὅκου ἀδένες C.; — de meo γάρ ante ὅκου et καί ante ἄμφω intuli; — ἄμφω [δὲ] Lind., Mack.; — ὡς pro τωὐτό Ald. — Dein αἱ μὲν (addunt ἐς E., Bas., Zuing., Littr., ὡς C. Ald., Mack.) ἐκδεχόμεναι (ἐκδεχ. omm. C, E., Edd. antt., Zuing., Littr.) ὡς καὶ κ. τ. λ. vulg. — Littr. adnotat: „ἐκδεχόμεναι n'est ni dans nos deux manuscrits, ni dans les anciennes editions, c'est une addition due à Foës. Il doit donc être supprimé, puisqu'on peut s'en passer." Vehementer dissentio. — Omnes τὴν ἀπὸ τῶν ἀδένων ἐπικαιρίην ἔχουσαι quod ineptum; in ἐπικαιρίην latet ἐπικέρδειαν. modo attendas ad κέρδος ποιευμένων principio capitis. Porro φύενταί τε καὶ αὔξ. C.

ὅκου — ἔχουσι.] Edi solet "Οκου δὲ αὖον ἐὸν τὸ σῶμα, οὔτε ἄδην. οὔτε θρίξ· τὰ δὲ ἁπαλὰ καὶ πονεύμενα καὶ κάθυγρα, ἀδὴν ὧδε καὶ τρίχες (τρίχας C.)· ἀδένες (ἀδένας Ald.) δὲ καὶ κατὰ τῶν οὐάτων (καί h. l. interpo-

ἔνθα καὶ ἑκατέρωθεν κατὰ τὰς σφαγὰς τοῦ τραχήλου, τρίχες τε ἐνταῦθα ἑκατέρωθεν· ἐπὶ τῇσι μασχάλῃσι ἀδένες καὶ τρίχες· βουβῶνες καὶ ἐπίσειον ἰκέλως μασχάλῃσι ἀδένας καὶ τρίχας ἔχουσι. Ταῦτα μὲν κοῖλα τῶν ἐν τῷ σώματι καὶ ῥηΐδια ἐς περιουσίην ὑγροῦ, καὶ γὰρ πονέει ταῦτα καὶ κινέεται μάλιστα τῶν ἐν τῷ σώματι.

ε΄. Τὰ δ' ἄλλα, ὁκόσα ἀδένας ἔχει μοῦνον, οἷον ἔντερα, — ἔχει γὰρ καὶ ταῦτα ἀδένας ἐς τὸ ἐπίπλοον μείζονας, — τρίχας οὐκ ἔχει. Καὶ γὰρ ἐν τοῖσι τέλμασι τῆς γῆς καὶ καθύγροισι οὐ φύεται τὸ σπέρμα οὔτ' ἐθέλει ἀναβαίνειν τῆς γῆς ἄνω, ἀλλ' ἀποσήπεται καὶ ἀποπνίγεται τῇ πλεονεξίῃ· βιῆται γὰρ τὸ σπέρμα. Βιῆται δὲ καὶ ἐν τοῖσι ἐντέροισι ἡ πληθὺς καὶ τὸ ὑγρὸν πουλὺ, καὶ οὐκ ἐᾷ φῦσαι τρίχας. Οἱ δὲ ἀδένες μείζονες ἤ που ἄλλοθι τοῦ σώματος· καὶ νέμονται ἐν τοῖσι ἐντέροισι ἐκπιεζόμενον τὸ πλάδος· τὰ δὲ ἔντερα ἐκ τῶν τευχέων ἐς τὸ ἐπίπλοον ἐκδέχεται καὶ καθίησι τὴν ὑγρασίην· τὸ δ' ἐπίπλοον διαδιδοῖ τοῖσι ἀδέσι.

ς΄. Ἔχουσι δὲ καὶ οἱ νεφροὶ ἀδένας· καὶ γὰρ οὗτοι κορίσκονται πολλῆς ὑγρασίης· μείζους δὲ οἱ ἀδένες ταύτῃ ἢ οἱ ἄλλοι ἀδένες ἐόντες· οὐ γὰρ ἐμπίνεται τοῖσι νεφροῖσι τὸ ὑγρὸν τὸ ἐπιρρέον, ἀλλὰ διαρρέει ἐπὶ κύστιν κάτω, ὥστε ὅ τι ἂν ἀποκερδάνωσι ἀπὸ τῶν ὀχετῶν, τοῦτο ἕλκουσι πρὸς σφέας.

ζ΄. Καὶ ἄλλοι δέ εἰσι ἐν τῷ σώματι ἀδέ-

ad utramque aurium partem et utrimque ad venas iugulares colli, pilique ibi ab utraque parte. Sub alis glandulae sunt et pili. Inguina et pubes, non secus atque alae, glandulas et pilos habent. Hae quidem inter corporis partes cavae sunt et facile humoris abundantiam excipiunt; ex omnibus enim corporis partibus hae maxime laborant et moventur.

5. Reliquae autem, quae glandulas tantum habent, velut intestina, — habent enim et haec glandulas ad omentum maiores, — pilos non habent. Neque enim in uliginosis et humectis terrae locis semen nascitur, neque sursum emergit, sed humoris redundantia, quae vim semini infert, putrescit et suffocatur. Quin etiam in intestinis redundantia et humoris copia vim infert, neque pilos exoriri sinit. Glandulae vero maiores sunt quam alia corporis parte, et expressam ex intestinis redundantem humiditatem depascuntur. At intestina ex vasis ad omentum pertingentibus humiditatem excipiunt et emittunt, omentum vero his glandulis transmittit.

6. Sed et renes glandulas habent, hi si quidem multa humiditate redundant. Sunt autem hac parte maiores quam aliae quaevis glandulae. Neque enim qui influit humor in renes imbibitur, sed infra ad vesicam defluit. Quare quidquid ex ductibus lucri faciunt, id ad sese attrahunt.

7. Sunt et aliae in corpore glandulae admo-

nit solus C.) ἔνθα καὶ ἔνθα ἑκατέρωθεν κατὰ τὰς σφαγὰς τοῦ τραχήλου, τρίχες τε ἐνταῦθα ἑκατέρωθεν· ἐπὶ ταῖς μασχάλῃσιν ἀδένες καὶ τρίχες· βουβῶνας καὶ ἐπίσειον (ἐπίσιον C. Ald.) ἰκέλως μασχάλῃσιν ἀδένας καὶ τρίχας (ἀδὴν καὶ τρίχες C. Littr.). Haec oratio pessime mutilata est: pro δέ initio lego γάρ; — ἐόν post αὖον abundat; — in ἄδην ὧδε latet ἀδενώδεα, dein vero legendum est καὶ τρίχας ἔχει, vel καὶ τρίχες ἐκεῖ φύονται, vel eiusmodi quid aliud. Pro ἀδένες δὲ καί lego ἀδένες δὴ καί. — Mihi non cum C. ante ἔνθα καὶ ἔνθα, sed ante ἑκατέρωθεν, καί inferendum videtur. Denique in fine loci non codicis C. lectionem amplector, sed vulgatam expleo ἔχουσι addendo.

5. τὰ — ἔχει.] τρίχας [δὲ] οὐκ ἔχει Lind., Mack., parum recte!

καὶ γὰρ — σπέρμα.] ἐς ἄνω Zuing. sine τῆς γῆς: — γῆς omm. edd. antt., E.

βιῆται — τρίχας.] καὶ οὐκ ἂν φῦσαι τρίχας vulg., sed ἐᾷ pro ἂν Zuing., Foës. in adn., Lind., Mack.; repudiat emendationem Littréus, mihi vero necessaria videtur.

οἱ δὲ ἀδένες — ἀδέσι.] καὶ νέμονται αἱ ἀδένες ἐν τοῖσι ἐντ. ceteri; reieci h. l. otiosum αἱ ἀδένες. — Dein ἐκπιεζόμεναι C. Littr., ἐκπιεζούμεναι vulg., ἐκπιεζεύμεναι Lind., Mack.; tum τὸν πλάδον ceteri. De meo ἐκπιεζόμενον τὸ πλάδος dedi; nempe τὸν πλάδον ab auctore scriptum fuisse non magis credo quam ἀδήν illi fuisse foeminini generis; — ἐς τὰ ἐπίπλοα cett. Porro τῇσι δὲ (τῇσι δέ C., τῇσιν Zuing.; — τοῖσι δὲ Mack.) ἀδένεσιν (ἀδένησιν C. E., Bas., Zuing., ἀδέσιν Lind.) vulgata.

6. ἔχουσι — σφέας.] ἔχουσι καὶ οἱ νεφροὶ δὲ ἀδένας Ald. C.; — ταῦτα pro ταύτῃ C.; — ἐμπιέεται C., ἐμπνέεται Ald.; — ὥστε ὁτιοῦν (ἣν pro ὁτιοῦν C., ὅτι ἂν emendavit Struvius, quam emendationem recepit Littr.) ἀποκερδ. vulg. — Itaque § hancce edidi ex librorum scriptura, ut potui; sed fidem textui parvam tribuo: auctor dedisse mihi videtur: Εἰσὶ δὲ καὶ οἱ νεφροὶ ἀδένες· καὶ γὰρ καὶ οὗτοι κορίσκονται πολλῆς ὑγρασίης μείζους ἢ οἱ ἄλλοι ἀδένες ἐόντες· οὐ γὰρ κ. τ. λ.

7. καὶ — γραφή.] καὶ πάνυ ceteri; reiicio otiosum καί.

νες σμικροὶ πάνυ, ἀλλ' οὐ βούλομαι ἀποπλανᾶν τὸν λόγον· ἐς γὰρ τοὺς ἐπικαίρους ἡ γραφή. Νῦν δὲ ἀναβήσομαι τῷ λόγῳ καὶ ἐρέω περὶ ἀδένων οὐλομελίης. Τραχήλου τὰ μέρεα ἑκάτερα ἔνθα καὶ ἔνθα ἀδένας ἔχει, καὶ παρίσθμια καλέονται οἱ ἀδένες οὗτοι· χρείη τοιήδε· ἡ κεφαλὴ ὑπερκεῖται ἄνω κοίλη ἐοῦσα καὶ περιφερής, καὶ πλήρης τῆς περὶ αὐτὴν ἀπὸ τοῦ ἄλλου σώματος ὑγρασίης· καὶ ἅμα ἀναπέμπει τὸ σῶμα ἀτμοὺς ἐς τὴν κεφαλὴν παντοίους ἄνω, οὓς αὖθις ἡ κεφαλὴ ὀπίσω ἀφίησι· οὐ γὰρ δύναται ἐμμένειν τὸ ἐπιρρέον οὐκ ἔχον ἔνθα ἕδρην, ἣν μὴ τὴν κεφαλὴν πονέῃ· τότε γὰρ οὐκ ἀφίησι, ἀλλ' αὐτοῦ κρατέει· ἐπὴν δὲ ἀνῇ τὴν ἕλξιν, ἐς τοὺς ἀδένας ἡ ῥοὴ γίγνεται, καὶ οὐδὲν λυπέει τὸ ῥεῦμα, ἔστ' ἂν ὀλίγον τε ᾖ καὶ ξύμμετρον καὶ ἐγκρατέες ἔωσι οἱ ἀδένες· ἣν γὰρ πουλὺ ἐπιρρυῇ, ἣν μὲν ᾖ δριμὺ καὶ χολῶδες, φλεγμαίνει καὶ ἀνοιδίσκεται καὶ ξυντείνει ὁ τράχηλος, καὶ οὕτω προΐει ἐς οὖς· κἢν μὲν ἐς ἑκάτερα τὰ μέρεα, ἑκάτερον· ἢν δὲ ἐς θάτερον, πονέει θάτερον· ἢν δὲ ᾖ φλεγματῶδες καὶ πουλὺ καὶ ἀργόν, φλεγμαίνει δὴ καὶ ὧδε· καὶ στασίμου ἐόντος τοῦ ὑγροῦ, χοιράδες ἐγγίγνονται· αὗται αἱ νοῦσοι τραχήλου.

dum parvae. Sed nolo mea oratione longius aberrare, cum ad insignes tantum haec nostra oratio instituta sit. Nunc autem ad institutum sermonem revertam, de integra glandularum natura dicturus. Utraque colli pars hinc et inde glandulas habet, quae tonsillae vocantur, in hunc usum comparatae. Caput cavum et rotundum superiore parte situm est et humiditatem ex reliquo corpore circum se complectitur; simulque corpus vapores cuiusvis generis sursum ad caput transmittit, quos rursus caput retro demittit. Neque enim quod influit, cum illic sedem non habeat, immorari potest, nisi caput morbo afficiat; tunc enim non dimittit, sed illic retinet. Ubi vero de attractione remiserit, fluxio fit in glandulas, quae nullam adfert molestiam, quoad pauca et moderata fuerit, et glandulae eam continere valent. Si enim copiosa fuerit fluxio et acris et biliosa perseveret, inflammatur et intumescit et distenditur collum; sicque ad aurem procedit. Et si quidem ad utramque aurem, utraque auris, sin ad alteram, altera dolet. Quodsi pituitosa, copiosa et lenta fluxio fuerit, item sic inflammationem concipit et cum humor sit stabilis, strumae generantur. Hi colli morbi sunt.

η'. Μασχάλῃσι δέ, — ξυρρέει μὲν καὶ ἐνταῦθα, ἀλλ' ὅταν πλῆθος ᾖ, ἢ δριμεῖς οἱ ἰχῶρες, καὶ ὧδε γίγνονται φύματα. Κατὰ ταὐτὰ καὶ ἐν τοῖσι βουβῶσι, — ἕλκει τὴν

8. Quod ad alas attinet, — eò quoque confluit; sed cum copiose fluit, vel acres sunt humores serosi, etiam ita tubercula oriuntur. Eodem modo res se habet in inguinibus: —

νῦν δὲ — τραχήλου.] Ceteri περὶ ἀδένων οὐλομελίης τραχήλου· τράχηλος (κατά interponunt Zuing., Lind., Mack.) τὰ μέρεα αὐτοῦ ἑκάτερα. Me indice locus legendus est quemadmodum eum descripsi. — Porro χροιῇ (χριῇ C., χρείη Zuing., Foës. in adn., Lind., Mack., Littr.) (addit δέ Lind.) τοιῇδε (τοιήδε C. Lind., Littr.) vulg. — Tum καὶ περιφερὴς καὶ τῆς περὶ αὐτὴν ἀπὸ τοῦ ἄλλου vulg.; — καὶ περιφερὴς καὶ πλήρης τῆς περὶ αὐτὴν ἀπὸ τοῦ ἄλλου Zuing. in marg., Mack., Littr.; — καὶ περιφερὴς καὶ περιρρηδὴς ἀπὸ τῆς τοῦ ἄλλου Lind.; — καὶ γὰρ ἀναπέμπει Lind.; — ἐνθάδε ἕδρην C. — Porro τότε οὐκ ἀνίησιν vulg., quod om. C.; cum Lind., Mack. γάρ interpono de coniectura et de meo ἀφίησι pro ἀνίησιν scribo. — Ald. ἂν ᾖ pro ἀνῇ habet. — Idem ἡ ῥοὴ — ἀδένες om; — ἐπιρρυῇ δριμὺ, ἣν μὲν ᾖ (μένῃ vulg., sed emendavit Littr.) δριμύ omnes; de coniectura otiosum δριμύ ante ἣν μὲν ᾖ δριμύ omisi. — In seqq. χολῶδες vulg., κολλῶδες C. E., edd. antt., Littr.; equidem χολῶδες omnino legendum censeo propter sequens φλεγματῶδες, quod in antithesi ponitur. — Cod. C. καὶ οὕτως; — ἐς ante ἑκάτερα om. idem et ἑκάτερον etiam om. — Fert dein καὶ ἀργὸν ἡ ῥοὴ (ῥοῇ C., ῥοιή Lind.) vulg., sed ego otiosum ἡ ῥοή abiicio. — Vulgo φλεγμαίνει δέ; cum Lind. δή scripsi. — Omnes καὶ ἡ φλεγμονὴ. στάσιμον ἐὸν τὸ ὑγρὸν, χοιράδες ἐγγιγν., sed redundans ἡ φλεγμονή delevi et e nominativo effeci genitivum absolutum. — Tandem: αὗται ([δέ] interponit Lind.) χείρους (χρείηεις et eadem manu χρειήοις C., χρειήοι Ald., χρείησις mss. quaedam Foësii in adn., χοίρων Zuing in marg.) vulgata; Littréus proponit αὗται αἱ χρεῖαι καὶ νοῦσοι τραχ. — Equidem χείρους deleo, quippe ex antecedente χοιράδες natum esse opinor.

8. μασχάλῃσι — φύματα.] ξυρρέουσι Lind.; — ἢν pro ᾖ C.; — ἤ ante δριμεῖς et οἱ ante ἰχῶρες de meo adscripsi. Non tamen certo mihi constat ante καὶ ὧδε non quaedam periisse.

κατὰ ταὐτὰ — τῶνδε.] ταῦτα vulg., ταὐτά Lind., Littr.; — καί ante ἄλλως de meo; — φλεγμαίνεται C. Q.', Mack.; — καὶ δοκέει vulg., sed δοκέει sine καί C., Littr.

ἀπὸ τῶν ὑπερκειμένων ὑγρασίην ὁ ἀδὴν· καὶ ἄλλως εἰ πλῆθος λάβοι, βουβωνοῦται καὶ διαπυΐσκεται, καὶ φλεγμαίνει ἰκέλως μασχάλῃσί τε καὶ τραχήλῳ· τὰ δ' αὐτὰ καὶ δοκέει παρέχειν ἀγαθὰ καὶ κακά. Καὶ ταῦτα μὲν ἀμφὶ τῶνδε.

glandula humorem e partibus superiacentibus attrahit, et praesertim cum copiosam fluxionem accipit, inguinum tumor βουβών dictus oritur et suppurat et incenditur non secus atque in alis et collo. Atque eadem tum bona tum mala praestare videntur. Et de his quidem hactenus.

θ'. Τὰ δὲ ἔντερα ἔχει κόρον πουλὺν ἀπό τε σιτίων καὶ ποτῶν· ἔχει δὲ καὶ τὴν ὑπὸ τοῦ δέρματος ὑγρασίην· αὕτη πᾶσα ἀπαναισιμοῦται ἰκέλη τῇ πρόσθεν· νούσους δὲ οὐ ποιεῖ τὰ πολλά, ὅκωσπερ ἐν τοῖσι ἄρθροισι γίγνεται· συχνοὶ γάρ τοι ἀδένες καὶ ἀναπετέες, καὶ οὐ κοῖλοι, καὶ οὐ πουλὺ πλῆθος ἐπαυρισκόμενοι ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου, ἐπεὶ μᾶλλον πλεονεκτεῖν ἐθελόντων ἑκάστων οὐδεὶς πλῆθος ἔχειν δύναται, ἀλλ' ὀλίγου ξυρρέοντος ἐς πολλὰ διαιρεομένου ἰσότης ἐστὶ αὐτοῖσι.

9. At vero intestina multum a cibis et potibus explentur. Quin et humiditatem sub cute continent, quae tota veluti prior absumitur. Morbos vero plerumque non facit, quemadmodum in articulis fit. Crebrae si quidem glandulae et expassae neque cavae sunt, neque admodum altera alterius copia fruentes; nam quum singulae plus habere velint, nulla copiam habere potest, sed pauco humore affluente et in multas partes diviso aequalitas illis est.

ι'. Ἡ κεφαλὴ καὶ αὐτὴ ἔχει τὸν ἐγκέφαλον ἴκελον ἀδένι· ἐγκέφαλος γὰρ καὶ λευκὸς καὶ ψαφαρός, ὅκωσπερ καὶ ἀδένες, καὶ ταὐτὰ ἀγαθὰ τοῖσι ἀδέσι ποιεῖ τὴν κεφαλήν· ἐοῦσαν γὰρ διὰ τὰ εἰρημένα μοι τιμωρέων ὁ ἐγκέφαλος ἀποστερέει τὴν ὑγρασίην, καὶ ἐπὶ τὰς ἐσχατιὰς ἔξω ἀποστέλλει τὸ πλέον ἀπὸ τῶν ῥοῶν. Μείζων δ' ὁ ἐγκέφαλος τῶν ἄλλων ἀδένων καὶ αἱ τρίχες μείζους ἢ αἱ ἄλλαι τρίχες· μείζων τε γὰρ ὁ ἐγκέφαλος καὶ ἐν εὐρυχωρίῃ κέεται.

10. Caput quoque ipsum glandulae simile habet cerebrum. Cerebrum enim et album et friabile, quemadmodum etiam glaudulae eademque bona quae glandulae capiti praestat. Cerebrum enim opitulatur et humorem, qui propter praedictas causas adest, aufert et fluxionum redundantiam ad extrema foras demittit. Est autem cerebrum maius ceteris glandulis et capilli maiores sunt quam reliqui pili: est enim cerebrum maius et in amplo loco situm.

ια'. Ποιέει δὲ νούσους καὶ ἥσσονάς καὶ μείζονας ἢ οἱ ἄλλοι ἀδένες· ποιέει δέ, ὁκόταν ἐς τὰ κάτω τοῦ σώματος τὴν σφετέρην πλεονεξίην ἀποστείλῃ. Ῥόοι δὲ ἀπὸ κεφαλῆς ἕως ἀποκρίσιος, δι' ὤτων κατὰ φύσιν, δι'

11. Morbos autem et minores et maiores parit quam reliquae glandulae. Parit vero cum ad inferiores corporis partes copiam, qua redundat, mandarit. De capite autem fluxiones ad secretionem usque fiunt per aures secundum

9. τὰ δὲ — αὐτοῖσι.] πουλύν E., Lind., Mack., Littr., πολύν vulg.; — αὐτὴ [δὲ] πᾶσα Lind.; — τῆς πρόσθεν vulg., τοῖς πρόσθεν C., de meo τῇ scripsi; — πολύ vulg., πουλύ C. E. Lind., Mack., Littr. — ὅκωσπερ καὶ ἐν τοῖσι ἄρθρ. vulg., sed otiosum καί abigo. In sequentibus: ἐπεὶ μᾶλλον πλεονεκτεῖν ἐθέλουσα οὐδὲ μίη τότε πλῆθος ἔχειν δύναται ἀλλ' ἐς ὀλίγον ἑκάστης ξυρρέον ἐς τὸ ἄρθρον ἐς πολλὰ διαιρεόμενον ἰσότης ἐστὶν αὐτέῃσιν vulg.; locum autem de coniectura, ut potui, emendavi. Adnotantur ad eum hae varr. lectt.: ἐπὶ μᾶλλον πλεονεκτεῖν ἐθέλουσαν οὐδὲ μὴ ἔχειν δύναται C.; — οὐδεμίην Ald.; — τό τε Lind.; — ἀλλ' ὀλίγον ἑκάστη Littr. de suo, qui cogitatione explet ἔχειν δύναται; — tum ξυρρέοντες pro ξυρρέον ἐς E.

10. ἡ κεφαλὴ — ῥοῶν.] ἡ κεφαλὴ καὶ αὕτη τὰς ἀδένας ἔχει, τὸν ἐγκέφαλον ἴκελον (ἴκελα δέ C.) ἀδένι vulg.; equidem insiticium τὰς ἀδένας abigo. Tum ταῦτα ἀγαθά C. — Ceteri τὴν κεφαλὴν ἐοῦσαν διὰ τὰ εἰρ. κ. τ. λ., in quo ridiculum τὴν κεφαλὴν ἐοῦσαν: equidem distinguo post κεφαλήν et γάρ post ἐοῦσαν suppleo de meo. — Aem. Port. καὶ ἀποστερέει. — Vulgo ῥόων, sed ῥοῶν C., Littr.

μείζων — κέεται.] Post κέεται omnes τῇ κεφαλῇ legunt; quod scholion omisi.

11. ῥόοι — ἑπτά.] ὡς pro ἕως L. Lind., Mack.; — ἀπόκρισιες L., ἀπὸ κρίσιος mss. apud Foës. in adn., Lind.; — ἐς λάρυγγα C.; — ἐς τὸ αἷμα vulg., ἐς τὰ ἰσχία Littr. collatis infra enumeratis fluxionis speciebus.

ὀφθαλμῶν, διὰ ῥινῶν· τρεῖς οὗτοι· καὶ ἄλλοι δι' ὑπερῴης ἐς φάρυγγα, ἐς στόμαχον· ἄλλοι διὰ φλεβῶν ἐπὶ νωτιαῖον, ἐς τὰ ἰσχία, οἱ πάντες ἑπτά.

ιβ'. Οὗτοι τοῦ τε ἐγκεφάλου λύματά εἰσι ἀπιόντες· καὶ εἰ μὴ ἀπίοιειν, νοῦσος αὐτῷ. Οὕτω δὲ καὶ τῷ ἄλλῳ σώματι, ἢν ἐς τὰ ἔνδον ἀπίωσι καὶ μὴ ἔξω, ὄχλος πουλὺς ἔνδοθεν· καὶ δριμὺ μὲν εἰ πρόοιτο ὁ ἐγκέφαλος ῥεῦμα, τὰς ἐπιρροὰς ἐσθίει καὶ ἑλκοῖ· καὶ τὸ μὲν ἐπιὸν ἢν ᾖ πλῆθος, κατιὼν ἅλις οὐκ ἀνέχει ὁ ῥόος, ἔστ' ἂν ἐξαρύηται τὴν πληθὺν τοῦ κατιόντος καὶ τὸ μὲν ἐπιρρέον ἀποπέμπων ἔξω, ἕτερον δὲ ἐσδεχόμενος ἐς τὸ ὁμοῖον αἰεὶ καθιστάμενον, τά τε ὑγρὰ ἕλκει καὶ ποιέει νούσους. Ἄμφω δὲ ἐν ἀκηδίῃ καταγυιοῖ τὴν φύσιν· καὶ ἢν πάθῃ, δυ' ἔστον κακία· τὰ μὲν γὰρ πάθη τῆς φύσιος δυσφορέουσι τὸ πλῆθος, καὶ ὀδάξον τὸ ἄλογον καὶ οὐ ξύνηθες ὄν· ὁ δὲ ἐγκέφαλος πῆμα ἴσχει καὶ αὐτὸς οὐχ ὑγιαίνων· ἀλλ' εἰ μὲν δάκνοιτο, τάραχον πουλὺν ἴσχει, καὶ ὁ νόος ἀφραίνει καὶ ὁ ἐγκέφαλος σπᾶται καὶ ἕλκει τὸν ὅλον ἄνθρωπον, ἐνίοτε δ' οὐ φωνέει καὶ πνίγεται, — ἀποπληξίη τῷ πάθεϊ τοὔνομα. Ἄλλοτε δὲ δριμὺ μὲν οὐ τὸ ῥεῦμα, πλῆθος δ' ὂν τὸ ἐμπεσὸν, ποιέει τοῦτο· καὶ ἡ γνώμη ταράσσεται καὶ περίεισι ἀλλοῖα φρονῶν καὶ

naturam, per oculos, per nares, tres numero. Aliae per palatum in fauces, in gulam, aliae per venas in medullam spinalem, in coxendices, omnes numero septem.

12. Eae si discedant, cerebri purgamenta sunt et nisi discedant ipsi morbum creant. Ad eundem autem modum etiam in reliquo corpore, si intro et minime foras discesserint, turbatio intus multa. Ac si cerebrum acrem fluxionem dimittat, partes in quas fluxio fit rodit et ulcerat. Atque si affluens humor magna copia fuerit, confertim descendens fluxio non cessat, donec exhauserit copiam humoris descendentis et id quod adfluit foras emittens, aliudque quod ad sui simile semper consistit suscipiens, humores attrahit et morbos facit. Amboque neglecta curatione hominem debilitant; ac si patiatur, duo sunt mala: nam naturae affectiones copiam aegre ferunt et id quod mordet et praeter rationem neque consuetum est. Cerebrum autem ipsum quoque affectione laborat ipsum non recte valens, sed si mordeatur, multam habet perturbationem et mens desipit et cerebrum convulsionem sentit et totum hominem trahit, interdumque voce destituitur et suffocatur; — cui affectioni apoplexiae nomen est. Verum interdum non fluxio acris, sed copiosus humor descendens id facit.

12. οὗτοι — αὐτῷ.] λύματα apud Erot. exponitur.

οὕτω — νούσους.] οὕτως C.; — ἢν δ' (δ' omm. C., Zuing., Bas., Littr.) ἐς (τινες pro ἢν δ' ἐς Ald., C., Vatt. Foësii) τὰ ἔνδον vulg.; — porro καὶ μὴ ἔξω καὶ αὐτοῖς ὄχλος πολὺς (πουλύς C. E., Ald., Lind.) χἄνδοθεν (ἔνδοθεν pro χ. Lind.) ἕλκει (ἑλκοῖ E., Ald., Zuing.; ἑλκειῦ (sic) et eadem manu οι supra ει C.) καὶ ἀδριμὺ (δριμύ C. Zuing. in marg.) (ἢν χανδόθεν ἕλῃ καὶ δριμὺ μένῃ coniicit Aem. Portus), (addit εἰ Lind.) πρόοιτο ὁ ἐγκέφαλος ῥεῦμα ὃ (ὃ om. C.) τὰς ἐπιρροὰς ἐσθίει καὶ ἑλκοῖ· καὶ τὸ (τά E. Ald.) ἐπιὸν ἢν ᾖ πλῆθος κατιὸν, τέλος (ἅλος pro τέλος E. Ald. Zuing., Bas., ἅλις C.) οὐκ ἂν ἔχοι (ἔχῃ C.) ὁ ῥόος, ἔστ' ἂν ἀρία τε (ἐς ἄρια τε C., εἰσαρύαται Zuing., εἰσαρύηται Lind.) τὴν πληθὺν τοῦ κατιόντος vulgata; — καὶ αὖθις ὄχλος πολὺς χανδόθεν ἕλκει καὶ δριμὺ μὲν εἰ πρόοιτο ὁ ἐγκέφαλος ῥεῦμα ὃ τὰς ἐπιρροὰς ἐσθίει καὶ ἕλκει καὶ τὸ μὲν ἐπιὸν ἢν ᾖ πλῆθος, κατιὼν τέλος οὐκ ἂν ἔχοι ὁ ῥόος. ἔστ' ἂν ἐξαρύηται (εἰσαρύηται Mack.) τὴν πληθὺν τοῦ κατιόντος legunt Foës. in nott., Mack. — Equidem in his textum fere descripsi quemadmodum Littr., sed post καὶ μὴ ἔξω eieci καὶ αὐτοῖς, quod emblema est alienum. Tum non κἄνδοθεν ἑλκοῖ καὶ δριμὺ μέν dedi, sed ἔνδοθεν scripsi ad ὄχλος πολύς id trahens et ἑλκοῖ, quod paulo post recurrit, abieci. Cum Foësio κατιών scripsi, ubi Littr. κατιὸν exhibet et ἐξαρύηται cum Foësio dedi, ubi Littr. ἐσαρύηται. — In sequentibus ἀποπέμπον Ald. C.; — εἰσδεχόμενος vulg., ἐσδεχ. C. Littr.; — καθιστάμενον de meo pro καθιστάμενος, nempe iungendum opinor ἐσδεχόμενος δὲ ἕτερον αἰεὶ καθιστάμενον ἐς τὸ ὁμοῖον. — Tandem ἕλκῃ pro ἕλκει C.

ἄμφω — τοὔνομα.] καταγυῇ vulg., καταγυνύει L., καταγυνοῖ C., Zuing., καταγυιοῖ Foës. in adn. Lind., Mack.; — δύεστον (διέστων Zuing., δίεστον Foës. in adn., δύσοιστος L., δύσοιστον Lind.. Mack.) κακία vulg.; recte vero descripsit Littr., quem sequor. Post τὰ μὲν γὰρ πάθη τῆς φύσιος omnes ferunt οἱ προειρημένοι ῥόοι, quod mihi scholion videtur, non in textum recipiendum. Tum vulgo ὀδάξονται, quod non intelligo, sed ex ὀδάξον natum esse puto, quod repono. Dein ἀφρονεῖ vulg., ἀφρενεῖ C. Ald., unde ἀφραίνει Littr.; — τὸν ὅλον ἄνθρωπον ἐν ἑωυτῷ δ' οὐ Dietz., Littr., ἐνεός τε καὶ οὐ φ. Coraës; — φρονέει pro φωνέει L. — Cum Littréo recepi Dietzii coniecturam; meliora non sunt in promptu.

ἄλλοτε — φαντάσμασι.] ἀλλ' ὅτε δέ vulg., rectius scripsit Littr.; — μὲν οὐ ποιέει αὐτὸ (nempe sic Littr., αὐτῷ vulg.) τὸ ῥεῦμα vulgo, sed ποιέει αὐτό abundat, quia paulo post ποιέει τοῦτο sequitur; — ἐμπεσὸν πονέει vulg., de

ἀλλοῖα ὁρέων, φέρων τὸ ἦθος τῆς νούσου σεσηρόσι μειδιήμασι καὶ ἀλλοκότοισι φαντάσμασι.

ιγ'. Ἄλλος ῥόος ἐπ' ὀφθαλμοὺς, καὶ οἰδέουσι αἱ ὄψιες. Εἰ δὲ ἐπὶ ῥῖνας ὁ κατάρρους, ὀδάξονται μυκτῆρες καὶ ἄλλο οὐδὲν δεινόν· αἵ τε γὰρ ὁδοὶ τούτων εὐρέαι καὶ ἱκαναὶ τιμωρέειν σφίσι· πρὸς δὲ καὶ ἀξύστροφον τὸ ἀπιὸν αὐτῇσι. Τὰ δὲ οὔατα, σκόλιος μὲν πόρος καὶ στενός· ὁ δ' ἐγκέφαλος πλησίον ἐὼν αὐτοῖσι ἐμπιέζεται· νοσέοντος δὲ τὴν νοῦσον ταύτην, τὰ πολλὰ ἀποκρίνει καὶ τὸ οὖς ἀπὸ τῆς πυκινῆς ῥοῆς καὶ ἀνὰ χρόνον κεχώρισταί τε καὶ ῥέει δυσῶδες πῦον. Οὕτως ἐς τὰ ἔξω δῆλοι τῷ ὀφθαλμῷ ῥόοι καὶ οὐ πάμπαν θανατώδεες.

ιδ'. Ἢν δὲ ὀπίσω τὸ ῥεῦμα ἴῃ δι' ὑπερῴης, τοῦ φλέγματος ἀφικομένου ἐς τὴν κοιλίην, ῥέουσι μὲν καὶ αἱ κοιλίαι τούτων, νοσέουσι δὲ οὔ· ἀλλὰ μένοντος κάτω τοῦ φλέγματος, εἰλεοί. Ἄλλοις δι' ὑπερῴης ἐπὶ φάρυγγα ἢν πουλὺ ῥυῇ καὶ ἐπὶ πουλὺ, αἱ νοῦσοι φθινάδες· κορίσκονται γὰρ τοῦ φλέγματος οἱ πνεύμονες καὶ γίγνεται πῦον· καὶ τοῦτο διεσθίει τοὺς πνεύμονας καὶ οἱ νοσέοντες οὐ ῥᾴϊον περιγίγνονται· καὶ ἡ γνώμη τοῦ ἰητροῦ, καὶ ἢν ἀγαθὸς καὶ ἢν ἀγχίνους, τὰ πολλὰ ἀξυνετέει τῆς προφάσιος. Ἄλλη νοῦσος διὰ

Et mens perturbatur et homo obambulat varia cogitans et varia videns, morbi consuetudinem circumferens effuso risu et peregrinis imaginationibus.

13. Alia fluxio fit in oculos, qui intumescunt. Quodsi ad nares defluxio decumbat, mordentur nares, nihilque aliud gravius accidit. Earum enim amplae sunt viae et quae sibi auxilium ferre possint; praeterea vero minime coactum quod per illas fertur. Ad aures vero quod attinet, — meatus quidem tortuosus et angustus, cerebrum vicinum habet ipsis appressum. Quod cum afficitur hoc morbo, plerumque et auris secernit de frequenti fluxione tandemque secessit et fluit pus pravi odoris. Hae fluxiones foris sunt conspicuae neque omnino letales.

14. Quodsi fluxio parte posteriore per palatum deferatur, pituita ad ventrem deveniente, horum ventres fluunt, sed non aegrotant; verum pituita infra manente volvuli oriuntur. Aliis si per palatum ad fauces multa et frequens fluxio fiat, morbi tabifici nascuntur: implentur enim pulmones pituita et pus oritur, quod pulmones exedit, neque aegrotantes facile evadunt et medicus, etiamsi bonus et sagax fuerit, fere causam ignorat. Alius morbus a fluxione de capite per venas ad medullam spinalem. Fertur autem inde ad os sacrum medulla spinali adfluxum ducente

meo ποιέει dedi; — παρίησιν vulg., περίησιν C., περίεισιν Littr.; — καὶ ἀλλοῖα ὁρέων omm. E. P.'; — ἐσηρόσει C. Ald.; — μηδιήμασι vulg., sed dudum recte scripserunt.

13. ἄλλος — ὄψιες.] Post ὀφθαλμούς vulgo ὀφθαλμία, C. Littr. ὀφθαλμίαι; equidem scholion abigo; — ὄψεις cett.

εἰ δὲ — αὐτῇσι.] μυκτῆρας C. E., edd. antt., Zuing., μυκτῆρες vulgo, quam Foësii emendationem reiicit Littréus; quod tamen num recte faciat, dubito. Ceteri εὐρέες, de meo εὐρέαι.

τὰ δὲ — πῦον.] στενός Zuing.; — πλησίον αὐτοῦ αὐτοῖσι ἐμπιέζεται vulgo, sed pro αὐτοῦ repono ἐών sensu loci id flagitante; — νοσέω C. Ald.; — κατὰ τὸ οὖς de coniectura Littréus, nempe codicum lectionem νοσέων in proxime antecedentibus servat, quae mihi in νοσέοντος mutanda videtur et subintelligendum τοῦ ἐγκεφάλου. — Porro ὥρισται vulgo, pro quo ὥρισται scribit Littréus affirmans a verbo ὀρίζω s. ὀρρίζω, quod „filtrer" significet, esse ducendum: quae opinio manifesto falsa, quum tale verbum tali significatu ignoret lingua Graeca; — Foës. ὤρυκται coniecit parum feliciter, recepit tamen Mack.; ὀρύνεται sine τε Lind.; — certum est ὥρισται ineptum esse, loco vero subvenire studui καί ante ἀνὰ χρόνον inferendo et pro vitiosa lectione κεχώρισται reponendo. Locum tamen aliis etiam explorandum commendo!

οὕτως — θανατώδεες.] Scriptum fuisse opinor: οὗτοι ἐς τὰ ἔξω δῆλοι οἱ ῥόοι, nempe τῷ ὀφθαλμῷ emblema alienum est.

14. ἢν δὲ — εἰλεοί.] τὸ ὀπίσω vulg.; cum Littréo ex C. ὀπίσω τό scripsi; — ἢ ceteri; ἴῃ de meo; — τοῦ φλέγματος ἀφικομένου de meo, ceteri τὸ ἀφικόμενον φλέγμα; nescio quis librarius fere quovis loco in hoc libello nominativos e genitivis fecit. — Vulgo ἀναμένοντος, addunt vero δέ Zuing. in marg., Foës. in nott., Lind., Mack.; equidem quid ἀναμένειν huc faciat non satis capio, itaque putavi in vulgata latere ἀλλὰ μένοντος, quod recepi.

ἄλλοις — προφάσιος.] εἰλεοὶ τὰ πάθη χρόνια..ἄλλοις δι' (δ' C.) vulg.; Littréus interpungit post εἰλεοί et tum pergit: Τὰ πάθη χρόνια ἄλλοις κ. τ. λ. Equidem τὰ π. χρ. abiicio, emblema est alienum. Vulgo καὶ γίγνεται (ἢ interponunt Ald. C.) τὸ πῦον· τοῦτο (ὅ addunt Zuing. in marg., Lind., ὅ τι mss. apud Foës. in adn.) διεσθίει κ. τ. λ.; equidem τό ante πῦον reiicio et καί ante τοῦτο de meo adpono. — Littr. e vulgato τὰ πολλὰ ξυνετέει effecit τὰ πολλ' ἀξυνετέει, malo tamen τὰ πολλά plene scribere.

ἄλλη νοῦσος — θνήσκει.] ἀλλ' ἡ vulg., sed dudum re-

φλεβῶν ἐπὶ νωτιαῖον ἀπὸ κατάρρου κεφαλῆς· ἀΐσσει δὲ ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸ ἱερὸν ὀστέον ἄγοντος τὴν ἐπιρροὴν τοῦ νωτιαίου καὶ ἐναπέθετο τῇσι κοτύλῃσι τῶν ἰσχίων· καὶ ἢν ποιέῃ φθίσιν, μαραίνεται ὁ ἄνθρωπος καὶ ὧδε ζώειν οὐκ ἐθέλει· ταχὺ γὰρ πονέει τὴν σπάθην καὶ ἅμα τὼ πόδε καὶ μηρὼ παρέπονται καὶ αἰεὶ τελέως ὄλλυνται χρόνῳ πολλῷ μελεδαινόμενοι καὶ οὕτως ἀπηύδηκε καὶ θνήσκει. Ταῦτά μοι περὶ ῥόων ἀπὸ κεφαλῆς εἴρηται.

ιε'. Καὶ πάθεα ἐγκεφάλου καὶ ἄλλαι νοῦσοι, παραφρόσυναι καὶ μανίαι, καὶ πάντα ἐπικίνδυνα, καὶ πονέει ὁ ἐγκέφαλος καὶ οἱ ἄλλοι ἀδένες· ἔχει γὰρ καὶ τόνον καὶ ἄλλη ξύνοδος ἐνταῦθα πάλιν τοῦ σώματος.

ις'. Ἀλλὰ καὶ ἀδένες ἐν τοῖσι στήθεσι, — μαζοὶ καλέονται, — καὶ δὴ ἀείρονται γάλα ποιέουσι, τοῖς δὲ οὐ ποιέουσι γάλα, οὔ· ποιέουσι μὲν αἱ γυναῖκες, οἱ δὲ ἄνδρες οὐ ποιέουσι. Τῇσι μὲν γὰρ γυναιξὶ ἀραιή τε ἡ φύσις κάρτα τῶν ἀδένων, ὥσπερ τὸ ἄλλο σῶμα, καὶ τὴν τροφὴν, ἥν τινα ἕλκουσι ἐπὶ σφᾶς, ἀλλοιοῦσι ἐς τὸ γάλα· καὶ ἀπὸ τῆς μήτρης παραγίγνεται ἐπὶ τοὺς μαζοὺς ἐς τὴν μετὰ τὸν τόκον τῷ παιδίῳ τροφὴν, ἥν τινα ἀποπιέζει, εἰ ὑπερβάλλει, τὸ ἐπίπλοον ἐς τὸ ἄνω στενοχωρούμενον ὑπὸ τοῦ ἐμβρύου. Τοῖσι δὲ ἄρρεσι καὶ ἡ στενοχωρίη καὶ ἡ πυ-

et in coxendicum acetabula deponitur. Quodsi tabem faciat, homo contabescit et ita vivere non potest. Cito enim laborat ..... et simul pedes et femora consequuntur, semperque plane contabescunt multo tempore curati atque ita exhaustus moritur aeger. Haec quidem de fluxionibus a capite dicta sint.

15. *De loco pessime corrupto cf. adn.*

16. Sed et glandulae sunt in pectore; — mammae vocantur; — et attolluntur in iis, qui lac producunt, non vero in iis, qui non producunt; producunt autem mulieres, viri vero non producunt. Mulieribus enim rara admodum est glandularum natura, quemadmodum reliquum corpus, et nutrimentum, quod ad se attrahunt, in lac mutant. Quod ab utero ad mammas pervenit ad pueri alimentum post partum editum, quod omentum, si redundet, exprimit ad superiores partes in angustiam redactum per foetum. In maribus vero et loci angustia et densitas corporis multum confert

ctius scripserunt; — δὲ (δ' E.) ἐνταῦθα vulg., repono ἐντεῦθεν de meo; — ἄγων τὴν ἐπιρροὴν ὁ νωτιαῖος omnes, quod in genitivum mutavi. Post ἰσχίων Ald., C. ferunt ἰσχία, quod recepit Littr., sed mihi abundare visum est. Vulgo καὶ μαραίνεται, ego καί omitto cum Lind.; — porro ὁ ἄνθρωπος ὧδε (ὅδε Zuing. in marg., Lind., Littr., καὶ ὧδε vulgo, sed equidem prius illud sive ὧδε, sive ὅδε omitto. — Ceteri καὶ ζώειν et rursus otiosum καί expello. — Interpretantur vulgo h. l. τὴν σπάθην scapulam, vid. Foës. in Oecon., qui e Polluce docet σπάθας appellari *costarum ossa;* sed mirum est τὴν σπάθην singulari numero poni ubi horum utrumlibet significetur. Equidem fateor me ignorare quid ἡ σπάθη loco nostro esse possit aut debeat. — Ἄμφω pro ἅμα C. — Tandem καὶ οὔτε (οὕτως pro οὔτε L., Corn., Zuing. in marg., Lind., Littr.) ἀπηύδηκε (ἀπήνδηκε Ald., ἀπήνθηκε L., Corn., Zuing. in marg.) vulgata.

ταῦτα — εἴρηται.] περί omm. C. E., Ald.

15. καὶ — σώματος.] Quod attinet ad lectionis varietatum, C. om. ἔχει γὰρ καὶ τόνον usque ad ἀδένες principio capituli sequentis, unde patet omissionem esse fortuitam, e qua nihil discas; — tum πόνον pro τόνον Corn., Zuing. in marg., quae coniectura repudiatur a Littréo in adn. — Mihi totum capitulum pessime corruptum videtur. Fortasse ab auctoris manu est: Καὶ πάθεα ἐγκεφάλου ἄλλα, παραφροσύναι καὶ μανίαι, καὶ πάντα ἐπικίνδυνα. — Quod sequitur καὶ πονέει ὁ ἐγκέφαλος καὶ αἱ ἄλλαι ἀδένες tam est incongruum per se, et tam parum apte post antecedentia infertur, ut ab aliena manu profectum esse existimem. Finis autem loci: ἔχει γὰρ καὶ τόνον καὶ ἄλλη ξύνοδος πάλιν τοῦ σώματος, sive τόνον, sive πόνον legas, prorsus non intelligitur.

16. ἀλλὰ καὶ — ποιέουσι.] διείρονται (ἀείρονται L., διαείρονται Zuing. in marg., δὴ ἀείρονται Zuing. in marg., Lind., Mack.) καὶ (καί om. C.) γάλα ποιέουσιν· οἷς δὲ οὐ ποιέουσιν γάλα. ποιέουσι μέν vulg.; Littr.: διαίρονται γάλα ποιέουσιν· οἷς δὲ οὐ ποιέουσι γάλα οὔ· ποιέουσι μὲν κ. τ. λ. Equidem paulo aliter textum descripsi.

τῇσι μὲν — τοῦ ἐμβρύου.] γάρ cum Lind. de coniectura adscripsi; — ἡ φύσιν καὶ κατὰ (καὶ κατά om. Zuing. in marg., κάρτα pro καὶ κατά Zuing, in marg., Lind.,) τῶν vulg.; — Littr.: ἡ φύσις κατὰ τῶν dedit; equidem alteram Zuingeri lectionem sequor; — ὥσπερ καὶ τὸ ἄλλο σῶμα Zuing. in marg., Lind.; — ἀποπιέζει εἰ (ἢ pro εἰ Zuing., Mack.) καὶ (εἴ περ pro εἰ καί Lind.; εἴτε καί L.) ὑπερβάλλει (ὑπερβάλλοι C.) vulg. — Littréus e vulgata εἰ omisit; ego καί omittendum censeo.

τοῖσι — περισσῶν.] μετασυμβάλλεται codd., emendatur apud Zuing. in marg., Foës. in adn., receperunt emendatio-

κνότης τοῦ σώματος μέγα ξυμβάλλεται ἐς τὸ μὴ εἶναι μεγάλους τοὺς ἀδένας· τὸ γὰρ ἄρρεν ναστόν ἐστι καὶ οἷον εἶμα πυκνὸν καὶ ὁρέοντι καὶ ἐπαφωμένῳ· τὸ δὲ θῆλυ ἀραιὸν καὶ χαῦνον καὶ οἷον εἴριον ὁρέοντι καὶ ἐπαφωμένῳ, ὥστε τὴν ὑγρασίην οὐ μεθίησι τὸ ἀραιὸν καὶ μαλθακόν· τὸ δὲ ἄρσεν οὐκ ἂν τι προσδέξαιτο, πυκνόν τε ἐὸν καὶ ἀστεργὲς, καὶ ὁ πόνος κρατύνει αὐτοῦ τὸ σῶμα, ὥστε οὐκ ἔχει δι' οὗ λήψεταί τι τῶν περισσῶν. Οὕτως ἀναγκάζει ὅδε ὁ λόγος καὶ στήθεα καὶ μαζοὺς καὶ τὸ ἄλλο σῶμα τῇσι γυναιξὶ χαῦνα καὶ μαλακὰ εἶναι καὶ διὰ τὴν ἀργίην καὶ διὰ τὰ προειρημένα· τοῖσι δὲ ἀνδράσι τὰ ἐναντία.

ιζ'. Ποιέουσι καὶ μαζοὶ φύματα τὸ γάλα ἀποσήποντες· ἀγαθὰ δὲ ἔχουσι τοῖσι ἔμπροσθεν ὁμοῖα· ἀποστερίζουσι τὴν πλεονεξίην τοῦ ἄλλου σώματος. Μαρτύριον· — τῇσι γυναιξὶ, ᾗσι ἀφαιρεῖται νούσῳ ἢ ἄλλῃ τινὶ ξυμφορῇ μαζὸς, καὶ ἡ φωνὴ θρασεῖα καὶ ὑγρὰ εἰς στόμαχον . . . . . καὶ πτυελίζουσι καὶ τὴν κεφαλὴν ἀλγέουσι καὶ ἀπὸ τῶνδε νοσέουσι· ἰὸν γὰρ ἀπὸ τῆς μήτρης καὶ ἐπιρρέον τὸ γάλα, ὥσπερ μετίετο καὶ ἔμπροσθεν ἐς τὰ ἄνω τεύχεα, οἰκεῖα οὐκ ἔχον, ξυντυγχάνει τοῖσι κυρίοισι τοῦ σώματος, καρδίῃ, πνεύμονι καὶ ἀποπνίγονται.

ad glandularum parvitatem. Mas enim confertim plenus est ac vestis instar tum visu, tum contactu densus; mulier vero rara et laxa et lanae similis tum visu tum contactu, quippe humorem nou emittit id quod rarum et molle est. Mas vero cum densus sit et humorem non desideret, nihil suscipit et labor eius corpus roborat, ita ut desit, per quod recipiat aliquid superfluum. Ita haec ratio fateri cogit et pectus et mammas et reliquum corpus mulieribus laxa esse et mollia, tum ob vitam desidem, tum ob praedictas causas, viris vero contra.

17. Mammae etiam tubercula pariunt, lac ipsum putrefacientes. Commoda vero superioribus similia obtinent. et reliqui corporis redundantiam intervertunt. Testimonio hoc est: mulieribus, quibus per morbum, aut aliam quamdam calamitatem mamma aufertur, vox ferox efficitur, humoresque ad gulam deferuntur, multa sputatione vexantur, capite dolent et ex his aegrotant. Lac enim ab utero veniens et influens, quemadmodum etiam antea ad superiora vasa transmittebatur, cum propria non habeat, in principes corporis partes incidit, cor videlicet et pulmonem, et suffocantur.

nem Lind., Littr. — De meo ἐς τό supplevi. — Ceteri ἐπαφομένῳ minus recte. — Tum οἱονεὶ ῥέον (ῥίον C.) ὁρέοντι vulg.; rectius scripsit Littr.; — ἀστεγές Corn., Zuing. in marg., ἄστεγεν Foës. in nott., Mack.; cum Littréo ἀστεργές servo; — λήψεται τόπον Zuing. in marg. — Ceteri τὸ τῶν περισσῶν, de coniectura τι scripsi.

οὕτως — ἐναντία.] περισσῶν οὕτως. Ἀναγκάζει vulg., περισσῶν. Οὕτως (δέ interponit Lind.) ἀναγκάζει Foës. in adn., Lind., Mack., Littr.; — ὁ δὲ (ὅδε E. Lind., Mack.) λόγος vulg.; recte ὅδε ὁ λ. Littr.; — ἀργείην vulg., ἀργίην C. Littr.

17. ποιέουσι — ἄλλου σώματος.] ποιέουσι [δὲ] καί Lind.; — καὶ μαζοὶ — τοῖσιν om. C. Post φύματα ceteri φλεγμονάς, quod emblema expuli.

μαρτύριον — ἀποπνίγονται.] νοῦσος ἢ ἄλλη τις ξυμφορά Ald. C.; — τραχεῖα, Corn., Zuing. in marg., Lind.; — post στόμαχον lacunam notavi, credo ξυρρέει, vel eiusmodi quid excidisse. — Vulgo μητρός, sed dudum μήτρης rectius legerunt; — μεθίῃ vulg., μεθίει Littr., μετίετο Ionice de meo; — ἔχων vulg., ἔχον Littr.; — τὰ οἰκεῖα οὐκ ἔχον τεύχεα vulg.; equidem τά et τεύχεα reiicio, quum inepte inferantur.

ΠΕΡΙ ΚΑΡΔΙΗΣ.

ΣΥΓΓΕΓΡΑΠΤΑΙ ΥΠΟ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΙΑΤΡΟΥ ΝΕΩΤΕΡΟΥ, ΥΦ' ΟΥ ΤΑ ΠΕΡΙ ΑΓΜΩΝ ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΑΡΘΡΩΝ ΚΑΙ ΤΟ ΠΕΡΙ ΑΔΕΝΩΝ.

DE CORDE.

CONSCRIPTUS EST LIBER AB EODEM MEDICO RECENTIORE, A QUO LIBRI DE FRACTIS, DE ARTICULIS ET DE GLANDULIS.

ΠΕΡΙ ΚΑΡΔΙΗΣ.

α'. Καρδίη σχῆμα μὲν ὁκοίη πυραμὶς, χροιὴν δὲ κατακορὲς φοινικέα. Καὶ περιβέβληται χιτῶνα λεῖον· καὶ ἔστι ἐν αὐτῷ ὑγρὸν σμικρὸν ὁποῖον οὖρον, ὥστε δόξεις ἐν κύστι τὴν καρδίην ἀναστρέφεσθαι· γεγένηται δὲ τούτου ἕνεκα, ὅκως ἅλληται ῥωσκομένως ἐν φυλακῇ· ἔχει δὲ τὸ ὕγρασμα ὁκόσον μάλιστα καὶ πυρουμένῃ ἄκος. Τοῦτο δὲ τὸ ὑγρὸν διορροῖ ἡ καρδίη πίνουσα, ἀναλαμβανομένη καὶ ἀναλίσκουσα, λάπτουσα τοῦ πνεύμονος τὸ ποτόν.

β'. Πίνει γὰρ ὤνθρωπος τὸ μὲν πολλὸν ἐς νηδύν· ὁ γὰρ στόμαχος ὁκοῖον χῶνος καὶ ἐκδέχεται τὸ πλῆθος καὶ ἅσσα προσαιρόμεθα· πίνει δὲ καὶ ἐς φάρυγγα, τυτθὸν δὲ οἷον καὶ ὁκόσον ἂν λάθοι διὰ ῥύμης ἐσρυέν· πῶμα γὰρ ἀτρεκὲς ἡ ἐπιγλωσσὶς καὶ διήσει μεῖζον ποτοῦ οὐδέν. Σημήϊον τοῦτο· εἰ γάρ τις κυάνῳ ἢ μίλτῳ φορύξας ὕδωρ δοίη δεδιψηκότι πάνυ πιεῖν, μάλιστα δὲ συΐ, τὸ γὰρ κτῆνος οὐκ ἔστι ἐπιμελὲς οὐδὲ φιλόκαλον, ἔπειτα δὲ εἰ ἔτι πίνοντος ἀνατέμνοις τὸν λαιμὸν, εὕροις ἂν τοῦτον κεχρωσμένον τῷ ποτῷ· ἀλλ' οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἡ χειρουργία. Οὔκουν ἀπιστητέον ἡμῖν περὶ τοῦ ποτοῦ, εἰ εὐτρεπίζει τὴν σύριγγα τῷ ἀν-

DE CORDE.

1. Cor figura quidem metae similis, colore autem saturate puniceo, tunica laevi circum tegitur, in quo humor modicus, qualis urina inest, ut cor in vesica versari existimes. Ea vero de causa exstitit, ut valide in custodia saliat. Humoris autem tantum habet, quantum maxime ad aestuantis medelam satis sit. Hunc humorem cor in serum vertit, pulmonis potum elambendo ebibens, assumens et consumens.

2. Nam cum quis bibit, maximam partem in ventrem demittit. Gula enim velut infundibulum et potus copiam et quaecumque assumimus excipit. Bibens autem dimittit etiam exiguum quid in pharyngem eiusmodi et tantum, quantum clam per impetum influit. Epiglottis enim operculum exactum, neo quidquam quod potu sit maius admittit. Cuius rei hoc est indicium. Si quis aquam coeruleo colore aut minio inquinatam valde sitienti potui exhibeat, praecipue vero sui, quippe quod pecus neque curam adhibet neque mundum est, deinde bibenti iugulum secuerit, potu coloratum reperiet. Verum non cuiusvis hominis est illa operatio. Non igitur nobis fides est detrahenda de potu, num

1. καρδίη — φοινικέα.] μέν om. Ald.
καὶ περιβέβληται — ἄκος.] περιβεβλέαται ceteri; emendandum esse vidit Littr.; — ὅκως θάλλεται edd. antt. C. E., θάλληται vulg. ex Foësii emendatione; — πάλληται Lind., ἅλληται Schneid. in Lex. voce θάλλω, quae vera lectio et a Littréo recepta, qui demittit ad extremum cap. 4., ubi ὅπη καὶ διασημαίνει τὸ ἅλμα: putavi olim θάλλῃ esse legendum, vide prolegomena ad vol. II. p. xxxviii., sed credo Schneideri emendationem praestare; — ῥασκημένως C.; — πυρευμένῃ cett.
τοῦτο — ποτόν.] διουρέει vulg., διορροῖ Littr.
2. πίνει — οὐδέν.] χῶσνος vulg. χῶνος vel χόανος L., χῶσνος in χῶνος mutarunt editores; βόθυνος codd. Vatt.; — προαιρούμεθα vulg., προσαιρούμεθα Lind., Mack., προσαιρόμεθα recte Littr.; — ἐς λάρυγγα Lind. de suo otiose; — τιτθόν vulg., τυτθόν E., Littr.; — pro ῥύμης Corn. ῥωγμῆς legit; — κἢν διήσει vulg., οὐκ ἂν pro κἂν Aem. Port. Foës., Lind., Mack.; — κἂν διήσῃ Littr., quod non congruum videtur; aut καὶ οὐκ cum illis legendum, aut καί, quod praefero; nempe ante Δ finale I facile in N abire potuit; — [οὐδὲ] μεῖζον Lind.
σημήϊον — χειρουργία.] ἦν γάρ cett., εἰ γάρ de meo propter seqq.; — ἀνατέμοις Ald. C.

θρώπῳ. Ἀλλὰ πῶς ὕδωρ ἀνέδην ἐνοροῦον ὄχλον καὶ βῆχα παρέχει πολλήν; οὕνεκα, φημὶ, ἀπάντικρυ τῆς ἀναπνοῆς φέρεται. Τὸ γὰρ διὰ τῆς ῥύμης ἐσρέον, ἅτε παρὰ τοῖχον ἰὸν, οὐκ ἐνίσταται τῇ ἀναφορῇ τοῦ ἠέρος, ἀλλά τινα καὶ λείην ὁδόν οἱ παρέχει ἡ ἐπίτεγξις· τοῦτο δὲ τὸ ὑγρὸν ἀπάγει τοῦ πνεύμονος ἅμα τῷ ἠέρι.

γ'. Τὸν μὲν οὖν ἠέρα γενόμενον θεραπείην ἀνάγκη ὀπίσω τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἐκβάλλειν ἔνθεν ἤγαγε· τὸ δὲ ὑγρὸν τὸ μὲν εἰς τὸν κουλεὸν αὐτῆς ἀποπτύει, τὸ δ' αὖ ξὺν τῷ ἠέρι θύραζε χωρέειν ἐᾷ. Ταύτῃ καὶ διαίρει τὸν οὐρανὸν, ὁκόταν παλινδρομέῃ τὸ πνεῦμα· παλινδρομέει δὲ κατὰ δίκην· οὐ γάρ ἐστι ἀνθρώπου φύσιος τροφὴ ταῦτα· κῶς γὰρ ἀνθρώπου τροφὴ ἄνεμος καὶ ὕδωρ τὰ ὠμά; ἀλλὰ μᾶλλον τιμωρίη ξυγγενέος πάθης.

δ'. Περὶ δὲ οὗ ὁ λόγος, ἡ καρδίη μῦς ἐστι κάρτα ἰσχυρὸς, οὐ τῷ νεύρῳ, ἀλλὰ πιλήματι σαρκός. Καὶ δύο γαστέρας ἔχει διακεκριμένας ἐν ἑνὶ περιβόλῳ, τὴν μὲν ἔνθα, τὴν δὲ ἔνθα· οὐδὲν δὲ ἐοίκασι ἀλλήλῃσι· ἡ μὲν γὰρ ἐπὶ στόμα κέεται ὁμιλέουσα τῇ ἑτέρῃ — ἡ δεξιὴ φημὶ τῇ ἐν λαιοῖσι· — ἡ γὰρ πᾶσα καρδίη τούτοισι τὴν ἕδρην ἐμπεποίηται· ἀτὰρ καὶ ἥδε πάμπαν εὐρυκοίλιος καὶ λαγαρωτέρη πολλῷ τῆς ἑτέρης, οὐδὲ τῆς καρδίης νέμεται τὴν ἐσχατιὴν, ἀλλ' ἐγκαταλείπει τὸν οὐραγὸν στερεὸν καὶ ἐστι ὥσπερ ἔξωθεν προσερ-

hominis arteriam ad usum aptam reddat. Verum quanam ratione aqua affatim irruens molestiam et multam tussim exhibet? Hac, inquam, de causa, quod ex adverso exspirationi occurrit. Nam quod propter impetum influit, cum iuxta parietem feratur, aëris sursum egressioni non obsistit, sed quamdam vel laevem ipsi viam humectatio praebet. Hunc autem humorem una cum aëre a pulmone abducit.

3. Aërem itaque cum medela fuerit, retro et per eandem viam, per quam adduxit, ex necessitate reiicit. Humoris vero partem quidem in suam (i. e. cordis) vaginam exspuit, partem etiam rursus una cum aëre foras ferri permittit. Ita etiam sublevat palatum, quando spiritus retro fertur. Iusta autem ratione retro recurrit. Neque enim haec hominem alere possunt. Nam quomodo ventus et aqua, cruda cum sint, in hominis alimentum cedant? Verum adversus connatam affectionem potius auxilio sunt.

4. Sed ut ad institutum sermonem revertatur nostra oratio, cor musculus est validus, non nervo, verum carnis spissamento. Ac duos disoretos habet in uno amictu ventriculos, utrinque quidem unum, qui nullo modo inter se sunt similes. Alter enim alteri adiacet et cum eo connexus est, — dexter, inquam, ei qui a sinistra manu est; — totum enim cor in hac parte suam sedem fixit; — sed hic etiam in totum amplum cavum habet et longe altero laxior est, neque cordis extremam partem occupat, sed extremum mucronem solidum relin-

ἀλλὰ — φέρεται.] ἀναιδὲς ἐνουρον vulg., ἀνέδην expresserunt interprett., dedit Littr., ἐνοροῦον Foës. in adn., quem ceteri sequuntur; — περιέχει codd., παρέχει Aem. Portus, quem alii secuti sunt.

τὸ γὰρ — ἠέρι.] ὁρμῆς vulg., ῥυμῆς Aem. Port., Lind., ῥωγμῆς P.', Foës. in adn.; ῥύμης legendum esse vere monet Littréus, sed nomen non recte interpretatur reddens „fente"; vulgata fert glossam, quae vocem pristinam expulit. Hesychius ῥύμη· ὁρμή. — Littr. de suo pro παρὰ τοῖχον dedit παρὰ τυτθόν, sed nihil mutandum est; parva illa copia, quae se insinuat, iuxta parietes asperae arteriae defluere dicitur.

3. τὸν — ἐᾷ.] δὲ ὑγρόν C. Mack., δ' ὑγρόν cett.; — ἀποπτύει C., Mack., Littr., ἀποπίει vulg., ἀποπιέζει Lind.; — χωρέει ἐν ταύτῃ Ald., Lind.; — ἐῇ ceteri. — Sed monendum de totius periodi decursu, quem immutavi: vulgo τὸν μὲν οὖν ἠέρα χρὴ γενόμενον θεραπείην ἀνάγκη ὀπίσω — ἐκβάλλειν, quod non fero; χρὴ ἀνάγκη ἐκβάλλειν ne in hoc quidem scriptore tolero; χρή abundat et eximendum est. Plura interpolationis vestigia apparent in hoc libello.

4. περὶ δὲ οὗ — σαρκός.] οὕτω pro οὐ τῷ C.

καὶ δύο — προσερραμμένη.] ἡ μὲν γὰρ ἐν τοῖσι δεξιοῖσι ceteri; equidem ἐν τοῖσι δεξιοῖσι emblema alienum esse putans eieci, ad quam rem paulo post redibo. Vulgata ὁμιλέουσα τῇ ἑτέρῃ φλεβί fert; Littréus φλεβί uncinis intersepsit eiiciendum esse videns. Tum ἡ δὲ δεξιὴ φημὶ τῶν ἐν λαιοῖς vulgo; Corn. ἡ δὲ ἐν λαιοῖς legit. Certum est δέ ante δεξιή otiosum esse, forsitan feram δή, sed potius δέ primis literis nominis δεξιή ortum suum debere videtur. Verum minime intelligo τῶν ἐν λαιοῖσι; unde pendet genitivus τῶν et quorsum spectat? legam τῇ ἐν λαιοῖσι, scilicet ἡ δεξιὴ, φημὶ, (ἐπικέεται) τῇ ἐν λαιοῖσι. Sed quum id hoc loco dicere videatur, non potui supra, ut fert vulgata, ἡ μὲν γὰρ ἐν τοῖσι δεξιοῖσι scribere, sed ἐν τοῖσι δεξιοῖσι ibi emblema est alienum, quemadmodum dixi. — Verba τούτοισι τὴν ἕδρην

ραμμένη. Ἡ δὲ ἑτέρη κέεται ὑπένερθε καὶ κατ' ἰθυωρίην μάλιστα μὲν μαζῷ ἀριστερῷ ὅπη καὶ διασημαίνει τὸ ἅλμα.

ε'. Περίβολον δὲ ἔχει παχὺν καὶ βόθρον ἐμβεβόθρωται τὸ εἶδος ἴκελον ὅλμῳ. Ἀλλὰ γὰρ ἤδη καὶ τὸν πνεύμονα ἐνδύεται μετὰ προσηνείης καὶ κολάζει τὴν ἀκρασίην τοῦ θερμοῦ περιβαλλομένη· ὁ γὰρ πνεύμων φύσι ψυχρὸς· ἀτὰρ καὶ ψυχόμενος τῇ εἰσπνοῇ.

ς'. Ἄμφω γε μὴν δασεῖαι τὰ ἔνδον καὶ ὥσπερ ὑποδιαβεβρωμέναι καὶ μᾶλλον τῆς δεξιῆς ἡ λαιή· τὸ γὰρ ἔμφυτον πῦρ οὐκ ἐν τῇ δεξιῇ, ὥστε οὐ θαῦμα τρηχυτέρην γενέσθαι τὴν λαιὴν ἐσπνέουσαν ἀκρήτου· ταύτῃ καὶ πάχετον ἐνδεδόμηται φυλακῆς εἵνεκα τῆς ἰσχύος τοῦ θερμοῦ.

Τὸ κῶλον ἔχει [4] κυνὸς μέζον· ἤρτηται δὲ ἐκ τῶν μεσοκώλων· ταῦτα δὲ ἐκ νεύρων ἀπὸ τῆς ῥάχιος ὑπὸ τὴν γαστέρα.

Νεφροὶ ἐκ νεύρων ἀπὸ ῥάχιος καὶ ἀρτηρίης.

γ'. Καρδίης πηγὴ, ξυγγενὴς φλὲψ, τείνει διὰ φρενῶν, ἥπατος, σπληνὸς, νεφρῶν ἐς ἰσχίον· [5] παρὰ γαστροκνημίην ἐπὶ τὸν ταρσόν· ἑτέρη δὲ ἐκ καρδίης ὑπὸ μασχάλας,

unguibus vero centum et undecim. Ex hominis vero ossibus ut ipsi didicimus, sic se habent. Vertebrae supra claviculam una cum magna septem nnmerantur. Ad costas vero totidem quot et costae, duodecim numero. Ad laterum inanitatem praeter eam, in qua coxendices, in lumbis quinque.

Semen vero velut favus ab utraque vesicae parte est; inde autem venae ab utraque meatus urinarii parte in pudendum feruntur.

Larynx in pulmonem et arteriam ducit. Potus per fauces et gulam descendit, ex quibus in imam vesicam.

Hepar quinque fibras habet, fel autem quartae fibrae adhaeret, cuius osculum ad septum transversum, cor et pulmones fertur.

Cor autem tunica circumvestit.

Homo intestina crassa maiora quam canis habet; appendent autem ex medianis membranis, quae mesocola dicuntur. Haec vero ex nervis a spina sub ventre procedentibus.

Renes ex nervis de spina et ex arteria.

3. Cordis fons, vena ei cognata, per septum transversum fertur, hepar, lienem, renes et coxendicem; dein iuxta posteriorem tibiae partem carnosam ad primam summi pedis partem, quae

[1] ὅσαιπερ — πλευραί om. — [2] ἣ τὸ στ. — [3] καρδίην. — [4] καινῶς μέζω. — [5] περὶ γ.

ἃ δ' ἡμεῖς — πέντε.] ὀστέων pro ὀστέων D.; ὅσαιπερ αἱ πλ. om. L.; — ιβ' vulg., δυοκαίδεκα Mack., δώδεκα J., Littr.; — σὺν τῇ ὀσφύϊ J. — ἐκτὸς explicuerunt „exteriore parte" et „forinsecus," sed secus est: voluit ἐκτὸς τοῦ σπονδύλου, ἐν ᾧ τὰ ἰσχία i. e. *excepta vertebra, in qua coxendices sunt.* Apparet nostrum in antecedentibus ea tradere, quae ab aliis acceperat et quae ad hominis corpus non spectant; iis autem iam subiungit id, quod ipse observando didicerat.

τὸ δὲ σπέρμα — τείνουσι.] Littr. adnotat: „pro φλέβες legisse videtur νεφρῶν Corn. Il est certain que αὐτῶν n'est pas clair et peut-être faudrait-il lire αὐτοῦ." Me iudice ad pluralem numerum transit, quia σπέρμα dextrum et sinistrum cogitavit; — νεφρῶν vero huius loci non est. Puto eum describere vesiculas seminales cum vasis deferentibus et eiaculatoriis.

λάρυγξ — κύστιν.] ποτὸν διὰ φάρυγγος καὶ στομάχου vulgo legi solet ante λάρυγξ; sed locus ad pristinum ordinem revocandus erat ex perturbatione.

ἥπατος — περίεστι.] ὑπὸ δὲ τοῦ et ὑπόκειται codex L.; — ἣ τὸ στόμα vulgo, sed de meo ἧς scripsi, nempe ἡ χολή hoc loco non est *bilis*, sed *vesicula fellis;* — vulgo καρδίην, K. καρδίη; requiritur dativus.

τὸ κῶλον — γαστέρα.] τὰ κῶλα — μείζω vulgo; — καινῶς vulg., [οἷα] κυνός Mack., κυνός Littr. — Dedi τὸ κῶλον de meo, vide Ep. VI. 4. 6. cum adnn., unde suum οἷα hausisse videtur Mack. Isti lectioni τὰ κῶλα fidem non habeo; de vestigiis lectionis quam dedi in varr. lectt. dixi ad l. l. ex Ep. VI. Apud medicos, v. c. Hippocratem, Aretaeum, Galenum lego τὸ κῶλον, non τὰ κῶλα. Aristophanes non per ω̄ sed per ο̄ scribit: Equitt. 454.

γάστριζε καὶ τοῖς ἐντέροις
καὶ τοῖς κόλοις.

E quo loco tamen non deduces, medicos τὰ κόλα appellavisse eam intestini partem; τὸ κῶλον lego apud Galenum, Aretaeum; neque τὰ κόλα, neque τὸ κόλον lego; item κωλικός, non κόλικος. Erroremne hac in voce admiserint antiqui ipsi nec ne, non satis scio. Videant alii quoque! In libello περὶ ἀνατομῆς in fine cod. C. praebet κόλον et κόλου, ubi ceteri κῶλον et κώλου.

νεφροὶ — καὶ ἀρτηρίης.] Vulgo post ῥάχιος distinguunt et καὶ τῆς ἀρτηρίης ad seqq. referunt; Littréus id huc traxit. Puto illum recte fecisse: οἱ νεφροὶ ἐξήρτηνται, — nam hoc ex antecedentibus repetere oportet, — ἐκ νεύρων ἀπὸ ῥάχιος καὶ ἐκ τῆς ἀρτηρίης!

3. καρδίης — καρπόν.] καρδίη vult Foës. in adn., dederunt Lind., Mack. — Vulgo καρδίης πηγὴ ξυγγενής· φλὲψ κ. τ. λ., — Littréus interpungit: καρδίης πηγή· ξυγγενὴς φλὲψ κ. τ. λ. Malo commate eo loco distinguere; locum autem dubium mihi videri in adn. superiore iam significavi. Cum L. παρά lego pro περί ante γαστροκνημίην; —

κληῗδας, σφαγὰς, κεφαλὴν, ῥῖνα, μέτωπον, παρὰ τὰ ὦτα, ὤμους, μετάφρενον, στήθεα, γαστέρα διὰ πήχεος· ἡ δὲ διὰ μασχαλέων ἐπὶ πῆχυν, [1]ἐπὶ καρπόν.

δ'. [Νεύρων ἔκφυσις ἀπὸ τοῦ ἰνίου ἄχρι παρὰ ῥάχιν, παρὰ ἰσχίον ἐς αἰδοῖα, ἐς μηροὺς, πόδας, κνήμας, [ἐς χεῖρας· ἀλλ' ἐς βραχίονας,] τὰ μὲν ἐς σάρκας, τὰ δὲ παρὰ τὴν [2]περόνην ἐς τὸν μέγαν δάκτυλον· τὰ [3]δ' ἐκ τῶν σαρκῶν ἐπὶ τοὺς ἄλλους δακτύλους· [4]ἀλλ' ἐς ὠμοπλάτην, στῆθος, γαστέρα, ὀστέοισι, ξυνδέσμοισι· ἀπὸ δὲ αἰδοίου παρ' ἀρχὸν, [5]κοτυλίδα· τὸ μὲν ἄνωθεν μηροῦ, τὸ δὲ κάτωθεν ἐπὶ τὰ γούνατα, ἔντευθεν γούνατι ξυνταθὲν, ἐπὶ τένοντα, πτέρναν, πόδας· τὸ δὲ ἐς περόνην· ἄλλα δ' ἐς τοὺς νεφρούς.]

ε'. Αὗται δὲ αἱ φλέβες ἐφ' ἑκάτερα διχῇ αἱ μέγισται σχίζονται, τὰ μὲν ἔνθεν καὶ ἔνθεν τοῦ νεφροῦ ἑκατέρου, τὰ δὲ ἔνθεν καὶ ἔνθεν διατέτρηνται ἐς τοὺς νεφρούς. Καὶ εἶδος καρδίης οἱ νεφροὶ ἔχουσι· καὶ οὗτοι κοιλιώδεες· ὁ δὲ νεφρὸς τὰ κοῖλα ἑωυτοῦ πρὸς τὰς φλέβας ἔχων κεῖται τὰς μεγάλας· ὅθεν ἐκπεφύκασι ἐξ [6]αὐτοῦ αἱ φλέβες αἱ ἐς κύστιν, [7]ᾗ εἵλκετο τὸ ποτὸν διὰ τῶν φλεβῶν ἐς τοὺς νεφροὺς, ἔπειθ' ὥσπερ [καὶ] διὰ τῶν νεφρῶν διηθεῖται τὸ ὕδωρ καὶ δι' αὐτῶν [τούτων] τῶν [8]ἐντέρων ξυνεπακολουθεῖ. Σπογγοειδὲς γάρ ἐστι τὸ ἀπ' αὐτῶν ἐς τὴν κύστιν

ταρσός dicitur. Altera autem ex corde . . . .
. . . .

4. *Locus pessime perturbatus et ab ea, quam occupat, sede alienus.*

5. At vero venae illae maximae utraque ex parte bifariam dividuntur, partim quidem ab ipsa utriusque renis parte, partim vero ab altera et in renes foraminibus sunt perviae. Et speciem cordis renes habent iidemque cavitatem. Ren autem cavitate sua ad magnas venas situs est, unde prodeunt ex ipso venae in vesicam, qua parte potus per venas ad renes trahitur; deinde per renes quemadmodum aqua excolatur, ita etiam simul per ipsa intestina consequitur. Spongiae enim est simile quod ab his ad vesicam tendit, illicque urina a sanguine percolatur et secernitur, eamque ob causam sane

[1] ἐπὶ τὸν ταρσόν. — [2] πέρνην. — [3] δὲ ἐκ. — [4] ἀλλ' ὠμοπλ. — [5] κοτυληδόνα mss. et edd. — [6] αὐτῶν. — [7] ἢ εἵλκετο. — [8] ἐντέρων ὧν.

tum κληῗδας om. G.; — μεταφρένων Ald., Parr. 6., μετάφρενα J.; — μασχαλέων Ionice cum Parr. 2. Littréus. Tandem ἐπὶ τὸν καρπόν cum Corn. lego et cum Foesio, qui Latine expressit, pro ἐπὶ τὸν ταρσόν. Littréus: „il faut, inquit, entendre ταρσόν au sens de carpe et de metacarpe." — Dissentio! — Sed licet ceterum nihil tangam in descriptione, non mihi persuadeo omnia reliqua esse integra. Vellem: ἑτέρη δὲ ἐκ καρδίης ὑπὸ μασχάλας, κληῗδας ἐς σφαγὰς, κεφαλὴν, ῥῖνα, μέτωπον, παρὰ τὰ ὦτα ἐπὶ ὤμους, μετάφρενον, στήθεα, γαστέρα, διὰ στήθεος ἠδὲ διὰ μασχαλέων ἐπὶ πῆχυν, ἐπὶ καρπόν. Mihi saltem illud διὰ πήχεος post γαστέρα in vulgata permirum sonat.

4. νεύρων — νεφρούς.] αἰδοῖον J.; — ἐς ante χεῖρας om. idem; — πέρην L., uti V.; — ἄλλους om. K.; — ἐς ante ὠμοπλάτην omm. edd. antt., Parr. 8.; — ὀστέων συνδέσμους L., Lind.; — [ἐς] κοτυλ. Lind., Mack.; — ἐντεῦθεν γὰρ γούνατα Ald., M.; — ξυνταθείς D., H. al. m., L. P.'; — ἄλλαι pro ἄλλα Parr. 7. Locus pessime habitus est. — Certum est ἐς χεῖρας· ἀλλ' ἐς βραχίονας alienam sedem occupare hisque demtis antecedentia et sequentia apte cohaerere. Puto ἄχρι ante παρὰ ῥάχιν abundare. In ἀλλ' ἐς latet ἄλλα ἐς si νεῦρα, ἄλλη ἐς si ἔκφυσις νεύρων subintelligere velis. Fortasse bonae correctiones sunt ὀστέων συνδέσμους in L. et [ἐς] κοτυλ. Lindani. Sed locus mihi tam lubricus videtur, ut ulcus intactum relinquere quam tangere malim. Praeterea quid hoc loco νεύρων expositio?

5. αὗται — νεφρούς.] αἱ μέγισται de meo, τὰ μέγιστα ceteri; — ἔνθεν τοῦ νεφροῦ et ἔνθεν καὶ διατέτρηνται ceteri; de meo usitatam formulam ἔνθεν καὶ ἔνθεν revocavi, quam in vulgatam sine dubio mutilatam cernimus, ita ut redintegranda sit. Sed ipsa descriptio venarum mihi h. l. tam perplexa videtur, ut quid significet non satis capiam. Articulum ante νεφρούς om. D.

καὶ — ξυνεπακολουθεῖ.] pro καὶ — ἔχουσι fert αὗται δὲ αἱ φλέβες ἐφ' ἑκάτερα διχῇ cod. J.; — ceterum uncinis intersepsi, quae abundare videntur.

σπογγοειδὲς — οἶδα.] διά pro διό Mack.; — δὴ καὶ ἐρυθρόν H. K. L. P', Lind; ceteri καί omm.; — ὅποι ceteri.

καὶ ἐνταῦθα διηθούμενον καὶ ἀποκρινόμενον ἀπὸ τοῦ αἵματος τὸ οὖρον, διὸ δὴ καὶ ἐρυθρόν ἐστι· οὐδὲ γὰρ ἐς τοὺς νεφροὺς ἦσαν ἄλλαι φλέβες ἢ αἳ εἴρηνται, οὐδ' [1]ὅπη ἂν τὸ ποτὸν ξυντήκοιτο, ὅσον ἐγὼ οἶδα.

ς'. Αἱ [2]παρὰ τὰς πλευρὰς κατατείνουσαι κάτωθέν εἰσι ἑκάστης τῶν πλευρέων, οὐ πρὸς κεφαλῆς, κατωτέρω δὲ καὶ ἀπὸ ἀρτηρίης. Ἀρτηρίη μὲν οὖν [3]εἶθ' ὑπορρεύσασα [4]διαδιδοῖ τῇσι πλευρῇσι· ἀπὸ δὲ τῆς παχείης ἀπὸ καρδίης παλινδρομέει μία ἐς τὰ ἀριστερὰ ἐγκεκλιμένη. Ἔπειτα ἡ μὲν διὰ μέσων [5]τῶν σπονδύλων μέχρις ἄκρων πλευρέων πορεύεται, πλευρῇσι οὐκ ἐξ ἴσου διαδιδοῦσα [6]τῇσι δεξιῇσι καὶ τῇσι ἀριστερῇσι διασχίδας· [7]ἀλλ' ἴσας μὲν, ἀνωτέρωθεν δὲ ἐν τοῖσι δεξιοῖσι ἀποσχίζεται.

ζ'. Παρὰ δὲ κληῖδος ἑκατέρης τῶν φλεβῶν δύο [8]μὲν ἄνω, δύο δὲ ὑπὸ τὸ στῆθος, αἱ μὲν ἐς δεξιὰ, αἱ δὲ ἐς ἀριστερὰ ἀπεσχίσθησαν ἀποσχίδες, [9]πρὸς αὐχένος μὲν μᾶλλον αὗται· δύο δὲ πρὸς καρδίην μᾶλλον, αἱ μὲν ἐπὶ δεξιὰ, αἱ δὲ ἐπ' ἀριστερὰ, ἀφ' ἑκατέρης παρὰ τὰς πλευράς· καὶ ἀπ' αὐτέων ὥσπερ αἱ κάτω ἐσχίζοντο, μέχρις ὅτου ξυνέμιξαν τῇ κάτω παλινδρομησάσῃ ἀπὸ καρδίης.

η'. Ἡ δὲ αἱμόρρους ἀπὸ τῆς ἀρτηρίης ταύτῃ διὰ τοῦτο ἐσχίσθη, ὅτι μετέωρος ἐνταῦθά ἐστι διὰ καρδίης πορευομένη. Τὰ δὲ κάτω πλευρέων ἡ αἱμόρρους ἡ π α χ ε ῖ α καλεομένη φλὲψ τοῖσι σπονδύλοισι [10]αὐτὴ ἐφ' ἑωυτῆς διαδιδοῖ καὶ ἐνταῦθα προσέχεται καὶ

rubra est. Neque enim in renes aliae venae feruntur quam quae dictae sunt, neque quantum ego scio, alius locus, ubi potus colliquatur.

6. *Loci admodum incertae lectionis et interpretationis.*

7. A parte vero utriusque claviculae duae quidem venae sursum, duae etiam sub pectore feruntur et partim in dextram, partim in sinistram in propagines discinduntur; a cervicis parte hae quidem magis, duae vero magis ad cor, partim quidem ad dextram, partim vero ad sinistram, ex utraque parte iuxta costas tendunt et ab his inde, velut quae infra sunt, scinduntur, donec ei, quae infra a corde recurrit, commisceantur.

8. At vena, quae sanguinem fundit, ab arteria ibi scinditur ideo, quod hic sublimis est per cor procedens. Sed infra costas quae sanguine fluit et *crassa* est appellata per se vertebris ramulos praebet et illic adhaerescit, neque amplius pendet, velut supra cum per iecur fer-

[1] ὅπει. — [2] περὶ τ. πλ. — [3] ἠδ' ὑπορρ. — [4] διαδοῖ τῇσι πλευρῇσι. — [5] τῶν abest. — [6] τοῖσι δεξιοῖσι τοῖσι ἀριστεροῖσι. — [7] ἀλλ' ἴσας μὲν ἀνωτέρωθεν δὲ ἐν τῇσι δεξιῇσι. — [8] μέν om. — [9] αἱ πρὸς ἀ. — [10] αὖθις ἐφ' ἑωυτοῖς διαδοῖ.

6. *αἱ — ἀρτηρίης.*] *αἱ περί* vulg., *αἱ παρά* L., Lind; — *ἑκάστη* pro *ἑκάστης* ed. Bas., Mack. — Postrema illa *οὐ πρὸς κεφαλῆς κατωτέρω δὲ ἀπὸ ἀρτηρίης* non intelligo; etiamsi enim per se sensum aliquem referre videantur, nexus eum superiorihus qualis sit, non apparet.

ἀρτηρίη — ἐγκεκλιμένη.] ἠδ' H. J. K. L.; — *καρδίης* pro *παχείης* J.; — *ἐγκεκλεισμένη* vulg., *ἐγκεκλισμένη* F., *ἐγκεκλιμένη* L., Lind., Littr. Neque haec a me intelliguntur.

ἔπειτα — ἀποσχίζεται.] *τοῖσι δεξιοῖσι* (addunt *καί* interpretes, Lind., Mack.) *τοῖσιν ἀριστεροῖσιν* vulg., *τῇσι δεξιῇσι* [*καὶ*] *τῇσι ἀριστερῇσι* Littr.; — *ἄλλη ἴσας* Littréus dedit ex Cornarii coniectura, quae mihi non arridet; — *τῇσι δεξιῇσι* G. H. I. J. K.; — *ἀπισχίδες* Ald. Hic quoque locus saltem extrema sua parte male descriptus est. Summatim vero plerisque in toto hoc capitulo fidem habeo perparvam.

7. *παρὰ — καρδίης.*] *ἐὰν πρὸς αὐχένος* Ald., Parr. 8., cod. Med. apud Mackium. — Locum Latine interpretor et tamen vix scio satisne illum intelligam, nec ne. — Puto fere τὸ *στῆθος* illi esse *sternum*; ita saltem *ὑπό* intelligitur. — Mirum est illud *ἐάν*, quod multi libri ferunt et cuius origo non apparet; — miro etiam modo sibi respondent *πρὸς αὐχένος* et *πρὸς καρδίην μᾶλλον*, — sitne legendum *πρὸς καρδίης*?

8. *ἡ δὲ — πορευομένη.*] *ταύτης* ceteri, *ταύτῃ* de coniectura; — *ἐν ταύτῃ* J. pro *ἐνταῦθα*.

τὰ δὲ — ἰοῦσα.] *σφονδύλοισι* vulg., per π Parr. 7.

οὐκ ἔτι κρέμαται ὥσπερ ἄνω δι' ἥπατος ἰοῦσα. Ἔστι δὲ κατὰ μὲν ὀσφὺν ἄνω ἡ ἀρτηρίη, ὑποκάτω δὲ ἡ αἱμόρρους, ἣ ἀπὸ τοῦ ἥπατος διὰ φρενῶν ἐλθοῦσα μετέωρος παρὰ [1] τὰ ἐπὶ δεξιὰ τῆς καρδίης φέρεται ἄχρι κληΐδων, ἁπλῆ πλὴν ὅσον αὐτῆς τῇ καρδίῃ κοινωνέει. Τὰ μὲν κατ' αὐτὴν σχιζόμενα ἐπιπολαιότερα, τὰ δὲ τὴν κοιλίην τῆς καρδίης [2] διέχοντα, ἔπειτα ἀπὸ τῆς καρδίης τὸ ἐπ' ἀριστερὰ κάθηται ἁπλῆ πρὸς ῥάχιν καὶ παλινδρομέει ἐς μὲν τὸ [3] ἄνω τοῦ σώματος ἄχρι τῶν ἀνωτάτω πλευρέων· καὶ ἀποσχίδας ἀφ' ἑαυτῆς ἔχει παρ' ἑκάστην πλευρὴν παρατεταμένας κατὰ φύσιν ἄχρι στήθεος ξυνοχωχῆς καὶ ἐπ' ἀριστερὰ καὶ ἐπὶ δεξιά· καὶ τὸ ἰθὺ αὐτῆς πρὸς [4] σπονδύλων μᾶλλόν ἐστι ἢ ὁ τῆς ἀρτηρίης τόνος καὶ ὁ τῆς ἀπὸ τοῦ ἥπατος φλεβός. Πρὸς δὲ τὸ κάτω μέρος τῆς καρδίης ὁ μὲν ἰθὺς τόνος ἀπ' αὐτῆς πρὸς σπονδύλων μᾶλλόν ἐστι ἢ ὁ τῆς ἀρτηρίης, ὁ δ' ἕτερος παρὰ καρδίην καὶ ἐς τὰ κάτω μέρη φρενῶν ἐτράπετο τὰ πρὸς ῥάχιος ἠρτημένα· ἐντεῦθεν δὲ ἀποσχίδες ἐς ἰθὺ ἕκασται ἐπιφέρονται δι' ὀστέων καὶ σαρκῶν περαιωθεῖσαι ἀλλήλαις.

tur. Ad lumbos autem supra quidem est arteria, infra vero vena quae sanguinem fundit, quae de iecore per septum transversum sublimis procedit et ad cordis dextram partem ad iugula usque simplex fertur, praeterquam quantum eius cum corde communicationem habet, partim quidem iuxta ipsum leviter scissa, partim vero cordis ventriculum penetrans. Deinde a corde in sinistram ad spinam simplex demittitur et ad superiora quidem corporis ad summas usque costas recurrit, et propagines habet a se ipsa iuxta unamquamque costam ad pectoris connexionem usque tum in dextram tum in sinistram naturaliter protensas, ipsiusque rectitudo magis ad vertebras vergit quam arteriae extensio et venae, quae ex hepate proficiscitur. Ab inferiore vero cordis parte recta ipsius extensio magis ad vertebras est quam arteriae. Altera autem iuxta cor et ad inferiores septi transversi partes ad spinam appensas convertitur. Hinc vero propagines ad unamquamque rectitudinem feruntur per ossa et carnes se invicem traiicientes.

θ'. Αἱ φλέβες δὲ αἱ παχεῖαι ὧδε πεφύκασι· ἐκ τοῦ [5] ὀφθαλμοῦ παρὰ τὴν ὀφρὺν διὰ τοῦ νώτου παρὰ τὸν πνεύμονα ὑπὸ τοῦ στήθεος· ἡ μὲν ἐκ τοῦ δεξιοῦ ἐς τὸ ἀριστερὸν ἡ δὲ ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ ἐς τὸ δεξιόν. Ἡ μὲν οὖν ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ διὰ τοῦ ἥπατος ἐς τὸν νεφρὸν καὶ τὸν ὄρχιν, ἡ δὲ ἐκ τοῦ δεξιοῦ ἐς τὸν σπλῆνα καὶ νεφρὸν καὶ ὄρχιν· ταύτῃσι δὲ τὸ στόμα αἰδοῖον. Ἀπὸ δὲ τοῦ δεξιοῦ

9. Venae autem crassae sic se habere natura videntur. Ex umbilico circum lumbos per dorsum secundum pulmonem, sub pectore altera quidem ex dextra in sinistram fertur, altera vero ex sinistra in dextram. Quae autem ex sinistra procedit per hepar in renem ac testem descendit, quae vero ex dextra in lienem, renem, ad testem. His pudendum pro osculo est. A dextra vero mamma in coxendicem sinistram

[1] τὰ δεξιὰ τῆς κ. — [2] ἀεὶ ἔχοντα. — [3] ἄνω μέρος. — [4] σπονδύλω. — [5] ὀμφαλοῦ.

ἔστι — κοινωνέει.] ἡ ἀπό vulg., ἣ ἀπό recte J.; — πλὴν ὅσον αὐτῇ τῇ καρδίῃ ceteri, de meo αὐτῆς scripsi.

τὰ μὲν — φλεβός.] ἐπιπολαιότερον J.; — [καὶ] πρὸς ῥάχιν Lind. male; — ἣ παλινδρομέει Littr. cum mss. 7., duobus aliis ἢ ferentibus; vulgo ἢ s. ἢ abest; equidem pro eo καί lego, nisi ᾗ praeferas, quod mihi non praeplacet; — ἐς μὲν τὸ ἄνω μέρος D. H. J. K.; — μέχρι pro ἄχρι pauci codd.; — σφονδύλω vulg., per π H. J. — σφονδύλων Lind., Mack., Littr.; — pro ἢ ὁ J. ἡ ὁ fert, itemque mss. apud Foës.

πρὸς δὲ — ἀλλήλαις.] σφονδύλων vulgo, per π Parr. 4.; — Littréus ὁ δεύτερος cum L. pro ὁ δ' ἕτερος vulgatae, in qua δ' om. Corn; — sed non δ' omittendum est, verum ὁ, quod ante παρά legi solet. Dein ἑκάστου vulg., ἕκασται L., Lind., Mack., Littr.; — ἐπιφέρεται J.; — ante δι' addit καί J.; — περαιωθεῖσαι ex h. l. exponit Erot.

9. αἱ φλέβες — δεξιόν.] περὶ τὴν ὀφρύν G.; — διὰ τοῦ στηθ. J. In codicis V. et ms. G. lectionibus pellucet ἐκ τοῦ ὀμφαλοῦ περὶ τὴν ὀσφύν. Vide infra in adn. Aristotelis locum.

ἡ μὲν οὖν — αἰδοῖον.] ἡ δὲ — ὄρχιν omm., Parr. 7. in quorum uno restituitur.

ἀπὸ δὲ τοῦ — ἀριστερός.] καὶ ὄρχις Mack. sine articulo.

τιτθοῦ ἐς τὸ ἀριστερὸν ἰσχίον καὶ ἐς τὸ σκέλος· καὶ ἀπὸ τοῦ ἀριστεροῦ ἐς τὰ δεξιά. Ὁ δὲ ὀφθαλμὸς ὁ δεξιὸς ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ καὶ ὁ ὄρχις κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκ τοῦ δεξιοῦ ὁ ἀριστερός.

et in crus fertur et ex sinistra in dextram. Oculus vero dexter ex sinistro recipit, ad eundemque modum testis sinister ex dextro.

ι'. Αἱ παχύταται τῶν φλεβῶν ὧδε πεφύκασι· τέσσαρα ζευγεά [1]ἐστι ἐν τῷ σώματι. Καὶ αἱ μὲν αὐτέων ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ὄπισθεν διὰ τοῦ αὐχένος ἔξωθεν παρὰ τὴν ῥάχιν ἔνθεν καὶ ἔνθεν εἰς τὰ ἰσχία ἀφικνέονται καὶ ἐς τὰ σκέλεα· ἔπειτα διὰ τῶν κνημέων ἐπὶ τῶν σφυρῶν τὰ ἔξω καὶ ἐς τοὺς πόδας ἀφήκει. Δεῖ οὖν [2]τὰς φλεβοτομίας ἐπὶ τῶν ἀλγημάτων [3]τῶν ἐν τῷ νώτῳ καὶ ἐν τοῖσι ἰσχίοισι ἀπὸ τῶν ἰγνύων ποιέεσθαι καὶ ἀπὸ τῶν σφυρῶν [4]ἔξωθεν. Αἱ δὲ δεύτεραι φλέβες ἐκ τῆς κεφαλῆς παρὰ τὰ ὦτα διὰ τοῦ αὐχένος, ἔσωθεν παρὰ τὴν ῥάχιν ἑκατέρωθεν φέρουσι παρὰ τὰς ψύας ἐς τοὺς ὄρχιας καὶ ἐς τοὺς μηροὺς καὶ [5]διὰ ἰγνύων ἐκ τοῦ ἔσωθεν μέρεος· ἔπειτα διὰ τῶν κνημέων ἐπὶ τῶν σφυρῶν τὰ ἔσωθεν καὶ τοὺς πόδας. Δεῖ οὖν τὰς φλεβοτομίας ποιέεσθαι πρὸς τὰς ὀδύνας τὰς ἀπὸ τῶν ψυῶν καὶ τῶν ὀρχίων ἀπὸ τῶν ἰγνύων καὶ ἀπὸ τῶν σφυρῶν ἔσωθεν. Αἱ δὲ τρίται φλέβες ἐκ τῶν κροτάφων διὰ τοῦ αὐχένος ἐπὶ [6]τὰς ὠμοπλάτας, ἔπειτα ξυμφέ-

10. At venae crassissimae hoc modo naturaliter se habent. Earum quatuor paria sunt in corpore et quaedam quidem ex capitis parte posteriore per cervicem, parte externa iuxta spinam ex utraque parte ad coxendices et crura deveniunt, deinde per tibias ad malleolos externos et pedes pertingunt. In dorsi igitur et coxendicum doloribus ex poplitibus et malleolis exterioribus venae sectiones facere oportet. Alterae venae e capite iuxta aures per cervicem parte interiore secundum spinam ad lumbos utraque ex parte in testes et femora tendunt et poplites interiores, deinde per tibias ad malleolos et pedes interiore ex parte. Ad lumborum igitur et testium dolores ex poplitibus et malleolis interioribus venae sectiones facere oportet. Tertiae venae ex temporibus per cervicem in scapulas, deinde in pulmonem deferuntur perveniuntque una quidem a dextris in sinistras sub mammam et in splenem et in renem; altera vero a sinistris in dextras ex pulmone sub mammam in iecur et renem. Hae

[1] εἰσίν. — [2] τάς om. — [3] τῶν om. — [4] ἔσωθεν. — [5] διά om. — [6] τούς.

Est decussatio, quam hodie vocamus, quam in postremis spectare videtur. Non est tamen plane perspicuum quid velit. In verbis ἀπὸ δὲ — δεξιά opinor illum vasorum decursum describere, ita ut post τὸ σκέλος subintelligendum sit φλὲψ τείνει, vel φλέβες τείνουσι. Quid vero in ὁ δὲ ὀφθαλμὸς — ἀριστερός subintellectum velit auctor, non satis perspicio.

Capituli principium usque ad αἰδοῖον sunt Syennesis Cyprii verba apud Arist. Hist. An. III. 2. obvia, ubi sic locus describitur: Συέννεσις μὲν γὰρ ὁ Κύπριος ἰατρὸς τόνδε τὸν τρόπον λέγει· — Φλέβες αἱ παχεῖαι ὧδε πεφύκασι. Ἐκ τοῦ ὀμφαλοῦ περὶ τὴν ὀσφῦν διὰ τοῦ νώτου παρὰ τὸν πνεύμονα ὑπὸ τοὺς μαστούς· ἡ μὲν ἐκ τοῦ δεξιοῦ εἰς τὸ ἀριστερόν, ἡ δ᾽ ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ εἰς τὸ δεξιόν. Ἡ μὲν οὖν ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ διὰ τοῦ ἥπατος εἰς τὸν νεφρὸν καὶ εἰς τὸν ὄρχιν, ἡ δ᾽ ἐκ τοῦ δεξιοῦ εἰς τὸν σπλῆνα καὶ νεφρὸν καὶ ὄρχιν· ἐντεῦθεν δὲ εἰς τὸ αἰδοῖον.

Operae pretium est Aristotelis loci lectionem cum nostra conferre: patet quam negligenter antiquitus talia describi solerent. Certum autem Aristotelis lectionem fide digniorem esse nostra, in qua ὀφθαλμοῦ et ὀφρύν absurda! — Videmus hoc fragmentum, quod § 9. continetur, non esse continuationem superiorum capitulorum, sed locum per se constantem; nempe § 10. iterum novum fragmentum habemus.

10. καὶ αἱ μὲν — ἀφήκει.] ἀφικνέονται L. M., Lind.; ἀφικνέεται vulg., ἀφικνεῖται J. Totum hoc fragmentum in medio libro de Nat. hom. legitur et ab Aristotele Polybo tribuitur. Apud eum legitur descriptum usque ad καὶ αἱ μὲν παχεῖαι τῶν φλεβῶν ὧδε πεφύκασι sub finem loci, Hist. an. III. 2. p. 91. seqq. Schneidero.

δεῖ οὖν — ἔξωθεν.] ἀπὸ τῶν ἀλγ. D.

αἱ δὲ δεύτεραι — πόδας.] Post διὰ τοῦ αὐχένος ceteri σφαγιτίδες καλεόμεναι, quod emblema eieci, sicuti feci lib. de Nat. Hom. p. 93. vol. II.; — φέρονται L., Lind.; — διά ante ἰγνύων L., Lind., Mack., Littr., vulgo om.; — ἔσωθεν L., Corn., Foës., lib. de Nat. hom., Littr., ἔξωθεν vulg.; — ὑπὸ τὰ σφυρά L., ἐπὶ τὰ σφυρά vulg., ἐπὶ τῶν σφυρῶν τὰ ἔσωθεν lego ex lib. de Nat. hom.

δεῖ οὖν — ἔσωθεν.] γοῦν J.

αἱ δὲ τρίται — ἀμφότεραι.] ὑπὸ τὰς ὠμοπλάτας L., Mack., idemque legitur l. l. de Nat. hom.; puto autem prae-

ρονται ἐς τὸν πνεύμονα καὶ ἀφικνέονται ἡ μὲν ἀπὸ τῶν δεξιῶν ἐς τὰ ἀριστερὰ ὑπὸ τὸν μαζὸν καὶ ἐς τὸν σπλῆνα καὶ ἐς τὸν νεφρὸν, ἡ δὲ ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν ἐς τὰ δεξιὰ ἐκ τοῦ πνεύμονος ὑπὸ τὸν μαζὸν καὶ ἐς τὸ ἧπαρ καὶ ἐς τὸν νεφρόν· τελευτῶσι δὲ ἐς τὸν ἀρχὸν αὗται ἀμφότεραι. Αἱ δὲ τέταρται ἀπὸ τοῦ ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ὑπὸ τὸν αὐχένα καὶ ὑπὸ τὰς κληῖδας· ἔπειτα ἀπὸ τῶν βραχιόνων ἄνωθεν ὑπὸ τὰς ξυγκαμπάς· ἔπειτα διὰ τῶν πήχεων ἐς τοὺς καρποὺς καὶ τοὺς δακτύλους· ἔπειτα πάλιν ἀπὸ τῶν δακτύλων διὰ τῶν στηθέων τῶν χειρῶν καὶ τῶν πήχεων ἐς τὰς ξυγκαμπάς· διὰ δὲ τῶν βραχιόνων τοῦ κάτωθεν μέρεος ἐς τὰς μασχάλας· καὶ ἐκ τῶν πλευρέων ἄνωθεν ἡ μὲν ἐς τὸν σπλῆνα ἀφικνέεται, ἡ δὲ ἐς τὸ ἧπαρ· ἔπειτα [1]ὑπὲρ τῆς γαστρὸς ἐς τὸ αἰδοῖον τελευτῶσι ἀμφότεραι. Καὶ αἱ μὲν παχεῖαι τῶν φλεβῶν οὕτω πεφύκασι. Εἰσὶ δὲ καὶ ἀπὸ τῆς κοιλίης [2]φλέβες ἀνὰ τὸ σῶμα πολλαί τε καὶ παντοῖαι, δι᾽ ὧν ἡ τροφὴ τῷ σώματι ἔρχεται. Φέρουσι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν παχειῶν φλεβῶν ἐς τὴν κοιλίην καὶ τὸ ἄλλο σῶμα καὶ ἀπὸ τῶν ἐξωτάτω καὶ ἀπὸ τῶν ἐσωτάτω καὶ ἐς ἀλλήλας διαδιδόασι αἵ τε ἔσωθεν ἔξω καὶ αἱ [3]ἔξωθεν ἔσω. Τὰς [4]οὖν φλεβοτομίας ποιέεσθαι χρὴ κατὰ τούσδε τοὺς τρόπους· ἐπιτηδεύειν δὲ [5]δεῖ τὰς τομὰς, ὡς προσωτάτω ταμεῖν ἀπὸ τῶν χωρίων, ἔνθα ἂν αἱ ὀδύναι μεμαθήκωσι γίγνεσθαι καὶ τὸ αἷμα ξυλλέγεσθαι· οὕτω γὰρ ἂν ἥκιστα ἥ τε μεταβολὴ γίγνοιτο μεγάλη ἐξαπίνης,

autem ambae in rectum intestinum desinunt. Quartae vero venae ex anteriore capitis parte et oculis subeunt cervicem et claviculas; deinde ex brachiorum superiore parte sub flexuras et digitos. Postea rursus ex digitis per manuum volas et cubitos ad flexuras, per brachiorum vero inferiorem partem ad axillas et ex costis e superiore parte una quidem ad lienem pervenit, altera vero ad iecur. Deinde supra ventrem ambae in pudendum finiunt. Et crassae quidem venae ad hunc modum a natura se habent. Multae autem et cuiusvis generis venae ex ventre per corpus feruntur, per quas alimentum corpori accedit. Tendunt autem et a crassis venis in ventrem et reliquum corpus, tum ab exterioribus, tum ab interioribus et inter se mutuo internae foras et externae intro transfundunt. Ad eos igitur modos venae sectiones faciendae. Danda est autem opera uti quam maxime procul a locis, in quibus dolores fieri et sanguis colligi solet, sectiones faciamus. Ita enim vel minime magna repente mutatio fiet et remota consuetudine fiet ut ne amplius ad eundem locum coëat.

[1] ὑπό. — [2] ἀνὰ τὸ σῶμα φλέβες. — [3] ἔξω ἔσωθεν. — [4] οὖν om. — [5] δεῖ om.

stare, licet nihil moveam; — τοὺς ὤμοὐ. G. H. Ante ὑπὸ τὸν μαζὸν L. fert ἐκ τοῦ πλεύμονος; — ἡ δὲ ἀπὸ — νεφρόν omm. Parr. 7., in quorum uno rest., δ᾽ ἀπὸ M. N.

αἱ δὲ τέταρται — ἀμφότεραι.] ἀπὸ τῶν ἔμπρ. M. N.; — ὑπὸ ante τὰς κληῖδας om. J.; — ὑπὲρ τῶν βραχιόνων L., Lind., Mack., uti libro de Nat. Hom.; — fortasse ἐπὶ τὸν αὐχένα καὶ ἐπὶ τὰς κληῖδας ἔπειτα ὑπὲρ τῶν βραχιόνων ἄνωθεν ἐπὶ τὰς ξυγκαμπάς legendum est. — διὰ τῶν στηθέων καὶ τῶν πήχεων τῶν χειρῶν vulg., — διὰ τῶν στηθέων καὶ τῶν χειρῶν καὶ τῶν πήχεων L., — διὰ τῶν στηθέων τῶν χειρῶν καὶ τῶν πήχεων Lind., Mack., — διὰ τῶν στηθέων καὶ τῶν πήχεων καὶ τῶν χειρῶν F.; textum descripsi, quemadmodum Littr., διὰ δὲ τῶν βραχιόνων καὶ τοῦ κάτωθεν μέρεος vulgo, sed καί delendum erat, nec legitur libro de Nat. Hom. Dein καὶ ἀπὸ τῶν πλευρέων L., Lind., lib. de Nat. Hom.; — ὑπὸ τῆς γαστρός L.; — τό ante αἰδοῖον om. K.

καὶ αἱ παχεῖαι — πεφύκασι.] παχύταται L., Lind. Mack.

εἰσὶ δὲ — ἔρχεται.] τοῦ σώματος G.

φέρουσι — ἔσω.] δὲ αἱ ἀπό Lind.; — pro ἐξωτάτω L. ἔξω; — tum αἵ τε ἔξωθεν ἔσω καὶ αἱ ἔσω ἔξωθεν J.; — καὶ αἱ ἔσω ἔξωθεν J.

τὰς οὖν — ξυλλέγεσθαι.] δέ post ἐπιτηδεύειν omm. Parr. 5.; — τῶν χωρίων dedi cum L., Lind., Mack., lib. de Nat. Hom., vulgo τῶν om.; — τωὐτό M. N., Littr., τὸ αὐτό vulg.

καὶ τὸ ἔθος μεταστησείας ἄν, ὥστε μηκέτι ἐς τωὐτὸ χωρίον ξυλλέγεσθαι.

ια'. Ἡ δὲ ἡπατῖτις ἐν ὀσφύϊ μέχρι τοῦ μεγάλου σπονδύλου κάτωθεν καὶ σπονδύλοισι [1]προσδιδοῖ, ἐντεῦθεν μετέωρος δι' ἥπατος καὶ διὰ φρενῶν ἐς καρδίην. Καὶ ἡ μὲν εὐθεῖα ἐς κληῖδας· ἐντεῦθεν δὲ αἱ μὲν ἐς τράχηλον, αἱ δ' ἐπ' ὠμοπλάτας, αἱ δὲ ἑκατέρωθεν ἀποκαμφθεῖσαι κάτω παρὰ σπονδύλους καὶ πλευρὰς ἀποκλίνουσι, ἐξ ἀριστερῶν μὲν μία ἐγγὺς κληΐδων, ἐκ δεξιῶν δὲ ἐπί τι [2]ταύτῃ χωρίον ἄλλη, σμικρὸν [3]κατωτέρω ἀποκαμφθεῖσα ἢ ὅθεν μὲν ἐκείνη ἀπέλιπε, προσέδωκε τῇσι πλευρῇσι, ἔστ' ἂν τῇ ἀπ' αὐτῆς τῆς καρδίης προστύχῃ ἐπικαμπτομένη ἐς τὰ ἀριστερά· ἀποκαμφθεῖσα δὲ κάτω ἐπὶ σπονδύλους καταβαίνει, ἔστ' ἂν ἀφίκηται [4]ὅθεν ἡ ἡπατῖτις ἤρξατο μετεωρίζεσθαι, ἀποδιδοῦσα τῇσι πλευρῇσι τῇσι ἐπιλοίποις ἁπάσαις καὶ ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἀποσχίδας παρ' ἑκάστην διδοῦσα μία ἐοῦσα, ἀπὸ μὲν τῆς καρδίης ἐπί τι χωρίον ἐν τοῖσι ἀριστεροῖσι μᾶλλον ἐοῦσα, ἔπειτα ὑποκάτω τῆς ἀρτηρίης· ἔστ' ἂν καταναλωθῇ [5]καὶ ἔλθῃ ὅθεν ἡ ἡπατῖτις ἐμετεωρί-

11. Vena autem *hepatica* per lumbos extenditur usque ad vertebram magnam infra et cum vertebris ramos communicat; deinceps sublimis per iecur et septum transversum ad cor fertur et *recta* ad claviculas. Dein aliae ad cervicem, aliae ad scapulas tendunt; aliae ab utroque latere deflectentes deorsum ad vertebras et costas declinant, a parte sinistra una prope claviculas, a dextra vero altera ibi per spatium quoddam decurrit, quae paulo inferiore loco, quam ubi illa discessit ramos communicat cum costis, donec obvia fiat ei, quae a corde prodit, deflectens ad latus sinistrum. Deflectens vero infra ad vertebras descendit, donec perveniat ad locum, unde *hepatica* sublimis ferri coepta erat, ramos praebens reliquis costis omnibus et utrinque ramificationes ad singulas emittens, ipsaque una manens a corde inde per aliquod spatium magis ad sinistram decurrens et postea sub arteria sita, donec evanescat et pervenerit ad locum, unde *hepatica* sublimis fertur. Antea vero quam eò perveuit, iuxta costas ultimas

[1] προσδιδοῖεν. — [2] αὐτῆς. — [3] κατώτερον. — [4] καὶ ὅθεν. — [5] καὶ ἔλθῃ om.

11. ἡ δὲ ἡπατῖτις — καρδίην.] προσδιδοῖεν vulg., προσδιδοῖ Ep. II. 4. (p. 495. vol. II.); — δι' ἥπατος ex l. l. supplevit Littr. — Operae pretium me facturum arbitror, si quibus nominibus bodiernis respondeant denominationes huius descriptionis veteris indicavero. Novimus eam profectam esse a viro anatomes non imperito et chirurgo erudito: Galenus banc venarum descriptionem laudibus celebravit; multa videmus naturae rerum respondentia: quod ut facilius constet, teneamus haec: ἡ ἡπατῖτις est *vena cava inferior cum vena hepatica*, alio loco sola *hepatica*; — ἡ εὐθεῖα s. ἡ ἰθεῖα est *vena cava superior*, alio dixeris *totam esse venam cavam*; — αἱ δὲ ἑκατέρωθεν ἀποκαμφθεῖσαι κάτω παρὰ σπονδύλους καὶ πλευράς mihi videntur esse *azygos* et *hemiazygos*; puto autem ubi dicit ἐξ ἀριστερῶν μὲν μία ἐγγὺς κληΐδων, — ἐκ δεξιῶν δὲ ἐπί τι ταύτῃ χωρίον ἄλλη σμικρὸν κατωτέρω ἀποκαμφθεῖσα, illum respicere eum casum, ubi *duae* sunt *venae azygi*, i. e. ubi *hemiazygos* adscendit rectâ ad *venam subclaviam sinistram*. Ubi noster: δισσαὶ δέ, inquit, ἀπὸ κληΐδων ἡ μὲν ἔνθεν, ἡ δὲ ἔνθεν ὑπὸ στῆθος ἐς ἦτρον, *vasa mammaria* illum describere opinor. Ceterum non desunt, quae minus certa babenda: v. c. non certo liquet, quomodo de *vena portae* et *vena hepatica* sentiat; sed ant ego fallor, aut ex iis, quae certo indicari possunt, abunde constat banc venarum descriptionem non sine iure a Galeno aliis veterum descriptionibus longe praestare existimari.

καὶ ἡ μὲν — ἐμετεωρίσθη.] ἥει Littr. ex Ep. II., ubi vide adn.; — ἑκατέρωθεν de meo, cett. non habent; vid. adn. ad Ep. II.; — αὐτή vulg., αὐτῇ Mack., ταύτῃ de meo, uti l. l.; — deinde ἄλλη δὲ ἑκατέρωθεν ἀποκαμφθεῖσα, ἄλλη δὲ σμικρὸν κατωτέρω ἀποκαμφθεῖσα ὅθεν μὲν κ. τ. λ. vulgo; de mutatione lectionis vid. adnn. ad Ep. II.; — malui tamen aliam rationem nunc sequi una in re, i. e.: non ἄλλη. 'Αλλ' ᾗδε dandum videbatur, sed solum pro hisce ἄλλη; sensus loci idem manet, sed puto locum melius constitui, quemadmodum iam descripsi; — ἐπ' vulgo, ἀπ' J. recte, nempe ἐξ legitur Ep. II.; — ἐπικαμπτομένη vulgo, ἀποκαμπτομένη Ep. II., fortasse rectius, quia paulo post illud ἀποκαμφθεῖσα infertur. — Dein σφονδύλους vulgo, sed per π H. J., Mack.; talia non amplius noto, sed plerisque locis inter bas formas lectio fluctuat. Tum ἀφίκηται· καὶ ἔνθεν (ὅθεν mss. 5., Lind., sine καί Parr. 3., Foës. in not., Mack.) vulg.; — textum descripsi quemadmodum Ep. II., ubi vide adn.; — καὶ τῇσι ἐπιλοίποις vulg., καί om. Littr. cum Ep. II., τὴν ἐπίλοιπον lectio est apud Foës. ex mss. notata; — ἀπὸ δὲ τῆς καρδίης D., τῆς omm. Parr. 5. — καὶ ἔλθῃ L., mss. apud Foës. in adn., Lind., Mack., Littr.; vulgo abest.

σθη. Πρότερον δὲ πρὶν ἐνταῦθα ἐλθεῖν παρὰ τὰς ἐσχάτας δύο πλευρὰς ἐδιχώθη· καὶ ἡ μὲν ἔνθα, ἡ δ' ἔνθα τῶν σπονδύλων ἐλθοῦσα κατηναλώθη. Ἡ δὲ εὐθεῖα ἀπὸ καρδίης πρὸς κληῖδας τείνουσα ἄνωθεν τῆς ἀρτηρίης ἐστὶ, [1]ὥσπερ καὶ παρ' ὀσφὺν κάτωθεν τῆς ἀρτηρίης, καὶ ἀπὸ ταύτης ἀΐσσει ἐς τὸ ἧπαρ ἡ μὲν ἐπὶ πύλας καὶ λοβὸν, ἡ δὲ ἐς τὸ ἄλλο ἑξῆς ἀφωρμήκει σμικρὸν κάτωθεν φρενῶν. Φρένες δὲ προσπεφύκασι τῷ ἥπατι, ἃς οὐ ῥηΐδιον χωρίσαι. Δισσαὶ δ' ἀπὸ κληΐδων, ἡ μὲν ἔνθεν, ἡ δὲ ἔνθεν ὑπὸ στῆθος ἐς ἦτρον· [2]ὅπη δὲ ἐντεῦθεν, οὔπω οἶδα.

Φρένες δὲ κατὰ τὸν σπόνδυλον τὸν κάτω τῶν πλευρέων, ᾗ νεφρὸς ἐξ ἀρτηρίης ἐξήρτηται, ταύτῃ ἀμφιβεβηκυῖαι μὲν ἐκ τούτου ἐκπεφύκασι ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῆς ἀρτηρίης τόνον ἔχουσαι. Ταύτῃ [3]πῃ παλινδρομήσασα ἀπὸ καρδίης ἡ ἡπατῖτις ἔληγε. Ἀπὸ δὲ τῆς ἡπατίτιδος διὰ τῶν φρενῶν αἱ μέγισται δύο, ἡ μὲν ἔνθεν, ἡ δὲ ἔνθεν φέρονται μετέωροι, πολυσχιδεῖς δὲ διὰ τῶν φρενῶν εἰσι ἀμφὶ [4]ταύτας, καὶ πεφύκασι ἄνωθεν δὲ φρενῶν, αὗται δὲ μᾶλλόν τι ἐμφανέες. —

Δύο δὲ παχεῖς τόνοι ἀπ' ἐγκεφάλου ὑπὸ τὸ ὀστέον τοῦ μεγάλου σπονδύλου ἄνωθεν καὶ πρὸς τοῦ στομάχου μᾶλλον ἑκατέρωθεν τῆς ἀρτηρίης παρελθὼν ἑκάτερος εἰς ἑαυτὸν [5]ἦλθε ἴκελος ἑνί· ἔπειτα [6]ᾗ οἱ σπονδύλοι καὶ αἱ φρένες ξυμπεφύκασι, [7]ἐνταῦθα ἐτελεύτων· καί τινες ἐνδοιαστοὶ πρὸς ἧπαρ καὶ σπλῆνα ἀπὸ τούτου τοῦ κοινωνήματος ἐδόκεον τείνειν. Ἄλλος τόνος ἑκατέρωθεν ἐκ τῶν κατὰ κλη-

duas in duas partes abiit, quarum altera ab uno, altera ab altero latere vertebrarum abiens evanida fit. *Recta* vero *vena* a corde ad claviculas tendens supra arteriam sita est, sicuti infra ad lumbos sub ea, et ab hac pergit ad iecur, altera parte ad portas et fibram, altera ad reliquas visceris partes dein abierat paululum infra septum transversum. Septum autem transversum hepati adnatum est, quod ab eo separare est difficile. Duae vero venae a claviculis hinc et illinc sub sterno ad imum tendunt ventrem, sed quorsum inde abeant, ignoro.

Septum vero transversum iuxta vertebram, quae infra costas est, quo loco ren ab arteria suspensa est, eam circumiens ex ipsa enascitur ab utroque latere nervum habens. Ibi vero a corde recurrens vena *hepatica* terminabatur. A *vena hepatica* vero duae maximae perforant utrinque septum transversum et sublimes feruntur . . . .

. . . . . .

Duorum autem crassorum nervorum a cerebro sub magnae vertebrae osse superiore parte et magis gulam versus ab utroque arteriae latere pergentium uterque ad alterum accessit instar unius. Dein ubi vertebrae et septum transversum coaluerunt, ibi finiuntur et nonnulli dubii ad iecur et lienem ab hac communione tendere videbantur. Alius nervus utrinque e vertebris iuxta claviculam secundum columnam

[1] καὶ ἀπὸ ταύτης ὥσπερ. — [2] ὅποι. — [3] τῇ παλινδρομητάτη. — [4] ταύταις. — [5] ἦλθον. — [6] οἱ. — [7] ἐνταῦθα οὖ ἐτελ.

πρότερον — κατηναλώθη.] ἐνταῦθα edd. antt., Parr. 4., Lind., Mack., ἐνταῦθ' vulgo.

ἡ δὲ εὐθεῖα — φρενῶν.] δ' H.; — ἀΐσσει ἐπί J.; — ἄλλο· ἑξῆς ἀφορμῇ (ἀφορμή H., ἀφορμεῖ M., ἀφορμέει Lind., ἀφορμήκει L., Mack., ἀφόρμει J. N.) κεῖς (κεῖς om. Mack., ἐς pro κεῖς Lind., καί H.) σμικρόν vulg.; textum descripsi quemadmodum Littr.

δισσαὶ — οὔπω οἶδα.] κατά vulgo, κάτω mss. apud Foës. in adn., Mack., Ep. II., Littr.; — ᾗ νεφρὸς ἐξ ἀρτηρίης, ταύτῃ ἀμφιβεβήκοι (ἀμφιβεβήκει mss. 5., Foës. in adn., Lind., Mack.). Αἱ δὲ ἀρτηρίαι (ἀρτ. om. J.) (αἱ ἀρτηρίαι δέ Ald., mss. 4.) vulg., Littréus dedit ἀμφιβεβηκυῖαι. Ἀρτηρίαι δέ κ. τ. λ. De mea ratione exposui ad Ep. II. — Vulgo ἀρτηρίῃσι, sed ἀρτηρίης J., Littr.; — τρόπον vulgo, sed τόνον Foës. recte in adn., Lind., Mack. et Epid. II.

ταύτῃ — ἔληγε.] πῇ pro vulgato τῇ Littr. dedit ex Ep. II.

ἀπὸ δὲ τῆς — ἐμφανέες.] μετέωροι φέρονται D.; — δέ ante διά om. idem; — ἀμφὶ ταύταις vulgo, ἀμφὶ ταύτας Littr. ex Ep. II.; — αὗται δή Mack.; — τοι pro τι J.

δύο δὲ — τείνειν.] ἦλθον D. H. N.; — οἱ σπονδ. vulgo, ᾗ οἱ σπ. lego, ut Ep. II.; — αἱ ante φρένες vulgo abest, dedi uti Ep. II.; — πεφύκασι vulgo, ξυμπεφ. scripsi, uti Ep. II.; — ἐνταῦθα edd. antt., mss. 5., Mack., Ep. II., ἐνταῦθ' vulgo.

ἄλλος τόνος — ὀστέον.] περί vulgo, ubi παρά Littr cum Parr. 7.; — αὗται vulgo, οὗτοι Ald., mss. multa, Littr.; — αὗται οὗτοι Foës. in adn. Mack.; — δοκέουσι τείνειν, ὅθεν δὲ αὗται ἐξέλιπον (ἐν τουτέοισι τόποις Mack.) αὖθις

ἴδα σπονδύλων παρὰ ῥάχιν παρέτεινε ἐκ πλαγίου σπονδύλων καὶ τῆσι πλευρῆσι ἀπένεμε· ὥσπερ αἱ φλέβες, οὗτοι διὰ φρενῶν ἐς μεσεντέριόν μοι δοκέουσι τείνειν, [1]ἐν δὲ τούτῳ ἐξέλιπον αὖθις[2]δ' ὅθεν φρένες ἐξεπεφύκεσαν, ἀπὸ [3]τούτου ξυνεχέες ἐόντες κατὰ μέσον κάτωθεν ἀρτηρίης τὸ ἐπίλοιπον παρὰ σπονδύλους ἀπεδίδουν, ὥσπερ αἱ φλέβες, μέχρι [4]κατηναλώθησαν πᾶν διελθόντες τὸ ἱερὸν ὀστέον.

vertebrarum pergit ex obliquo vertebrarum et costis ramos praebuit. Ad eundem vero quo venae modum, ita hi per septum transversum ad mesenterium pertendere mihi videbautur, in quo ipso evanescebant. Rursus vero a loco, unde septum transversum enascitur, contigui in parte media sub arteria, ceterum secundum vertebras decurrebant, sicuti venae, donec os sacrum totum percurrentes evanidi fierent.

ιβ'. Τὰ ὀστέα τῷ σώματι στάσιν καὶ ὀρθότητα καὶ εἶδος παρέχονται· τὰ δὲ νεῦρα κάμψιν καὶ ξύντασιν καὶ ἔκτασιν· αἱ δὲ σάρκες καὶ τὸ δέρμα πάντων ξύνδεσιν καὶ ξύνταξιν. Αἱ φλέβες διὰ τοῦ σώματος κεχυμέναι πνεῦμα καὶ ῥεῦμα καὶ κίνησιν παρέχονται ἀπὸ μιῆς πολλαὶ διαβλαστάνουσαι· καὶ αὕτη μὲν ἡ μία ὅθεν [5]ἦρκται καὶ ᾗ τετελεύτηκε οὐκ οἶδα· κύκλου γὰρ γεγενημένου ἀρχὴ οὐχ εὑρέθη. Τὰς δ' ἀποφυάδας αὐτῆς, ὅθεν ἤρτηνται καὶ ᾗ παύονται τοῦ σώματος, καὶ ὡς ἡ μία ταύτῃσι ὁμολογέει καὶ ἐν ὁποίοις τόποις [6]τέταται τοῦ σώματος, ἐγὼ δηλώσω.

12. Ossa corpori firmitatem, rectitudinem ac formam praebent, nervi vero flexionem, contractionem et distentionem. Carnes autem et cutis omnium colligationem ac connexionem. Venae per corpus diffusae spiritum, fluxionem et motum exhibent ab una multas propagines emittentes. Atque haec una unde exordium sumat et ubi desinat, non satis mihi compertum est. Circulo enim facto principium non invenias. Eius autem appendices unde pendeant et qua corporis parte desinant, et quomodo una illa cum his communionem habeat et quo corporis loco extensa sit, ego declarabo.

ιγ'. Περὶ μὲν γὰρ [7]τὴν κεφαλὴν κατὰ τὸ μέσον ἐκ πλαγίου περικεῖται ἡ φλὲψ αὕτη πλατεῖα καὶ λεπτή, οὐ πολύαιμος· τῷ γὰρ ἐγκεφάλῳ κατὰ τὰς ἁρμονίας ἐνερρίζωκε πολλὰ καὶ λεπτὰ φλέβια, καὶ περὶ τὴν ὅλην κεφαλὴν [8]ἐκτετάρσωται μέχρι τοῦ μετώπου καὶ τοῦ κροτάφου. Αὕτη δὲ [9]ἀπιθύνεται ἐς τοὔπισθεν τῆς κεφαλῆς ἐκτὸς

13. Capiti si quidem ad medium ex obliquo vena illa lata et tenuis, non multi sanguinis obducitur. In cerebrum enim ad suturas multae venulae et tenues radicibus infixae sunt et circum caput totum ad frontem usque et tempora in planum expanduntur. Haec autem retro caput exteriore parte, secundum spinae cutem recta tendit; inde vero iuxta exteriorem et

[1] ὅθεν δὲ αὗται ἐξέλιπον. — [2] ἔνθεν sine δ'. — [3] τοῦ ξυνεχέες. — [4] καταναλώθησαν. — [5] ἦρται. — [6] τέτακται. — [7] τῆς κεφαλῆς. — [8] ἐκτεσσάρσωται. — [9] ἀπίθυνται.

ἔνθεν φρένες vulgo; Littr. descripsit locum, ut Ep. II.; — ὑπὸ τοῦ ξυνεχέες vulg., τούτου Foës. in adn., Mack., Littr.; — τὸ [δ'] ἐπίλοιπον Lind.; — ἀπεδίδου vulg., ἀπεδίδουν Lind., Mack., Littr.; — καταναλώθησαν vulg., κατηναλώθησαν D. K., Littr.; — διελόντες Ald. M.

12. τὰ ὀστέα — ξύνταξιν.] παρέχεται J.; — πάντων om. idem; — ξύντασιν pro ξύνταξιν mss. 5., Lind.

αἱ φλέβες — εὑρέθη.] αἱ [δὲ] φλ. Lind.; — ὅθεν ἦρται vulg., ἦρκται D. H., Foës. in adn., Lind., Mack., ἤρτηται cod. Med. apud Mack.; — οἱ ᾗ J.

τὰς δ' — δηλώσω.] ὅθεν ἤρτηται D. H. I. J.; — οἱ pro ᾗ J.; — τέτακται vulg., τέταται L., Lind., τέτανται Mack., Littr. — Mihi Servini τέταται bene habere et ad unam illam venam spectare videtur, modo ad antecedentia et seqq. mentem advertamus.

13. περὶ — κροτάφων.] τῆς κεφαλῆς vulg., τὴν κεφαλὴν M. N. ex emendatione et Littréus; — ἡ φλὲψ αὐτή vulg., αὕτη H., quem sequor; — καὶ οὐ πολ. D. H. K.; — tum ἐκτεσσάρσωται vulg., ἐκτετάρσωται M. N., Foës. in not., Lind., Mack., Littr.; — τετάρσωται Erot.

αὕτη — σφαγῆσι.] αὐτή vulg., αὕτη H.; — ἀπίθυνται vulg., ἀπιθύνεται Foës. in adn. Lind., Mack., Littr.; —

παρὰ τῆς ἀκάνθης τὸ δέρμα· ἐντεῦθεν δὲ [1]καθίεται παρὰ τὴν ἔξωθεν καὶ τὴν εἴσωθεν φλέβα τῶν ἐν τῇσι σφαγῇσι. Πέρην δὲ τῆς ἀκοῆς ὑποσχισθεῖσα ἀπὸ τῆς γένυος ἔξωθεν τείνει παχεῖα· ἀπὸ δὲ ταύτης ἐς τὴν γλῶσσαν πολλαὶ καὶ λεπταὶ πλὴν ἢ ὑπὸ τὴν γλῶσσαν ἢ ὑπὸ τοὺς γομφίους. Αὐτὴ δὲ ἡ παχεῖα διὰ τῆς κληῖδος καθήκει ὑπὸ τὴν ὠμοπλάτην· καὶ ταύτῃ ἀπ' αὐτῆς βεβλάστηκε φλὲψ διὰ τοῦ νεύρου τοῦ ὑπὸ τὴν ἐπωμίδα [2]ἡ ἐπωμιδίη ὀνομαζομένη. Αὕτη δὲ αἱμόρρους καὶ αἱματώδης καὶ δυσίητος, ἢν ῥαγῇ ἢ σπασθῇ· τῇ μὲν γὰρ [3]αὐτὴν νεῦρον περιέχει πλατὺ, τῇ δὲ χόνδρος· τὸ δὲ μεταξὺ αὐτῶν αὐτή τε ξυνέχει καὶ ὑμὴν ἀφρώδης· ἀσάρκου οὖν ἐόντος τοῦ τόπου ῥηϊδίως ῥήγνυται οὐκ ἔχουσα περιφύεσθαι σάρκας· ἤν τε ὑποδράμῃ αἷμα ἐς τοῦτο τὸ μέρος, ἐπιτυχὸν εὐρυχωρίης οὐκ ἔχει ἀπαλλαγὴν, ἀλλὰ σκληροῦται· [4]σκληρυνθὲν δὲ πόνον καὶ νοῦσον παρέχει. Καὶ αὕτη μὲν περαίνει ᾗ πρότερον εἶπον. Ἡ δὲ ὑπὸ τὴν ὠμοπλάτην ἀποβεβλάστηκε ὑπὸ τοῖσι μαζοῖσι πυκνῇσι καὶ λεπτῇσι καὶ ἐπηλλαγμένῃσι φλεψὶ, καὶ διὰ τῆς [5]ἐπωμίδος παραλλάσσουσα τὸν χόνδρον αὐτὴ νέρθεν ὑπονεμομένη ἐς τὸν βραχίονα τείνει, τὸν μῦν ἐν ἀριστερῇ ἔχουσα. [6]Ἑξῆς δὲ σχίζεται περὶ τὸν ὦμον καὶ τοῦ ἀγκῶνος τὴν ἄνω μοῖραν· τὸ δ' ἐντεῦθεν διαπέφυκε τοῦ ἀγκῶνος ἑκατέρωθεν· ἔπειτα αὖθις παρὰ τὸν καρ-

interiorem venam ex his, quae in iugulo sunt, demittitur. Ultra aures vero divisa a gena extra fertur crassa; ab hac vero multae et tenues ad linguam procedunt praeter eam, quae sub lingnam aut sub maxillares dentes fertur, quae lata per claviculam subter scapulas pertingit, eaque parte ab ipsa pullulat vena *humeralis* appellata, per nervum, qui summo humero supponitur. Haec autem sanguine fluit et redundat, ruptaque et divulsa non nisi aegre curatur. Altera si quidem ex parte nervo lato connectitur, altera vero cartilago est. Medium vero horum locum ipsa continet et pellicula spumosa. Loco igitur carne vacuo exsistente facile frangitur, cum neque illi carnes adnascantur. Quodsi hanc in partem sanguis suffundatur, locum amplum nactus liberationem non habet, sed indurescit. Induratus vero dolorem et morbum creat. Atque haec quidem qua prius dixi permeat. Illa vero sub scapulis crebris ac tenuibus atque implicatis inter se venis sub mammas propagines emittit et per summum humerum cartilaginem pervadens subter distributa ad brachium tendit musculum ad sinistram habens. Dein vero circa humerum scinditur et cubiti partem superiorem. Inde cubitum utrinque intersecans postea rursus ad primam manus iuncturam fertur; indeque iam desinens tota per manum pererrabunda radicibus inhaeret.

[1] καθιεῖται. — [2] τῆς ἐπωμιδίης ὀνομαζομένης. — [3] αὐτέη. — [4] σκληρηθὲν δὲ νοῦσον καὶ πόνον δίδωσιν αὐτὴ μὲν κ. τ. λ. — [5] ἐπωμιαίης. — [6] ἡ δὲ δεξιὴ σχ.

τοὔμπροσθεν H.; — ἔξω περί G. M. N.; — καθίενται vulg.; — καθιεῖται edd. antt., Parr. 9., καθίεται Lind., Mack., Littr.

πέρην — γομφίους.] ἀποσχισθεῖσα J.; — τοίνυν vulgo, sed τείνει J., Corn., Lind., Littr.; — ἢ post πλήν omittit L.

αὐτὴ — ὀνομαζομένη.] αὐτὴ δὲ παχείη vulg., de meo mutavi; — τῆς ἐπωμιαίης (ἐπωμιδίης codd. 8., ἐπωμίδος J.) ὀνομαζομένης vulg.; — ἡ ἐπωμιαίη ὀνομαζομένη Corn., Mack., unde nominativum dedit Littr., simul ἐπωμιδίη scribens ex Lobeckio ad Phryn. p. 557.

αὕτη δὲ — παρέχει.] αὐτή vulg., αὕτη H.; — tum ante νεῦρον habet αὐτέη vulg., αὐτέην Corn., Lind., αὐτήν Littr.; — τῶν pro αὐτῶν Ald., mss. 8.; — γοῦν J.; — ἐς τὸ αἷμα τοῦτο vulgo, τὸ αἷμα ἐς τοῦτο interprett., Lind., Littr.; malui articulum ante αἷμα omittere; — τὸ μέρος J., τό vulgo om.; — σκληρωθέν F., σκληρυθέν G. H. I. Tum νοῦσον καὶ πόνον δίδωσι mss. 7, — πόνον καὶ νοῦσον δίδωσι J. K., — νοῦσον καὶ πόνον παρέχει Ald., N., Mack., — νοῦσον παρέχει καὶ πόνον δίδωσι codd. apud Foës. in adn.; ex quibus lectionibus καὶ πόνον solum in textum introduxi.

καὶ αὕτη — εἶπον.] καί J., Lind., Littr., καί om. vulg.; — αὐτή vulg., αὕτη H.

ἡ δὲ — ἔχουσα.] διὰ τῆς ἐπωμιαίης vulg., ἐπωμίης D. P.', ἐπωμίδος coniectura est Littréi; — αὐτὴ νέρθεν vulgo, αὕτη νέρθεν H., αὐτὴν νέρθεν Corn., codd. apud Foës., Lind., αὐτέην νέρθεν Mack.

ἑξῆς δὲ — ἐρρίζωται.] ἡ δὲ δεξιή vulg., ἡ δὲ ἑξῆς tentat Littréus, sed ἡ δὲ ἑξῆς σχίζεται αὐτὴ περὶ κ. τ. λ. incongruum est. Equidem in ἡ δὲ δεξιή latere puto ἑξῆς δέ, quo restituto αὐτή post σχίζεται, pro quo αὕτη legit H., dum αὐτὴ σχίζεται D. habet, tollendum est. Porro ἔπειτ' M. N.; — περὶ τὸν καρπὸν Ald., M. N.

πὸν τῆς χειρός· ἐντεῦθεν δὲ ἤδη ἀπορρέουσα δι' ὅλου ἀνὰ τὴν χεῖρα πολυπλάνως ἐῤῥίζωται. ιδ'. Ἡ [1]δὲ ῥαχιαίη φλὲψ ἡ νεμομένη παρὰ τὴν ἄκανθαν διὰ δὲ τοῦ μεταφρένου ὑπὸ τῆς σφαγῆς καὶ τοῦ βρόγχου, ἐμπέφυκε ἐς τὴν καρδίην ἀφ' ἑωυτῆς .... φλέβα εὐμεγέθεα πολύστομον κατὰ τὴν καρδίην· ἐντεῦθεν δὲ ἐς τὸ στόμα [2]ἐσυρίγγωκε, ἥπερ ἀρτηρίη διὰ τοῦ πνεύμονος ὀνομάζεται, ὀλίγαιμός τε καὶ πνευματώδης. Ἐν γὰρ εὐρυχωρίῃ καὶ ἀραιώσι σπλάγχνου πολλαχῇ μὲν τοῦ πνεύμονος ὀχετεύεται, χονδρώδης δὲ τοὺς αὐλοὺς πεποίηται. Διὸ [3]δὴ καὶ ἄν τι ἐς ταύτας κατηνέχθη τὰς διόδους τοῦ πνεύμονος τῶν ἀήθων, ἢ ἐν τῷ ποτῷ ἢ ἐν τῇ τοῦ πνεύματός τε καὶ αἵματος διόδῳ, ἅτε τῶν φλεβῶν τοιούτων ἐουσέων, καὶ τοῦ σπλάγχνου σπογγοειδέος πολύ τε ὑγρὸν δυναμένου δέξασθαι ἄνω τε πεφυκότος· τῶν γὰρ ἐσιόντων ὑγρῶν νομεὺς καθέστηκε. Ἔτι τε τὸ αἷμα διὰ τῶν φλεβῶν τούτων οὐ πολὺ περισφίγγεται καὶ οὐ ταχέως χωρέον οὐκ ἐξάγει τὰ ἐμπίπτοντα· οὐχ ὑπεξαγομένων δὲ αὐτῶν, ἀλλ' ἐμμενόντων, γίγνεται πῶρος. [4]Οὕτως δὲ ἀπόλλυται τὸ πλησιάζον τῆς τροφῆς, [5]ταύτῃ ἐούσης τῆς προσαγωγῆς τοῦ λάρυγγος καὶ πρὸς τὰ ἔξω. Ἐγκαταλαμβανομένων δὲ τῶν διόδων ὑπὸ τοῦ πώρου ταχύπνοιά τε καὶ δύσπνοια ἴσχει, [6]τῇδε μὴ δυναμένων τὴν [7]φῦσαν ἐξιέναι, τῇδε οὐδ' εὐπόρως ἐχόντων κατασπᾶν. Ἐκ δὴ τούτων αἱ τοιαῦται νοῦσοι γίγνονται, οἷον ἄσθματα καὶ ξηραὶ φθινάδες. Ἢν δὲ ἐν αὐτοῖσι ξυνι-

14. At vero vena *dorsalis*, quae secundum spinam sparsa per dorsum, sub iugulis et gula, fertur, ex sese in cor venam insignis magnitudinis et multa oscula habentem circa cor emittit; inde vero ad os procedens fistulam facit, quae *arteria* per pulmonem permeans nominatur, paucum quidem sanguinem sed multum spiritum continens. Nam per visceris amplitudinem et raritatem multis quidem locis per pulmonem rivos ducit, cartilagineis vero fistulis fabricata est. Quare etiam facile in hos meatus pulmonis delabitur aliquid non consuetum sive in potu, sive in spiritus et sanguinis pertransitu, quippe venis ad hunc modum se habentibus et viscere instar spongiae multum humoris capiente, sursumque a natura ducto; ingredientium enim humorum distributio illi competit. Praetereaque non multum sanguinis per has venas constringitur, neque cito procedens ea, quae illabuntur, educit, quibus non subductis, sed intus remanentibus, callosa concretio, πῶρος Graecis, enascitur. Sic autem deperit quicquid de alimento vicinum est, quum eo loco sit aditus ad laryngem et via foras. Atque interceptis a callosa duritie transitibus, velox et difficilis spiratio corripit, cum hi spiritum neque per hanc viam emittere, neque facile attrahere queant. Ex quibus sane morbi oriuntur, quales sunt crebrae et densae spirationes, ἄσθματα vocant, et tabes siccae. Quodsi collecta in his humoris copia superet, ita ut crassior

[1] δ' ἀρχαίη. — [2] ἐσυρίγγω μὲν ἧπαρ. — [3] δή om. tum ἥν τις. — [4] οὗτος δὲ ἀπολύεται. — [5] ταύτης. — [6] τῶνδε. — [7] φύσιν ἐξίναι (sic).

14. ἡ δὲ πνευματώδης.] ἡ δ' ἀρχαίη ceteri omnes vitio manifesto; — περὶ τὴν ἄκ. vulgo, παρὰ τὴν ἄκ. Parr. 5., Littr.; — [ὑπὸ] τῆς σφ. Lind., quod lubens amplector. Post ἑωυτῆς lacunae signa posui; nempe ἀφιεῖσα vel eiusmodi quid excidit; fortasse post διὰ τοῦ πνεύμονος periit νεμομένη.

ἐν γὰρ — πεποίηται.] χονδρώδης vulg., χονδρώδεις Littr. e mss. 5.; — τοὺς ἄλλους omnes, quod difficultatem parere vidit Littr.; ortum est ex τοὺς αὐλούς.

διὸ — καθέστηκε.] διὸ δὴ (δή omm. Parr. 6.) καὶ ἥν τι (τις Ald., Parr. 8.) vulgata, e qua ἥν sustulit Littr.: mihi ἥν ex ἄν originem duxisse visum est. Porro ἰουσῶν J.; — πεφυκότες Ald., Parr. 6.; — ἐσιιόντων pro ἐσιόντων codd. Foësii. Miro modo vulgo νόμος καθέστηκε, quod mihi non ferendum videtur, νόμος ex νομεύς natum est, quod repono.

ἔτι τε — πῶρος.] πόρος J.

οὕτως — ἔξω.] οὗτος vulgo, οὕτως Corn., quem ceteri sequuntur; — ἀπολλύεται vulgo, ἀπολύεται J., ἀπόλλυται de meo; — ταύτης vulgo, ταύτῃ Corn., Mack., Littr.; — ἰούσης J.

ἐγκαταλαμβανομένων — κατασπᾶν.] πόρου J.; — χώρου Lind.; — τῶν δὲ οὐκ εὐπ. vulgo; pro τῶνδε Littr. recte τῇδε reponere visus est; — φύσιν vulgo, in quo falsum Ionismum φύσην latere viderunt interpretes; — ἐξεῖναι vulg., ἐξιέναι D., Littr.; — οὐκ vulgo, οὐδ' Foësii emendatio est a Lind., Mack. recepta.

ἐκ — φθινάδες.] τοιουτέων vulgo. τουτέων J.

ἢν δὲ — αἰτίας.] ἐαγῆναι Mack., πλαγῆναι Ald., Parr. 4.; — γίνονται D.; — καί omm. D. H.

στάμενον πλέον τὸ ὑγρὸν κρατήσῃ, ὥστε μὴ δύνασθαι παχυνθὲν παγῆναι καὶ σαπρὸν τὸν πνεύμονα ποιέει καὶ τὰ πλησιάζοντα, καὶ γίγνονται ἔμπυοί τε καὶ φθινώδεες· γίγνεται δὲ τὰ νοσήματα ταῦτα καὶ δι' ἄλλας αἰτίας.

redditus cogi nequeat, et putridum pulmonem vicinasque partes reddit, et suppurati tabidique evadunt. Huiusmodi autem morbi ex aliis etiam causis oriuntur.

ιε'. Ἐντεῦθέν τε ἡ φλὲψ αὕτη κατέχει τὸν πνεύμονα καὶ διὰ τῶν λοβῶν τῶν δύο [1]τῶν μεγάλων τῶν ἔσω τετραμμένων ὑπὸ τὰς φρένας ἐπιτέταται τῇ ἀκάνθῃ, λευκὴ καὶ νευρώδης, διαπέμπουσα φλέβια διὰ τοῦ ἄλλου σώματος πεπυκνωμένα, ἔντονα δέ· διὰ δὲ τῶν σπονδύλων πυκνοῖσι φλεβίοισι ἐς τὸν νωτιαῖον μυελὸν [2]ἐγκισσεύεται. Καὶ αἱ μὲν ἄλλαι φλέβες ἐν τῷ σώματι [3]τεταμέναι ἐκ πάντων τῶν μερῶν ξυντείνουσαι ἐς τὴν ἄκανθαν, τὸ λεπτότατον καὶ εἰλικρινέστατον ἑκάστη ξυνάγουσα [4]ἐνταῦθ' ἐξερεύγεται. Αὕτη δὲ ἡ ἐπιτεταμένη διὰ τῶν [5]καθειμένων πλεκτανέων ἐς ταὐτὸ [6]ξυνάγει· ἐντεῦθεν δὲ καὶ ἐς τοὺς νεφροὺς ἀπερρίζωται παρὰ τὴν νόθον πλευρὴν λεπτῇσι καὶ ἰνώδεσι φλεψὶ καὶ τὸ ἐντεῦθεν ξυντείνουσα ξυμπεπύκνωται, ἔπειτα καὶ νενεύρωται πρὸς τὸν ἀρχὸν, *[7]πιέσασά τε τοὺς ξυναγωγέας ἐμπέφυκε αὐτῷ· τήν τε κύστιν καὶ τοὺς ὄρχιας καὶ τοὺς παραστάτας ἐρρίζωκε πολυπλόκοισι λεπτῇσί τε καὶ στερεῇσι καὶ ἰνώδεσι φλεψί.

15. Inde autem vena haec pulmonem occupat et per duas magnas fibras ad interiora conversas sub septo transverso ad spinam extenditur, alba et nervosa in reliquum corpus condensatas venulas et contensas emittens; per vertebras vero transmissis crebris venulis in spinalem medullam hederae in modum radices egit. Ac reliquae quidem venae in corpus distributae ex omnibus partibus ad spinam contendunt, quarum unaquaeque quod tenuissimum est et purissimum colligens, hac effundit. Ipsa vero, quae super extenditur, per demissos cirrhos in idem adducit, indeque in renes tenuibus ac fibrosis venis iuxta spuriam costam radicibus firmatur et hinc contendens condensatur, postea etiam ad podicem in nervum abit, musculosque adducentes . . . . . ipsi inseritur et in vesicam testes et adstites multiplicibus intextis tenuibus et solidis ac fibrosis venis radices mittit.

ις'. Ἐντεῦθεν αὐτῆς τὸ παχύτατον καὶ ἰθύτατον ἀνάπαλιν [8]τραπὲν προσκεκαύληκε, ὅπερ ἐστὶ αἰδοῖον· ἐν δὲ τῇ ἀνακάμψι ἐπῆρται ἐς τὰ αὐτὰ ταῦτα, καὶ διὰ τοῦ κτενὸς ἄνω ὑπὸ τὸ δέρμα τῆς γαστρὸς ἐκ τῆς φλεβὸς ταύτης ὡρμήκασι πρὸς τὰς κάτω φε-

16. Inde crassissima et rectissima ipsius pars retroversa in caulem abüt, quod est pudendum. In reflexione autem ad eadem ipsa tendit et per pectinem supra sub ventris cute ex illa vena prorumpunt ad deorsum ferentes venae quae inter se mutuo derivantur; per pudendum

[1] τῶν om. — [2] ἐγκισσεύεται. — [3] τεταγμέναι. — [4] ἐνταῦθα. — [5] καθημένων. — [6] ξυνάγειν. — [7] πιέσασθαί τε. — [8] τραπὲν ποαπὲν προσκεκαύληκεν.

15. ἐντεῦθεν — ἐγκισσεύεται.] τῶν ante μεγάλων om. L.; — pro φρένας fert φλέβας D.; — πεπυκνωμένου vulgo, de meo mutavi; — pro ἔντονα L. ἔνθα, vel ἐνταῦθα, Corn., Foës. in adn., Lind. ἐντεῦθεν; ex his ἐνταῦθα cum ἐγκισσεύεται optime congruere putaverim, sed cum Littréo nihil tango; retinet me quod in fine capituli vena νενευρῶσθαι dicitur; — pro διά τε, de meo διὰ δέ scripsi.
καὶ αἱ — ἐξερεύγεται.] τεταγμέναι vulgo, τεταμέναι J., Littr.; — ἐνταῦθα Bas., Parr. 4., Lind., ἐντεῦθεν Mack.
αὕτη — φλεψί.] ἐπετεταγμένη Ald., Parr. 3., Mack.; — καθημένων mss. 3.; — πλεκτανέων ex h. l. exponit Gal. in gl.; — ξυνάγειν vulg., ξυνάγει J., Foës. in adn., cett.; — νόθην Parr. 7.; — τό ante ἐντεῦθεν om. Lind.; — πίεσις pro πιέσασα K. (D. πιέσεις); — ἔστε cum spatio vacuo pro πιέσασά τε J.; — πιεστὲ (sic), al. m. supra versum πιέες τε pro πιέσασά τε H. Mihi πιέσασα recens commentum esse videtur corruptam lectionem restituere studentium, quae qualis fuerit, non facile reperiri dixerim; infra § 19. idem illud πιέσασα recurrit, neque ibi melius quam hîc intelligitur; — Gal. παραστάτας exponit τὰς ἐπιδιδυμίδας, quod num recte faciat, ignoro. — Tandem N. πολυπλόκοισί τε λεπτῇσι καί, item Ald.
16. ἐντεῦθεν — καμπύλαι.] εἰς τὰ αὐτά J.; — pro vulgato καὶ τῆς φλεβός Littr. de coniectura dedit ἐκ τῆς

3. At vero acuti morbi ex bile oriuntur, cum ad iecur confluxerit et ad caput pervenerit. Sic vero afficitur: iecur intumescit et propter tumorem ad septum transversum expanditur, statimque ad caput, praecipue vero ad tempora dolor ingruit, neque auribus acute audit, saepe vero oculis non videt, horrorque et febris invadit. Haec igitur per morbi initia ei accidunt et quandoque valde quidem, quandoque etiam minus intermittunt, quoque magis morbi tempus processerit, eo corporis dolor maior est; oculorum pupillae dissipantur eorumque acies hebescit, sique digitum ad oculum admoveris, non percipiet, ideo quod non videat. Eum autem non videre hinc cognosces, quod admoto digito non nictatur. Et floccos ex vestibus stragulis detrahit, si quos videat, pediculos esse ratus. Cumque iecur ad septum transversum magis explicatum fuerit, delirat, sibique ante oculos reptilia et varias cuiusvis generis feras ferri existimat et homines armatos, cum quibus pugnare videtur; et tanquam videat eiusmodi,

[1] αὐθημερινόν. — [2] ὁκόταν τῶν. — [3] γινόμενα. — [4] τοῖσί τε ὠσί. — [5] οὖν om. — [6] δ' ἄν. — [7] διαυγεῖ. — [8] τοῦτο. — [9] ἤν περ ἴδῃ om.

τοῦτο δὲ — αὐθημερόν.] ἡ φωνὴ ᾖ ἀσθ. vulgo, redundans ᾖ delevi;.— ἐς τὸ παραδικροῦν vulg., εἰ τὸ παρὰ δικροῦν Littr., vid. adn. ad lib. de Septim.; — ἢν δ' ἔτι Littr., sed vide ibid.

τοῦτο —. θᾶσσον.] καθαρὰ γινόμενα Littr., aor. de meo; — σφόδρα δὲ γινόμενον vulg., ego redundans γινόμενον delevi.

3. τὰ — καταστῇ.] Locus desumptus est ex § 48. lib. de Intt. aff. p. 381. seq. vol. II.; — γίνεται νοσημάτων H.

τάδε οὖν — ἐπιλαμβάνει.] τοῖσί τε ὠσί vulg., τε om. Littr. cum l. l.

ταῦτα — δακτύλου.] οὖν omm. Parr. 4.; — τοῦτο δ' ἂν γνοίης vulg.. τούτῳ Littr. ex l. l.

καὶ — εἶναι.] ἥνπερ ἴδῃ omm. Parr. 6., εἴδῃ vulg., ἴδῃ Littr. ex l. l.

καὶ ὁκόταν — πίπτει.] προσφέρεσθαι vulg., προφέρεσθαι

παραφρονέει καὶ [1]προφέρεσθαί οἱ δοκέει πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἑρπετὰ καὶ ἄλλα παντοδαπὰ θηρία καὶ ὁπλίτας μαχομένους, καὶ αὐτὸς αὐτοῖς δοκέει μάχεσθαι, καὶ τοιαῦτα λέγει ὡς ὁρέων, καὶ ἐπέρχεται, καὶ ἀπειλεῖ, ἢν μήτις αὐτὸν ἐᾷ ἐξιέναι, καὶ ἢν ἀναστῇ, οὐ δύναται αἴρειν τὰ σκέλεα, ἀλλὰ πίπτει. Οἱ πόδες δὲ γίγνονται αἰεὶ ψυχροί· καὶ ὁκόταν καθεύδῃ, ἀναΐσσει ἀπὸ τοῦ ὕπνου, καὶ ἐνύπνια ὁρᾷ φοβερά. Τούτῳ δὲ γιγνώσκομεν ὅτι ἀπὸ ἐνυπνίων ἀναΐσσει καὶ φοβέεται· ὅταν ἔννοος γένηται, ἀφηγεῖται τὰ ἐνύπνια τοιαῦτα, ὁκοῖα καὶ τῷ σώματι ἐποίεέ τε καὶ τῇ γλώσσῃ ἔλεγε. Ταῦτα μὲν οὖν ὧδε πάσχει. Ἔστι δ' ὅτε καὶ ἄφωνος γίγνεται ὅλην τὴν ἡμέρην καὶ τὴν νύκτα ἀναπνέων πουλὺ καὶ ἀθρόον τὸ πνεῦμα. Ὅταν δὲ παύσηται παραφρονέων, εὐθὺς ἔννοος γίγνεται καὶ ἤν ἐρωτᾷ τις αὐτὸν, ὀρθῶς ἀποκρίνεται καὶ γινώσκει πάντα τὰ λεγόμενα· εἶτα πάλιν ὀλίγῳ ὕστερον ἐν τοῖσι αὐτοῖσι ἄλγεσι κεῖται. Αὕτη ἡ νοῦσος προσπίπτει μάλιστα ἐν ἀποδημίῃ καὶ ἤν πῃ ἐρήμην ὁδὸν βαδίσῃ· λαμβάνει δὲ καὶ [2]ἄλλως.

§. Τέτανοι δύο ἢ τρεῖς. Ἢν μὲν ἐπὶ τρώματι γένηται, πάσχει τάδε· αἱ γνάθοι πήγνυνται ὥσπερ ξύλα, καὶ τὸ στόμα ἀνοίγειν οὐ δύνανται, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ δακρύουσι θαμινὰ καὶ [3]ἕλκονται, καὶ τὸ μετάφρενον πέπηγε, καὶ τὰ σκέλεα οὐ δύνανται ξυγκάμπτειν, οὐδὲ τὰς χεῖρας καὶ τὴν ῥάχιν· ὁκόταν δὲ θανατώδης ᾖ, τὸ ποτὸν καὶ τὰ βρώματα, ἃ πρότερον [4]ἐβεβρώκεε, διὰ τὰς ῥῖνας ἐνίοτε ἀνέρχεται.

loquitur, irruit minaturque, si quis exire eum non permittat. Et si surrexerit, crura attollere nequit, sed cadit pedesque perpetuo sunt frigidi, cumque dormit, ex somno exsilit horrendaque insomnia videt. Quod autem propter insomnia exsiliat et terreatur, inde cognoscimus: cum ad mentem redierit, insomnia eiusmodi exponit; qualia corpore gessit et qualia lingua locutus est. Istaque eiusmodi patitur; interdum vero per totum diem et noctem voce privatur cum multa et conferta respiratione. Cum autem delirium cessavit, statim ad mentem redit, et si quis eum interroget, recte respondet et omnia, quae dicuntur, intelligit, deinde rursus paulo post iisdem prostratus doloribus decumbit. Hic morbus potissimum in peregrinatione accidit et si quando per deserta looa quis iter fecerit, etsi etiam aliter invadit.

§. 4. Nervorum distentiones duae vel tres. Si quidem ex vulnere oboritur, sic aeger afficitur: maxillae velut ligna rigescunt, os aperire non potest; oculi frequenter illacrymantur et convelluntur; dorsum rigidum est; neque crura, neque manus, neque spinam inflectere potest. Cum vero letalis fuerit, potus et edulia, quae prius devoravit, per nares interdum exeunt.

[1] προφέρεσθαι. — [2] ἄλλους. — [3] ἑλκοῦνται. — [4] ἐβεβρώκεε ἀνὰ τὰς ῥ.

Parr. 2., ut Voss., προφαίνεσθαι Parr. 3., Lind., Littr.; est autem lectio l. l., sed προφέρεσθαι dare potuit compilator noster; — ἐξέρχεται vulgo, quod sensu cassum, ἐπέρχεται repono ex l. l.; — ἐῴη, vulg., ἐῇ Lind., ἐᾷ dedi ex l. l.; — διεξιέναι vulg., quod mihi displicet, malo ἐξιέναι ex. l. l. scribere.

οἱ — φοβερά.] οἱ δὲ πόδες αἰεὶ ψυχροὶ γίνονται Parr. 3.; — ἐκ τοῦ ὕπνου Parr. 3.

τούτῳ — ἔλεγε.] τοῦτο ceteri, τούτῳ dedi ex l. l., ubi τῷδε; — tum ἀπὸ τῶν ἐνυπνίων Parr. 3.; — ἀφηγέεται γάρ vulgo, sed γάρ omisi cum E. K.; male etiam puncto distinguebatur post γένηται; — ταῦτα pro τοιαῦτα G.

ἔστι — πνεῦμα.] καί ante ἀθρόον cum Lind. ex l. l., unde ipse τό etiam adscivi; utrumque vulgo om.

ὅταν — κεῖται.] Pro εἶτα πάλιν Parr. 3. εἶτ' αὖθις, quae est lectio l. l.

αὕτη — ἄλλως.] βαδίσῃ om. J.; post βαδίσῃ Lind. καὶ ὁ φόβος αὐτὸν λάβῃ ἐκ φάσματος, quae lectio vulg. l. l.

4. τέτανοι — τρεῖς.] cf. lib. de Aff. intt. § 52. p. 389. vol. II.

ἢν — ἀνέρχεται.] ἑλκοῦνται vulg., cum Lind.. Littr. dedi lectionem l. l.; — δύναται I., Lind.; — ἐβεβρώκει H.; sed Ionica forma latet etiam l. l. in lectione editionum antiquarum ἐβέβρωκεν, quod omisso ε altero, natum ex ἐβεβρώκεεν.

ε'. Ὁ δὲ ὀπισθότονος, — τὰ μὲν ἄλλα πάσχει διὰ πλῆθος τὰ αὐτὰ, γίγνεται δὲ ὁκόταν τοὺς ἐν τῷ αὐχένι τένοντας τοὺς ὄπισθεν νοσήσῃ· νοσέει δὲ [1] ἢ ἀπὸ ξυνάγχης, ἢ ἀπὸ σταφυλῆς, ἢ τῶν [2] ἀμφιβραγχίων ἐμπύων [3] γενομένων· ἐνίοισι δὲ καὶ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς πυρετῶν γενομένων σπασμὸς ἐπιγίγνεται· ἤδη δὲ καὶ ὑπὸ τρωμάτων. Οὗτος ἕλκεται [4] εἰς τοὔπισθεν καὶ ὑπὸ τῆς ὀδύνης τὸ μετάφρενον πέπηγε καὶ τὰ στήθεα, καὶ οἰμώζει, καὶ οὕτω σπᾶται σφόδρα, ὥστε μόλις κατέχεσθαι ὑπὸ τῶν παρεόντων μὴ ἐκ τῆς κλίνης ἐκπίπτειν.

5. In distentione ad posteriora, opisthotono dicta, in reliquis eodem ut plurimum modo afficitur aeger. Oritur autem cum ad posteriores cervicis tendones, aut ex angina, aut uva, aut locis ad tonsillas purulentis affectus fuerit. Quibusdam etiam ex capite febribus obortis convulsio accidit, tum vero etiam ex vulneribus. Hic in posteriora distrahitur et prae dolore dorsum et pectus rigescit et lamentatur et tam vehementer convellitur, ut vix ab iis, qui adsunt, contineatur, quin e lecto excidat.

ς'. Ὁ δὲ τέτανος ἧσσον θανατώδης τῶν πρόσθεν. Γίγνεται δὲ ἀπὸ τῶν αὐτῶν καὶ σπᾶται πᾶν τὸ σῶμα ὁμοίως.

6. Alia nervorum distentio minus quam priores letalis; ex iisdem autem oritur eodemque modo totum corpus convellitur.

ζ'. Καῦσος [5] δὲ τοῖσι προειρημένοισι οὐχ ὁμοίως γίγνεται· * Φῦσαι γὰρ ἅπαξ ὡς [6] ἠναγκάσθαι πυριάσασθαι. Δίψα μὲν οὖν πολλὴ ἔχει τὸν ἄνθρωπον καὶ πυρετὸς σφοδρός. Γλῶσσα δὲ ῥήγνυται τρηχυνομένη καὶ ξηρὴ γίγνεται, καὶ τὸ χρῶμα αὐτῆς τὸ μὲν πρῶτον ὠχρόν ἐστι, οἷόν περ εἴωθε, προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου μελαίνεται, καὶ [7] εἰ μὲν ἐν ἀρχῇσι μελαίνοιτο, θάσσους αἱ κρίσιές εἰσι, ἢν δὲ ὕστερον, χρονιώτεραι.

7. At febris ardens non similiter ut praedicta oritur. . . . . Sitis igitur multa et vehemens febris hominem detinet. Lingua autem exasperata finditur et resiccatur coloreque primum quidem pallida est, uti consuevit, procedente vero tempore nigrescit. Quodsi quidem per initia nigrescat, celeriores iudicationes fiunt; sin postea, tardiores.

η'. Ἰσχιάδες δὲ ἀπὸ τῶνδε μάλιστα γίγνονται τοῖσι πολλοῖσι· ἢν [8] εἰληθῇ ἐν ἡλίῳ πουλὺν χρόνον, καὶ τὰ ἰσχία διαθερμανθῇ, καὶ τὸ ὑγρὸν ἀναξηρανθῇ τὸ ἐνεὸν τοῖσι ἄρθροισι ὑπὸ τοῦ καύματος. Ὡς δ' ἀναξηραίνεται καὶ πήγνυται, [9] τόδε μέγα τεκμήριον· ὁ γὰρ νοσέων ἐνστρέφεσθαι καὶ κινέειν τὰ ἄρθρα οὐ

8. Coxendicum morbi plerisque ex his potissimum causis oriuntur: si quis diutius in sole versetur et coxendices incaluerint humorque, qui in articulis inest, ab ardore resiccatus fuerit. Quod autem resiccetur et concrescat, id magno est indicio. Aeger enim articulos prae dolore, qui in iis est, neque inflectere, nec

[1] καὶ ἀπὸ σ. — [2] ἀντιβραχίων. — [3] γινομένων. — [4] ἐς. — [5] δέ om. — [6] ἠνάγκασται. — [7] ἦν — μελαίνηται. — [8] ἕλκη. — [9] τόδε om.

ita ut ibi quoque ἐβεβρώκεε dandum sit; — ἔρχεται cett., ἀνέρχεται ex l. l.

5. ὁ δὲ — τρωμάτων.] Vid. ibid. § 55. p. 390.; — διά om. K.; — ἀντιβραγχίων vulg., cum Lind., Littr. dedi lect. l. l.; — τῆς ante κεφαλῆς vulgo om., addunt Parr. 3. et l. l.; — πυρετῶν ἐπιγεγενημένων vulg., ἐπιγενομένων Parr. 3., sed compositum incongruum, quare γενομένων, uti l. l., scripsi; mavisne γεγενημένων? non adversor.

οὗτος — οἰμώζει.] καί ante οἰμώζει cum Lind., Littr. ex l. l. adscivi; exciderat e vulg.

καὶ οὕτω — ἐκπίπτειν.] vulgo καί abest et οὗτος scribitur; sed dedi lect. ex lib. l.; — κατέχουσιν οἱ παρεόντες Parr. 3.; — κατέχεσθαι Lind., κατέχεται vulg.

6. ὁ — ὁμοίως.] vid. § 54. l. l., p. 391.

7. καῦσος — πυριάσασθαι.] comparant de morbis III. 6. p. 250. vol. II.; — δέ omm. Parr. 3.; — Φύσει pro Φῦσαι Parr. 6., Φλύει Lind.; Latine Corn., Foës, locum reddunt, quasi πυρέξαι scriptum esset: itaque Littr., licet fateatur incertam esse emendationem, dedit: Φύσει γὰρ ἅπας ὡς ἠναγκάσθαι πυρέξαι. Est tamen hoc eiusmodi, ut nemo intelligat. Ego, quum exitum non reperiam, exhibeo vulgatam asterisco notatam.

δίψα — σφοδρός.] δίψαι μὲν οὖν πολλαί Parr. 2.

8. ἰσχιάδες — καύματος.] cf. de Intt. aff. § 51. p. 386. vol. II.; — ἑλθῇ vulg., sed dudum ex l. l. εἰληθῇ expresserunt, aut dederunt.

ὡς — ξυμπεπηγέναι.] τόδε omm. Parr. 3., uti V., quae lectio non prava; — vulgo τοῦ ξυμπεπηγέναι τοὺς σπον-

δύναται ὑπὸ τῆς ἀλγηδόνος τῶν ἄρθρων καὶ τοῦ ξυμπεπηγέναι. Ἀλγέει δὲ μᾶλλον τὴν ὀσφὺν καὶ τοὺς σπονδύλους τοὺς ἐκ πλαγίου τῶν ἰσχίων καὶ τὰ γούνατα· ἵσταται δὲ ἡ ὀδύνη πλεῖστον χρόνον ἐν τοῖσι βουβῶσι [1]ἅμα καὶ ἐν τοῖσι ἰσχίοισι ὀξεῖα καὶ καυματώδης· καὶ ἥν τις αὐτὸν ἀνιστῇ [2]ἢ μετακινέῃ, οἰμώζει ὑπὸ τῆς ἀλγηδόνος, ὅσον ἂν μέγιστον [3]δύνηται· ἐνίοτε δὲ καὶ σπασμὸς ἐπιγίγνεται καὶ ῥῖγος καὶ πυρετός. Γίγνεται δὲ ἀπὸ χολῆς καὶ φλέγματος, γίγνεται δὲ καὶ ἀπὸ αἵματος· καὶ ὀδύναι παραπλήσιοι ἀπὸ πάντων τούτων καὶ ῥῖγος καὶ πυρετὸς ἐνίοτε [4]ἐπιλαμβάνει βληχρός· ἀλλὰ χρὴ ὧδε μελετῆν.

θ'. Ἴκτερος δέ ἐστι τοιόσδε, ὁ ὀξὺς καὶ ταχέως ἀποκτείνων· ἡ χροιὴ ὅλη σιδιοειδὴς σφόδρα [5]ἐστὶ ἢ χλωροτέρη, καθὰ καὶ οἱ σαῦροι οἱ χλωροί· παρόμοιος δέ οἱ ὁ χρὼς, καὶ ἐν τῷ οὔρῳ ὑφίσταται οἷον ὀρόβιον πυῤῥὸν, καὶ πυρετὸς καὶ φρίκη βληχρὴ ἔχει· ἐνίοτε δὲ καὶ τὸ ἱμάτιον οὐκ ἀνέχεται ἔχων, ἀλλὰ δάκνεται, καὶ ξύεται τὰ ἑωθινὰ, ἄσιτος ἐὼν, τὰ ἔνδοθεν· ἔπειτα μύζει τὰ σπλάγχνα ὡς ἐπιτοπολύ. Καὶ ὁκόταν ἀνιστῇ τις αὐτὸν ἢ προσδιαλέγηται, οὐκ ἀνέχεται. [6]Οὗτος ὡς ἐπιτοπολὺ θνήσκει ἐντὸς τεσσαρεσκαίδεκα [7]ἡμερέων· ταύτας δὲ διαφυγὼν ὑγιαίνει.

ι'. Ἡ δὲ περιπνευμονίη τοιάδε ποιέει· πυρετός [8]τε ἰσχυρὸς ἴσχει, καὶ πνεῦμα πυκνὸν καὶ θερμὸν ἀναπνέει· καὶ ἀπορίη καὶ ἀδυναμίη ἔχει, καὶ ῥιπτασμὸς, καὶ ὀδύναι ὑπὸ τὴν

movere potest et quia constricti sunt. Dolor autem magis est ad lumbos et vertebras, quae ex obliquo coxendicum sitae sunt, et ad genua. Dolor autem acutus et aestuosus plurimo tempore in inguinibus simul et in coxendicibus insistit; et si quis eum erigat, aut de loco moveat, ingemiscit quam maxime potest prae dolore. Interdum vero etiam convulsio et rigor et febris supervenit. Oritur autem a bile et pituita, oritur etiam a sanguine, et dolores ab omnibus his sunt similes et rigor et febris levis interdum prehendit. Sed ita morbum tractare oportet.

9. Morbus regius acutus et qui cito perniciem adfert est eiusmodi: color totus mali Punici corticem admodum lacerti virides; simile illi corpus est et in urina quod subsidet, velut ervum rubrum; et febris et horror levis detinet. Interdum vero etiam vestem stragulam habere non sustinet, sed matutino tempore ieiunus intus mordetur et raditur, deinde ut plurimum viscera strepitum edunt et si quis eum erigat, aut alloquatur, non sustinet. Hic fere intra dies quatuordecim moritur, quos si effugerit, convalescit.

10. In pulmonis inflammatione haec eveniunt: febris vehemens detinet, crebra est et calida respiratio, anxietudo et impotentia vexat et corporis iactatio dolorque sub scapulis, ad

[1] ἀλλὰ καί. — [2] οὐ μετακινέεται οἰμώζει δὲ ὑπὸ. κ. τ. λ. — [3] ὀδυνῆται. — [4] δὲ ἐπιλαμβ. — [5] δ' ἐστὶ χλωρ. — [6] οὗτος ἐπὶ τὸ πουλύ. — [7] ἡμέρας. — [8] τε om.

δύλους, unde τοὺς σπονδ. reieci, qua de re dixi ad l. l.
ἀλγέει — πυρετός.] Totam periodum omm. Parr. 3.; — ἐκ τοῦ πλαγίου vulg., ἐκ πλαγίων Parr. 3., unde ἐκ πλαγίου dedi; — ἀλλὰ καί vulg., ἅμα καί Lind., Littr. ex l. l.; — ἀνιστῇ οὐ μετακινέεται vulg., ἀνιστῇ ἢ μετακινέῃ (μέγα κινέῃ Lind.) Parr. 3., Littr.; — οἰμώζει δέ vulg., δέ omm. Parr. 3., Lind., Littr.; — δή pro ἄν Parr. 3.; — ὀδυνῆται vulgo, δύνηται H., Lind., Littr.

γίγνεται — μελετῆν.] ἀπὸ χολῆς καὶ φλέγματος Foës. Latioe, Lind. ex l. l.; — καὶ φλ. abest e vulgata; — καὶ ἀπὸ αἵματος sine praevio γίνεται δέ L.; — ἀπὸ πάντων τῶν νοσημάτων vulgo, quod quum ineptius sit quam ut ab inepto compilatore profectum putem, dedi quod lib. de Intt. aff. legitur; — ἐνίοτε δέ vulg., sed δέ omm. Parr. 4., Lind., Littr. — Vide tamen quam ineptus homo sit, qui haec consarcinavit: excerpit ἀλλὰ χρὴ ὧδε μελετῆν et curandi methodum silentio supprimit!

9. ἴκτερος — πολύ.] cf. de Morbis III. 11. p. 254. vol. II.; — δὲ ὁ τοιόσδε Lind. ex l. l., unde ego τοιόσδε ὁ dedi, quod in vulg. om.; — ἡ χροιὴ δέ cett., δέ abiicio, cf. l. l.; — ὀξύς τε καί Parr. 2., cf. l. l.; — σφόδρα δέ ἐστι χλωροτέρη vulg., sed δέ omm. H. K.; textum dedi cum Littréo ex l. l.; — ἢ pro καθὰ καί Parr. 3.; — οἱ χλωροί dedi ex lib. l., vulgo οἱ χλωρότεροι, cuius vitii origo aperta; — δὲ καὶ ὁ χρώς Parr. 3., uti l. l.; — τὰ ἔνδοθεν οἱ μύζει ὡς ἐπιτοπουλύ pro τὰ — ἐπιτοπολύ Lind.

οὗτος — ὑγιαίνει.] ὑγιαίνοι K., ὑγιής H. — Summatim de hoc capitulo tenendum comparationem cum loco simili ex lib de Intt. aff. docere plura hîc minus apte expressa esse quam illîc, sed non facile distingui num librarius an compilator neuter culpandus sit.

10. ἡ — παραφροσύναι.] cf. de Morbis III. 15. p. 258. vol. II.; — ταῦτα ποιέει J.; — ἔχει ponitur post ῥιπτασμός in Parr. 2.; — περὶ τὴν ὠ. vulgo, ὑπό dedi cum Parr.

ὠμοπλάτην καὶ ἐς τὴν κληῗδα καὶ ἐς τὸν τιτθὸν, καὶ βάρος ἐν τοῖσι στήθεσι, καὶ παραφροσύναι. Ἔστι δ' ὅτε καὶ ἀνώδυνός ἐστι, ἕως ἂν ἄρξηται βήσσειν, πολυχρονιωτέρη δὲ ἐκείνης καὶ χαλεπωτέρη. Τὸ δὲ σίαλον λευκὸν καὶ ἀφρῶδες πτύει τὸ πρῶτον. Ἡ δὲ γλῶσσα ξανθὴ, προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου μελαίνεται· [1]ἢν μὲν οὖν ἐν ἀρχῇ μελαίνηται, θάσσους αἱ ἀπαλλαγαί· ἢν δὲ ὕστερον, σχολαίτεραι· [2]τελευτῶσα δὲ καὶ ῥήγνυται, κἢν προσθῇς τὸν δάκτυλον, ἔχεται· [τὴν δὲ ἀπαλλαγὴν τῆς νούσου σημαίνει ἡ γλῶσσα, ἅπερ καὶ ἐν τῇ πλευρίτιδι ὁμοίως.] Ταῦτα δὲ πάσχει ἡμέρας τεσσαρεσκαίδεκα τὸ ἐλάχιστον, τὸ πλεῖστον δὲ εἴκοσι καὶ μίαν, καὶ βήσσει τοῦτον τὸν χρόνον σφόδρα, καὶ καθαίρεται ἅμα τῇ βηχὶ τὸ μὲν πρῶτον πουλὺ καὶ ἀφρῶδες σίαλον, ἑβδόμῃ δὲ καὶ ὀγδόῃ, ὅταν ὁ πυρετὸς ἀκμάζῃ καὶ ὑγρὴ ἔῃ ἡ περιπνευμονίη, [3]παχύτερον· ἢν δὲ μὴ, οὔ· ἐνάτῃ δὲ καὶ δεκάτῃ ὑπόχλωρον καὶ ὕφαιμον· δωδεκάτῃ δὲ καὶ μέχρι τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης πουλὺ καὶ πυῶδες. [Ὧν ὑγραί εἰσι αἱ [4]φύσιες καὶ διαθέσιες τοῦ σώματος, καὶ ἡ νοῦσος ἰσχυρή· ὧν δὲ ἥ τε φύσις καὶ ἡ [5]κατάστασις τῆς νούσου ξηρὴ, ἧσσον οὗτοι.]

iugum et mammam, in pectore pondus et deliria. Interdum vero, quoad tussis coeperit, sine dolore est, sed illa longior et molestior est. Primis diebus sputum album et spumosum exspuit, lingua vero flava est, sed procedente tempore nigrescit. Si igitur per initia nigrescat, celeriores sunt iudicationes, postea vero tardiores. Tandem etiam lingua finditur et si digitum admoveris, adhaerescit. Haec accidunt diebus ad minimum quatuordecim, ut plurimum vero uno et viginti, quo tempore vehementer tussit unaque cum tussi reiicit primum quidem copiosa sputa et spumosa, at septimo atque octavo die cum febris in vigore et humida pulmonis inflammatio fuerit, crassius, alioqui minime, nono vero et decimo die aliquantulum ex viridi pallescens et subcruentum, duodecimo autem et ad decimum quartum usque copiosum et purulentum.

ια'. Περὶ δὲ κρισίμων [6]ἡμερέων ἤδη μέν μοι καὶ πρόσθεν λέλεκται· κρίνονται δὲ οἱ πυρετοὶ τεταρταῖοι, ἑβδομαῖοι, ἑνδεκαταῖοι, [7]τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι, ἑπτακαιδεκαταῖοι, εἰκοστῇ πρὸς τῇ μιῇ· ἐκ δὲ τούτων τῶν ὀξέων τριακοσταῖοι, [8]εἶτα τεσσαρακοσταῖοι, εἶτα ἑξηκοσταῖοι· ὅταν δὲ τούτους τοὺς ἀριθμοὺς ὑπερβάλλῃ, χρονίη ἤδη γίγνεται ἡ κατάστασις τῶν πυρετῶν.

11. Ac de iudicatoriis diebus iam quidem etiam ante a me dictum est. Iudicantur autem febres quarto die, septimo, undecimo, decimo quarto, decimo septimo, uno et vigesimo. Post hos vero acutos trigesimo, deinde quadragesimo, postea sexagesimo. Ubi vero hos numeros superant, diuturna iam evadit febrium conditio.

[1] ἢν — μελαίνη τοι θάσσους. — [2] τελευτῶσα. — [3] βραχύτερον. — [4] φυσι καὶ διαθέσις (sic). — [5] στάσις. — [6] ἡμερέων. — [7] τεσσαρεσκαιδ. om. [8] εἶτα τεσσαρακ. abest.

2. et l. l.: — καὶ ἐς τὴν κλ. καὶ ἐς τὸν τ. scripsi cum Parr. 2. et l. l., vulgo utrumque ἐς abest.

ἔστι — πρῶτον.] ἔσται vulg., ἔστι Littr, cum mss. 7.; — δ' οἷσι Lind. ex l. l.; — χρονιωτέρη Parr. 3.

ἢ δὲ — ὁμοίως.] οὖν om. K.; — μελαίνοιτο vulg., cum Lind. ex l. l. subiunctivum dedi; — τελευτῶσαι δὲ καὶ ῥήγνυται ἡ γλῶσσα vulg. τελευτῶσι Parr. 3., Lind., Littr., l. l., sed parum recte: vid. emendanda ad calcem vol. II.; requiritur τελευτῶσα et ἡ γλῶσσα pro scholio eiiciendum est; — ὥσπερ pro ἅπερ in varr. lectt. adnotat Littr. Uncinis intersepta eieci ex l. l.

ταῦτα — πυῶδες.] ὑγρὰ (ὑγρή Lind. cf. l. l.) εἴη (ᾖ Parr. 3., Littr.) vulg.; ex εἴη dedi ἔῃ; — tum βραχύτερον pro παχύτερον Parr. 4.: — καὶ παχύτ. H. K.; — εἰ δὲ μή H.; — καί ante μέχρι ex H. I. J. recepi; — τεσσαρεσκαίδεκα sine τῆς Parr. 3.

[ὧν — οὗτοι.] De his uncinis interseptis vide adn. ad l. l. p. 258. seq.

11. περὶ — πυρετῶν] εἰκοστῇ πρώτῃ E., Lind., εἰκοστῇ καὶ πρώτῃ H. K.

ΠΕΡΙ ΙΗΤΡΟΥ.

ΑΔΗΛΟΥ ΤΙΝΟΣ ΙΑΤΡΟΥ ΝΕΩΤΕΡΟΥ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑ ΕΣΤΙΝ.

DE MEDICO.

INCERTI CUIUSDAM MEDICI RECENTIORIS SCRIPTUM EST.

ΠΕΡΙ ΙΗΤΡΟΥ.

α'. Ἰητροῦ μὲν ἐστι προστασίη ὁρῆν εὔχρως τε καὶ εὔσαρκος πρὸς τὴν ὑπάρχουσαν αὐτῷ φύσιν· ἀξιοῦνται γὰρ ὑπὸ τῶν πολλῶν οἱ μὴ εὖ διακείμενοι τὸ σῶμα αὐτοί, οὐδ' ἂν ἑτέρων ἐπιμεληθῆναι καλῶς· ἔπειτα πρέπει αὐτὸν καθαρείως ἔχειν ἐσθῆτί τε χρηστῇ καὶ χρίσμασι εὐόδμοισι· πρὸς ἅπαντα ταῦτα γὰρ ἡδέως ἔχειν ξυμβαίνει τοὺς νοσέοντας. Δεῖ δὲ σκοπέειν τάδε περὶ τὴν ψυχήν· — σώφρονα μὴ μόνον τὸ σιγᾶν, ἀλλὰ καὶ περὶ τὸν βίον πάνυ εὔτακτον εἶναι· μέγιστα γὰρ ἔχει πρὸς δόξαν ἀγαθά· τὸ δὲ ἦθος εἶναι καλὸν καὶ ἀγαθόν· τοιοῦτον δ' ὄντα πᾶσι καὶ σεμνὸν καὶ φιλάνθρωπον καὶ ἐπιεικέα· τὸ γὰρ προπετὲς καὶ τὸ πρόχειρον καταφρονεῖται, κἢν πάνυ χρήσιμον ᾖ, σκοπέειν δὲ ἐπὶ τῆς ἐξουσίης· τὰ γὰρ αὐτὰ παρὰ τοῖς αὐτοῖς σπανίως ἔχοντα ἀγαπᾶται. Σχήματι δὲ,

DE MEDICO.

1. Medico auctoritatem conciliat si bene coloratus et optime habito sit corpore pro sua natura. Qui enim ipsi non bene habito sunt corpore, apud vulgum neque aliorum recte curam habere putantur. Tum eum decet munde se habere vestimento apto et bene olentibus unguentis. Omnia enim haec aegrotantibus iucunda esse solent. Circa animum haec eum spectare oportet; continentem non solum ut taceat, sed in reliqua etiam vita moderatum esse. Quod ad comparandam gloriam plurimum illi adfert adiumenti. Bonis etiam ac honestis sit moribus, unaque gravitatem cum humanitate coniunctam habeat et cum aequitate; nam temeraria proclivitas et promptitudo, quamvis valde sit utilis, despectui est. At considerandum quando his uti liceat. Eadem enim apud eosdem, cum rara sunt, aestimantur. Quod ad gestum atti-

1. *ἰητροῦ — νοσέοντας.*] Vulgo: *τὸ μὲν γράμμα ἐστὶν ἰητροῦ προστασίη καὶ παράγγελμα πῶς χρὴ κατασκευάζειν ἰητρεῖον· ἰητροῦ μὲν εἶναι προστασίην ὁρῆν εὔχρως τε καὶ εὔσαρκος ἔσται πρὸς τὴν ὑπάρχουσαν αὐτῷ φύσιν.* Haec olim liberavi adnotatione *τὸ μὲν γράμμα* (fortasse *σύγγραμμα*) *ἐστὶ παράγγελμα πῶς χρὴ κατασκευάζειν ἰητρεῖον.* Reliqua tunc describenda visa sunt quemadmodum ea exhibui et Littr. edidit. In iis, quae sequuntur, vulgata fert *ἀξιοῦνται γὰρ ὑπὸ τῶν πολλῶν οἱ μὴ εὖ διακείμενοι τὸ σῶμα οὕτως ὡς οὐδ' ἂν ἑτέρων ἐπιμεληθῆναι καλῶς.* Unde olim eieci *οὕτως ὡς* simul [*δύνασθαι*] *ἐπιμεληθῆναι* scribens. Littréus *οὕτως* servavit, *δύνασθαι* non recepit; et nunc quidem *δύνασθαι* non requiri puto, sed *οὕτως* omnino perinde ac *ὡς* emblema esse alienum; fieri possit etiam ut *οὕτως* ortum sit ex *αὐτοί*, quod in antithesi cum *ἑτέρων* requiri videtur; — potius tamen credo *οὕτως* esse emblema, *αὐτοί* excidisse a contextu. Porro vulgata *ἔπειτα περὶ αὐτῶν καθαίρειν* (*αὐτοῦ καθορῆν* pro *αὐτῶν καθαίρειν* L.) *ὡς ἔχειν ἐσθῆτι* (*χρῆσθαι* h. l. interponit Lind.) *χρηστῇ. κ. τ. λ.*, — et *ἔπειτα τὰ περὶ αὐτὸν καθαρῶς ἔχει* Merc. varr. lectt., Zuing., Lind. Ipse olim proposueram, quod nunc exhibeo, sed Littr. partim Mercurialis lectionem amplexus edidit *ἔπειτα τὰ περὶ αὐτὸν καθαρίως ἔχειν ἐσθῆτι χρηστῇ κ. τ. λ.*, quod constare non potest: nempe non *τὰ περὶ τὸν ἰητρὸν καθαρείως ἔχει ἐσθῆτι χρηστῇ*, sed *αὐτὸς ὁ ἰητρὸς καθαρείως ἔχει ἐσθῆτι χρηστῇ*; unde fit, ut *περί* ferri non possit, sed necesse sit *περί* in *πρέπει* mutare. Tum post *εὐόδμοις* vulgatae abieci *ὀδμὴν ἔχουσιν ἀνυπόπτως*, quod Littr. retinuit quidem, sed scholion refert inepte in textum illatum, olim ad *εὐόδμοις* adscriptum, non ferendum.

δεῖ — ἀγαπᾶται.] *δεῖ δὲ τοῦτον* (*τοῦτο* C. U.) *σκοπέειν τάδε περὶ τὴν ψυχὴν σώφρονα* vulg. Cum Littréo eicio *τοῦτον* s. *τοῦτο*, sed ille *τόν* ante *σώφρονα* de coniectura exhibet; quod autem dicit „il faut lire *τήν* ou *τόν*. Je préfère *τόν*," eiusmodi est, ut partim tantum consentiam; nimirum *τήν* nullo modo congruit, *τόν* requiritur si post *σώφρονα* distinguas; sin ante, eo non opus est. Tum *τὸ* (*τῷ* U.) *σιγᾶν* vulg. et dein *ἀλλὰ καὶ περὶ τὸν βίον πάνυ εὔτακτον*, ubi Littréus [*τό*] ante *πάνυ εὔτακτον* intulit. Equidem malui *εἶναι* addere post *εὔτακτον*, quo pacto sequentia structurâ melius cum his congruunt. Ex codd. E. Q.' recepi *καὶ ἐπιεικέα*, quod excidisse videtur e vulgata, non emblema esse in his libris. Tum *σκοπὸν δὲ ἐπὶ κ. τ. λ.* vulg.: Foëa. *σκοπεῖν* coniecit, Petrequin *σκεπτέον*, quod recepit Littr., sed procul dubio sola Foësii coniectura probanda, quam Ionice scriptam dedi. Tandem *σπανίως ἔχουσι* vulgo; *σπανίως ἔχοντα* reposuit Littr., quem sequor.

σχήματι — ἥκιστα.] *σχήμασι* ceteri, de meo sing. num.

ἀπὸ μὲν προσώπου ξύννουν μὴ πικρῶς· αὔθαδες γὰρ δοκέει εἶναι καὶ μισάνθρωπον· ὁ δὲ εἰς γελῶτα ἀνιέμενος καὶ λίην ἱλαρὸς, φορτικὸς ὑπολαμβάνεται· φυλακτέον δὲ τὸ τοιοῦτον οὐχ ἥκιστα. Δίκαιον δὲ πρὸς πᾶσαν ὁμιλίην εἶναι· χρὴ γὰρ πολλὰ ἐπικουρέειν δικαιοσύνην· πρὸς δὲ ἰητρὸν οὐ μικρὰ ξυναλλάγματα τοῖσι ἀρρωστέουσί ἐστι· καὶ γὰρ ἑωυτοὺς ὑποχειρίους ποιέουσι τοῖσι ἰητροῖσι καὶ πᾶσαν ὥρην ἐντυγχάνουσι γυναιξὶ, παρθένοισι, τοῖσι ἀξίοισι πλείστου κτήμασι· ἐγκρατέως οὖν δεῖ πρὸς ἅπαντα ἔχειν ταῦτα. Τὴν μὲν οὖν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα οὕτω διακεῖσθαι.

β'. **Τὰ** *δὲ ἐς τὴν ἰητρικὴν τέχνην παραγγέλματα, δι' ὧν ἔστι εἶναι τεχνικὸν, ἀπ' ἀρχῆς ξυνοπτέον, ἀφ' ὧν καὶ μανθάνειν ἂν ὥνθρωπος ἄρξαιτο· τὰ τοίνυν ἐν ἰητρείῳ θεραπευόμενα σχεδὸν μανθανόντων ἐστί. Δεῖ δὲ πρῶτον μὲν τόπον ἔχειν οἰκεῖον, ἔσται δὲ τοῦτο ἐὰν μήτε πνεῦμα ἐς αὐτὸν παραγιγνόμενον ἐνοχλῇ, μήθ' ἥλιος ἢ αὐγὴ λυπέῃ. Φῶς δὲ τηλαυγὲς τοῖσι μὲν θεραπεύουσι ἄλυπον, οὐχ ὁμοίως δὲ τοῖσι θεραπευομένοισι ὑπάρχει· πάντως μὲν οὖν τοιαύτην τὴν αὐγὴν μάλιστα φευκτέον, δι' ἣν ξυμβαίνει τοὺς ὀφθαλμοὺς νοσέειν· τὸ μὲν οὖν φῶς τοιοῦτον εἶναι παρήγγελται· τοῦτο δὲ, ὅπως μηδαμῶς ἐναντίως ἕξει τῷ προσώπῳ τὰς αὐγάς· προσενοχλεῖ γὰρ τὴν ὄψιν ἀσθενέως ἔχουσαν· πᾶσα δ' ἱκανὴ πρόφασις ἀσθενέοντας ὀφθαλμοὺς ἐπιταράξαι· τῷ μὲν οὖν φωτὶ τοῦτον τὸν τρόπον χρηστέον ἐστί.* **Τοὺς** *δὲ δίφρους ὁμαλοὺς εἶναι τοῖσι ὕψεσι ὅτι μάλιστα, ὅπως κατ' αὐτοὺς ὦσι. Χαλκώματι δὲ πλὴν τῶν ὀργάνων μηδενὶ χρῆσθαι· καλλωπισμὸς γάρ τις εἶναί μοι δοκεῖ φορτικὸς*

net, vultu sit ad prudentiam composito, non aspero tamen; quippe hoc superhum et inhumanum videtur. Qui vero in risum effusus est et supra modum hilaris, molestus habetur; quod inprimis vitandum est. Aequum autem in omni vitae consuetudine se praestare dehet. Nam cum omnihus in rebus multum sit in iustitia praesidii, medico cum aegris non parum est commercii. Ii enim se huic tractandos submittunt, isque numquam non fere cum mulierihus, virginibus conversatur, resque magni pretii contrectat, a quihus omnibus sibi temperare debet. Atque his tum animi, tum corporis virtutihus eum praestare oportet.

2. Quae vero ad artem medicam praecepta pertinent, ex quihus artifex hahendus est et a quihus discendi initia sumi dehent, ah initio nobis hreviter ob oculos ponenda. Quae ergo in officina medici curantur, ea propemodum discenda sunt. Ac primum quidem locum idoneum hahere oportet; quod fiet, si neque accedens ventus molestiam afferat, neque sol, aut splendor gravis sit. Lucis enim splendor ut non sit curantibus molestus, non item tamen iis, qui curantur. Is ergo prorsus vitandus est, per quem oculi offendi solent. Atque hoc quidem de lumine praecipitur. Deinde vero ut nequaquam splendori facies sit adversa. Oculorum enim aciem dehilem molestia afficit, cum quaevis occasio dehiles oculos perturbare possit. Atque hic luminis usus esto. Sellae vero altitudine fere aequales esse debent, ut sint pro illorum modo. Aeris praeterquam in instrumentis, nullus usus esto. Talis enim supellectilis usus apparatus quidam molestus esse mihi videtur. Aqua iis, qui curantur, potui commoda et pura exhiberi debet. Detersoriis puris et

dedi. — Dein *αὐθάδης* et *μισάνθρωπος* ceteri; sed *αὔθαδες* et *μισάνθρωπον* requiro; in oratione aposiopeses insunt: suppleo *ξύννουν μὴ πικρῶς χρὴ εἶναι* s. *φαίνεσθαι· τὸ γὰρ ξὺν πικρότητι ξύννουν αὔθαδες δοκέει εἶναι καὶ μισάνθρωπον.*
δίκαιον — ταῦτα.] *δικαιοσύνη* C. U., i. e. *δικκιοσύνη*, quod tamen non praefero; — *ἀρρωστέουσι* E. P., *νοσοῦσι* vulg.; dubium non est, quin recentiores hoc pro illo intulerint. Vulgo *αὐτούς*, pro quo recte Zuing. *αὑτούς*, quod Ionice scripsi.

2. *τὰ — ἐστί.*] *ἄνθρ.* vulg., *ὥνθρωπος* Littr. de suo.
δεῖ — λυπέῃ.] *τόπον ἔχειν τῆς οἰκίης* ceteri, Littr. vero *τόπον ἔχειν οἰκεῖον* de coniectura, quam recipio; — *ἐπιγινομένου* P. Q.' pro *παραγιν.*; — *λυπέει* C. U., ed. Bas.
φῶς — ἐστί.] *μὲν τοῖς θεραπ.* C.; — *οὐχ ὁμοίως* et tum *φευκτέον* omm. C. U., Ald.; — *διό* pro *δι' ἥν* iidem.
τοὺς δὲ — ὦσι.] *κατ' αὐτούς* omnes; sed qui sunt isti *αὐτοί?* Probabile est aegrotantes spectari; sed quid sibi iam velit non intelligo. Si scriptum esset *κατ' αὐτόν* acciperem

σκεύεσι τοιούτοισι χρῆσθαι. Τὸ δ' ὕδωρ παρέχειν δεῖ πότιμον τοῖσι θεραπευομένοισι καὶ καθαρόν. Τοῖσι δὲ ἀπομάγμασι καθαροῖσι καὶ μαλθακοῖσι χρῆσθαι, πρὸς μὲν τοὺς ὀφθαλμοὺς ὀθονίοισι, πρὸς δὲ τὰ τραύματα σπόγγοισι· αὐτόματα γὰρ ταῦτα βοηθεῖν δοκεῖ καλῶς. Τὰ δ' ὄργανα πάντα εὐήρη πρὸς τὴν χρείαν ὑπάρχειν δεῖ τῷ μεγέθεϊ καὶ βάρεϊ καὶ λεπτότητι.

γ'. Τὰ δὲ προσφερόμενα ἅπαντα μὲν χρὴ ξυνορῆν ὅπως ξυνοίσει· μάλιστα δὲ, πλεῖστον εἰ ὁμιλεῖν μέλλει τῷ νοσέοντι μέρεϊ· ταῦτα δέ ἐστι ἐπιδέσματα καὶ φάρμακα καὶ τὰ περὶ τὸ ἕλκος ὀθόνια καὶ τὰ καταπλάσματα. Ἡ δὲ μετὰ ταῦτα ἀφαίρεσις τούτων καὶ ἀνάψυξίς τε καὶ περικάθαρσις, καὶ τῶν ὑδάτων κατάντλησις ὀλίγου τινός ἐστι χρόνου. Καί τι ποιῆσαι ὅπου χρὴ, τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧσσον ἐσκέφθαι δεῖ· τούτων γὰρ ἀμφοτέρων ἡ χρῆσις εὐκαίρως τε καὶ μὴ γενομένων μεγάλην ἔχει διαφορήν.

δ'. Ἔστι δὲ οἰκείη ἐπίδεσις τῆς ἰητρικῆς, ἀφ' ἧς ὠφελεῖται ὁ θεραπευόμενος· μέγιστα δὲ ὠφελεῖ δύο ταῦτα, οἷσί ἐστι χρηστέον, πιέσαι ὅκου δεῖ καὶ ἀνειμένως ἐπιδῆσαι· πρὸς δὲ τοὺς χρόνους τῆς ὥρης, πότε δεῖ σκεπαστικῶς καὶ μὴ, ξυνορῆν, ὡς οὐδὲ τὸν ἀσθενῆ λέληθε ὁποτέρῳ τούτων ἐνιαχοῦ χρηστέον· εὐρύθμους δὲ ἐπιδεσίας καὶ θεητρικὰς μηδὲν ὠφελούσας ἀπογιγνώσκειν· φορτικὸν γὰρ τὸ τοιοῦτον καὶ παντελῶς ἀλαζονικὸν, πολλάκις τε βλάβην οἷον τῷ θεραπευομένῳ· ζητεῖ δὲ ὁ νοσέων οὐ καλλωπισμὸν, ἀλλὰ τὸ ξυμφέρον.

mollibus utendum, ad oculos quidem linteis, ad vulnera vero spongiis. Haec enim per se magno auxilio esse videntur. Instrumenta autem omnia ad usum apte comparata esse oportet, convenienti magnitudine, gravitate et tenuitate.

3. Quae vero admoventur, omnia quidem ut conferant attendendum, potissimumque si ad laborantem partem diutissime adhaerere debent, cuiusmodi sunt vincula, medicamenta, et ad ulcus adhibita lintea et cataplasmata. At vero quae postea consequuntur, horum ablatio, refrigeratio item et perpurgatio et aquae perfusio parvi cuiusdam sunt temporis. Et ubi aliquid magis minusve faciendum est, diligenter attendere mentem oportet. Utriusque enim usus recta occasione an miuus adhibitus magnam habet differentiam.

4. Est autem medicinae accommodata deligatio, ex qua qui curatur utilitatem percipit. Haec autem duo, quibus utendum est, maxime iuvant: comprimere ubi expedit et remisse deligare. Quod ad anni tempora videndum, quando contegere oporteat necne; quippe ne ipsum aegrum quidem latet utro horum nonnumquam utendum sit. Deligationes autem concinnae et ad speciem comparatae, quaeque nihil prosunt, repndiandae. Sunt enim eiuscemodi molestae et omnino ad ostentationem factae ac plerumque ei, qni curatur, noxiam afferunt, qui non tam ornatum quam utilitatem requirit.

κατὰ τὸν ἰητρόν et intelligerem ita, ut dicere illum putarem sellas aequali esse debere altitudine et quae medici staturae respondeat, ut ad manus opera ab illo perficienda apte collocati essent aegrotantes! Debemusne igitur κατ' αὐτούς interpretari κατὰ τοὺς ἰητρούς?

3. τὰ δὲ — καταπλάσματα.] συνοίσῃ vulg., συνοίσι nonnulla mss., συνοίσει Littr.; — βούλει, sed supra versum μέλλει U.; — ceterum iungo πλεῖστον εἰ ὁμιλεῖν μέλλει; male enim commate distingui solet post πλεῖστον. Foës. tamen in Latinis recte distinxit. Post καταπλάσματα legi solet: πλεῖστον γὰρ χρόνου ταῦτα περὶ τοὺς νοσέοντάς ἐστι τόπους. Equidem emblema alienum et otiosum eieci.

ἡ — διαφορήν.] εἰ δὲ μετά C. U.; — ταύτην pro ταῦτα U.; — ἀνάψυξις vulgo, ἀνάτηξις C.; de meo καί ante ἀνάψυξις adscripsi. Dein καὶ τί ποιῆσαι ὅπου vulg., unde τί ποιῆσαι eiecit Littr. de coniectura; me iudice non est delendum, sed in τι ποιῆσαι mutandum; — tum τό ante μᾶλλον adscribendum; — ceteri εὔκαιρος, quod in εὐκαίρως mutandum est visum ut ad γενομένων referretur.

4. ἔστι δὲ — ξυμφέρον.] ὠφελεῖσθαι τὸν θεραπεύοντα vulg.; — Foësium vero secutus Littr. legit τὸν θεραπευόμενον et de suo huic participio subiungit [δεῖ]. At plane ineptum est δεῖ, quare aliam viam tentavi; — dein ὅκως μηδὲ ἀσθενῆ λεληθῶς (λεληθός C. U.) ποτέρῳ τούτων ἐνίσχου (ἐνιαχοῦ U., Heurn. de coniectura, Corn. idem vel ἐνιαχῇ expressit) χρηστέον vulg.; Dietz. voluit ὅκως μηδὲ ἀσθενέα λελήθωσι (αἱ ἐπιδέσιες) ποτέρῳ τούτων ἐνιαχοῦ χρηστέον; Littréus ὅκως μηδὲ [τὸν] ἀσθενῆ λελήθῃ, ὡς ποτέρῳ τού-

ε'. Ἐπὶ δὲ τῶν χειρουργιῶν, ὅσαι διὰ τομῆς εἰσι ἢ καύσιος, τὸ ταχέως ἢ βραδέως ὁμοίως ἐπαινεῖται· χρῆσις γάρ ἐστι ἀμφοτέρων. Ἐν οἷς μὲν γάρ ἐστι διὰ μιῆς τομῆς ἡ χειρουργία, χρὴ ποιέεσθαι ταχεῖαν τὴν διαίρεσιν· ἐπεὶ γὰρ ξυμβαίνει τοὺς τεμνομένους πονέειν, τὸ λυπέον μὲν ὡς ἐλάχιστον χρόνον δεῖ παρεῖναι· τοῦτο δὲ ἔσται ταχείης τῆς τομῆς γενομένης. Ὅπου δὲ πολλὰς ἀναγκαῖον γενέσθαι τὰς τομὰς, βραδείῃ χρηστέον τῇ χειρουργίῃ· τὸ μὲν γὰρ ταχὺ ξυνεχῆ ποιέει τὸν πόνον καὶ πουλὺν, — τὸ δὲ διαλιπὸν ἀνάπαυσιν ἔχει τινὰ τοῦ πόνου τοῖς θεραπευομένοις.

ϛ'. Τὸ δ' αὐτὸ ἐπὶ τῶν ὀργάνων λέγοιτ' ἄν· τοῖς δὲ μαχαιρίοις ὀξέσι τε χρῆσθαι καὶ πλατέσι οὐκ ἐπὶ πάντων ὁμοίως παραγγέλλομεν· μέρη γὰρ τινά ἐστι τοῦ σώματος, ἃ ἐν τάχει μὲν ἔχει τὴν ῥύμην τοῦ αἵματος, καὶ κατασχεῖν ἔστι οὐ ῥηΐδιον· ταῦτα δέ ἐστι οἵ τε κίρσοι καί τινες ἄλλαι φλέβες· τὰς μὲν οὖν τομὰς χρὴ εἶναι τῶν τοιούτων στενάς· οὐ γὰρ οἷόν τε τὴν ῥύσιν γενέσθαι καταχορῆ· ξυμφέρει δέ ποτε ἀπὸ τῶν τοιούτων αἵματος ἀφαίρεσιν ποιέεσθαι. Πρὸς δὲ τοὺς ἀκινδύνους τόπους καὶ περὶ οὓς μὴ λεπτόν ἐστι τὸ αἷμα, πλατυτέροις χρῆσθαι τοῖς μαχαιρίοισι· τὸ γὰρ αἷμα πορεύοιτ' ἂν, ἄλλως δὲ οὐδαμῶς· πάνυ δ' ἔστι αἰσχρὸν μὴ ξυμβαίνειν ἀπὸ τῆς χειρουργίης ὅ τι θέλει.

ζ'. Δύο δὲ τρόπους φαμὲν χρησίμους εἶναι σικυῶν· ὅτε μὲν γὰρ ῥεῦμα ξυνέστηκε πόρρω τῆς ἐπιφαινομένης σαρκὸς, τὸν μὲν κύκλον αὐτῆς εἶναι δεῖ βραχὺν, αὐτὴν δὲ γαστρώδη,

5. At vero in iis, quae manus operam postulant, et sectione aut ustione indigent, celeritas ac tarditas ex aequo commendantur, cum utraque opus sit. Nam quibus quidem una sectione manus opera perficitur, ea celeriter fieri debet; nam quum accidat ut qui secantur dolorem sentiant, id quod dolorem adfert quam brevissimo tempore adesse debet; quod fiet celeriter administrata sectione. At ubi multas fieri sectiones necesse est, tarda manuum opera utendum. Celeritas enim continentem facit dolorem ac multum; intermissio vero remissionem quamdam doloris iis, qui curantur, praebet.

6. Idem de iustrumentis dici possit; gladiolis autem acutis et latis uti non in omnibus pariter praecipimus. Quaedam namque corporis partes velocem habent sanguinis impetum, quem continere non est facile; cuinsmodi sunt varices et aliae quaedam venae; quarum igitur angustas sectiones esse oportet. Sic enim numquam fiet immodica profusio. Ab his tamen sanguinem interdum detrahere confert. In his vero partibus, in qnibus nihil inest periculi et quae tenuem sanguinem minime continent, latioribus gladiolis utendum, alioqui sanguis nequaquam profluet. Est autem turpe per manus operam non assequi quod cupias.

7. At vero cucurbitulae duobus modis utiliter admoveri possunt. Cum enim procul ab exteriore carne fluxio constiterit, eius circulum parvum esse oportet, ipsa vero ventrem amplum

των ἐνιαχοῦ χρηστέον. Equidem neque vulgatam, neque has correctiones recte intelligo, quare aliud quid exhibui, quod de coniectura dedi. Tum πολλάκις δὲ βλάβην C.; — ζητεῖται (addit δέ Lind.) ὁ vulg.; descripsi haec ex Littréi emendatione.

5. ἐπὶ — ἀμφοτέρων.] Post ἀμφοτέρων C. U. αὐτῶν, quod recepit Littr., sed mihi non ab auctoris manu profectum videtur.

ἐν οἷς — γενομένης.] πονέειν μὲν τὸ λυπέον vulg., τὸ λυπέον μέν Zuing., Littr., τὸ μὲν λυπέον Lind.

ὅπου — θεραπευομένοις.] ὁ μὲν γὰρ ταχύς vulg., de coniectura mutavit Littr.; — ὁ δὲ (τό τε C. U.) διαλιπὼν (διαλιπόντα C. U., διαλιπόν Ald.) ἀνάπαυσιν ἔχει τινὰ τούτων (τούτων om. Ald., τοῦτον οὐ C. U. pro τούτων) τοῖς θεραπ. vulg.; Littréus ex his lectt. primum amplexus est ex Aldo neutrum τὸ — διαλιπόν, simulque supra pro vulgata τὸ — ταχύ dedit: tum ex lectione codicum illorum duorum τοῦτον οὐ effecit τοῦ πόνου; quae emendationes sine dubio probandae.

6. τὸ δ' αὐτὸ — ποιέεσθαι.] τοῖς δή, sed δέ in marg. Zuing.: — ὀξέσι δεῖ (δέ pro δεῖ, C., δεῖν in marg. Zuing.) χρῆσθαι vulg.; textum descripsi quemadmodum Littr.; — τὰς μὲν τομάς cett., οὖν de meo interpono.

πρὸς — θέλει.] αἰσχρόν Lind., Littr., αἰσχρῶς vulg.

7. δύο — τόπου.] δύο δὴ τρόπους φαμὲν χρησίμους εἶναι σικυῶν E., — σικυῶν δὴ (δέ C.) δύο τρόπους εἶναι (addit φαμέν P'.) χρησίμους vulg.; textum descripsi sicuti Littréus; — vulgo ξυνεστηκός, quare Littr. [ἐστι] addidit

μὴ προμήκη τὸ πρὸς τὴν χεῖρα μέρος, μήτε βαρεῖαν· τοιαύτην γὰρ οὖσαν ἕλκειν ἐς ἰθὺ ξυμβαίνει, καὶ τοὺς ἀφεστῶτας ἰχῶρας καλῶς ἀνεσπάσθαι πρὸς τὴν σάρκα· τοῦ δὲ πόνου διὰ πλείονος κατεσκεδασμένου τῆς σαρκὸς, τὰ μὲν ἄλλα παραπλησίην, τὸν δὲ κύκλον μέγαν· οὕτω γὰρ ἐκ πλείστων μερῶν εὑρήσεις ἄγουσαν ἐς ὃν δεῖ τὸ λυποῦν τόπον· οὐ γὰρ οἷόν τε μέγαν εἶναι τὸν κύκλον, μὴ ξυναγομένης τῆς σαρκὸς ἐκ πλείονος τόπου. Βαρεῖα δ' ἐοῦσα ῥέπει μὲν ἐς τοὺς ἄνω τόπους, κάτωθεν δὲ μᾶλλον τὴν ἀφαίρεσιν χρὴ ποιέεσθαι. Τοῖσι μὲν γὰρ ἐφεστῶσι ῥεύμασι καὶ μακρὸν ἀπέχουσι ἀπὸ τῶν ἄνω τόπων οἱ πλατεῖς κύκλοι πολλὰ ξυνεπισπῶνται παρὰ τῆς ἄλλης σαρκός· ἐπιπροσθεῖν οὖν ξυμβαίνει τὴν ἐντεῦθεν ἑλκομένην νοτίδα τῷ ξυναγομένῳ κάτωθεν ἰχῶρι, καὶ τὰ μὲν ἐνοχλεῦντα ὑπολείπεσθαι, τὰ δ' οὐδὲν λυπέοντα ἀφαιρεῖσθαι. Μέγεθος δὲ σικύης τί χρήσιμον στοχάζεσθαι χρὴ πρὸς τὰ μέρη τοῦ σώματος, οἷς ἂν δέῃ προσβάλλειν. Ὅταν δὲ κατακρούῃς, κάτωθεν δέχεσθαι· τὸ γὰρ αἷμα φανερὸν εἶναι δεῖ τῶν χειρουργουμένων τόπων· ἄλλως δὲ οὐδὲ τὸν κύκλον τὸν ἑλκυσθέντα χρὴ κατακρούειν· εὐτονωτέρη γάρ ἐστι ἡ σὰρξ τοῦ πονήσαντος· μαχαιρίοις δὲ τοῖς καμπύλοις ἐξ ἄκρου μὴ λίην στενοῖς· ἐνίοτε γὰρ ἰχῶρες ἔρχονται γλίσχροι καὶ παχεῖς· κίνδυνος οὖν ἐστι ὑποστῆναι τῇσι τομῇσι, ὅταν στεναὶ τμηθέωσι.

η'. Τὰς δὲ ἐπὶ τῶν βραχιόνων φλέβας

habeat, sed qua parte manu apprehenditur, ne promineat, neque gravis sit. Quae enim est eiuscemodi in directum trahit et procul distantes serosos humores ad carnem probe revellit. At dolore per carnis magnitudinem disperso in reliquo quidem similis, sed circulus magnus sit. Hoc enim pacto quod dolorem movet ex plurimis partibus, quo oportet adducere comperies. Quae vero gravis est ad superiores quidem partes vergit, potius vero ex inferioribus detractio facienda est. Instantibus enim fluxionibus procul que a superioribus partibus positis, lati circuli multa simul ex reliqua carne attrahunt. Itaque fit ut humor inde attractus occurrat humori seroso ab inferioribus partibus collecto, et ut ea, quae molesta sunt, relinquantur, quae vero minime molestiam afferunt, tollantur. Quae vero cucurbitulae magnitudo prosit, conicere oportet pro partibus corporis quibus adhiberi debeat. Cum vero pertundis, ab inferiore parte (humores prodituros) exspectare oportet: sanguis enim partium manu curatarum in conspectum venire debet; ceteroquin enim circulum attractum ne pertundere quidem oportet. Laborantis enim caro loci contenta magis est. Gladiolis autem utendum in summo recurvis, non valde angustis. Subinde enim humores glutinosi et crassi proveniunt; quare periculum est ne ad incisuras subsistant, si angustae incidantur.

8. At vero brachiorum venae vinculis com-

post σαρκός; — mihi ξυνέστηκε in participium abiisse visum est, quemadmodum § 4. λέληθε in participium abierat; vid. adnn. ad illum locum. Porro διὰ βραχὺν pro δεῖ βραχὺν C. U.; — tum αὐτὴν δὲ μὴ γαστρώδη (γαστρώδη μέν cod. Reg. apud Mack.) (addunt μή E. P.') προμήκη vulg.: textum descripsi, uti Littr.; — μὴ βαρεῖαν vulg., μήτε βαρεῖαν de meo; — διά ante πλείονος Littr. de suo; in L. διὰ σαρκός pro τῆς σαρκός. sed Littréus τῆς servare et διά alio loco inferre maluit; — οἴονται vulg., quod dudum in οἷόν τε mutarunt.

βαρεῖα — ξυμβαίνει.] δ' οὖσα vulg., δὲ οὖσα C. U., unde δ' ἐοῦσα dedi; — ῥέπει καί vulgo, ῥέπει μέν de meo; — sed post τόπους vulgo: κάτω δὲ μᾶλλον τὴν ἀφαίρεσιν, quibus [δεῖ ποιέειν] subiunxit Littréus, quod quidem fere recte explet sententiam; malim tamen κάτωθεν et necessario ποιέεσθαι medium requiritur, sicuti de V. A. § 28. τὰ μαθήματα ποιέεσθαι. Verum si iam respicias sequentia καὶ πολλάκις ὑπολείπεσθαι (ὑπολείπεται L.) τὰς νούσους [ξυμβαίνει], — scilicet ξυμβαίνει supplet editor Parisinus. — apparebit fragmentum illud καὶ πολλάκις ὑπολείπεσθαι τὰς νούσους non esse, nisi emblema alienum natum ab adnotatore, qui sequentia respexerit, ita ut abiciendum sit.

τοῖσι — ἀφαιρεῖσθαι.] τοῖσι μὲν οὖν ceteri, γάρ pro οὖν de meo; — ἀφεστῶσι L.

μέγεθος — προσβάλλειν.] προσβάλειν E.

ὅταν — τμηθέωσι.] κατακρούειν vulg., κατακρούῃ C. U., Littr., κατακρούῃς L., quem sequi oportet. Porro pro δέχεσθαι Littr., id sensu idoneo carere opinatus, ἕλκεσθαι. equidem dicam ἕλκεσθαι non requiri. sed recte habere δέχεσθαι i. e. δέχεσθαι κάτωθεν ἐλεύσεσθαι; — dein δ' οὐδέ C. U.; — ἀτονωτέρη legisse videtur Corn.

8. τὰς — γίγνεσθαι.] δ' C. E. U., Bas., Mack.; — δέ vulg.; — οὐ ante καλῶς om. Ald.; — ἐκφυσᾶσθαι vulgo, sed adnotant Corn. ἐμφυσᾶσθαι legisse, quod requiri visum

τῆσι καταλήψισι χρὴ φυλάσσειν· ἡ γὰρ καλύπτουσα σὰρξ πολλοῖς οὐ καλῶς ξυνήρμοσται τῇ φλεβί· τῆς γὰρ σαρκὸς ὀλισθηρῆς οὔσης, οὐ καθ' ἑαυτὰς ξυμβαίνει τὰς τομὰς ἀμφοτέρων γίγνεσθαι· τὴν γὰρ φλέβα ἐμφυσᾶσθαι ξυμβαίνει καλυφθεῖσαν καὶ τὴν ῥύσιν τοῦ αἵματος κωλύεσθαι, πολλοῖσι δὲ καὶ πῦον διὰ τοῦτο ξυνίστασθαι· καὶ δοκεῖ δὴ δύο βλάβας φέρειν ἡ τοιαύτη χειρουργίη, τῷ μὲν τμηθέντι πόνον, τῷ δὲ τέμνοντι πολλὴν ἀδοξίην· τὸ δ' αὐτὸ κατὰ πασῶν παρήγγελται γίγνεσθαι.

θ'. Τὰ μὲν οὖν κατ' ἰητρεῖον ἀναγκαῖα ὄργανα καὶ περὶ ἃ δεῖ τεχνικὸν εἶναι τὸν μανθάνοντα ταῦτ' ἐστί. ὀδοντάγρῃσι γὰρ καὶ σταφυλάγρῃσι χρῆσθαι τὸν τυχόντα ἔστι· ἁπλῆ γὰρ ἡ χρῆσις αὐτῶν εἶναι δοκεῖ.

ι'. Περὶ δὲ φυμάτων καὶ ἑλκέων, ὁκόσα μειζόνων ἐστὶ νοσημάτων, τὰ μὲν φύματα τεχνικώτατον ὑπειληφέναι καὶ δύνασθαι διαλύειν καὶ τὰς ξυστάσεις αὐτῶν κωλύειν· ἐχόμενον δὲ τούτων στέλλειν εἰς τὸν ἐπιφανῆ τόπον ὡς εἰς βραχύτατον, καὶ τὴν ξύστασιν ὁμαλῶς διὰ παντὸς ποιεῖσθαι τοῦ φύματος· ἀνωμάλως γὰρ ἔχοντος αὐτοῦ ῥαγῆναί τε καὶ δυσθεράπευτον τὸ ἕλκος κίνδυνός ἐστι γενέσθαι· ἐξομαλίζειν τε χρὴ πέσσοντα πανομοίως καὶ μήτε διαιρεῖν πρότερον, μήτε αὐτόματον ἐῆν ῥαγῆναι· τὰ δὲ ἐκπέψαι δυνάμενα ὁμαλῶς ἐν ἑτέροις εἴρηται.

ια'. Τὰ δὲ ἕλκεα δοκεῖ πορείας ἔχειν τέσσαρας, μίαν μὲν ἐς βάθος· ταῦτα δ' ἔστι τὰ συριγγώδη καὶ ὅσα ὕπουλά ἐστι, καὶ ἔνδοθεν κεκοιλασμένα· ἡ δ' ἑτέρη εἰς ὕψος, τὰ ὑπερσαρκοῦντα· τρίτη δέ ἐστι εἰς πλάτος· ταῦτα δέ ἐστι τὰ καλεόμενα ἑρπυστικά· τετάρτη ὁδός ἐστι . . . . αὕτη δὲ μόνη κατὰ

prebensae detinendae. Quae enim eas contegit caro in multis non probe venae coaptata est. Quae cum lubrica exsistat, utrorumque sectiones sibi invicem respondentes fieri nequeunt. Vena enim contecta inflatur et sanguinis fluxus impeditur ob idque in multis pus colligitur. Ac sane duplici de causa eiusmodi manus opera noxia videtur, tum quod ei qui sanatur dolorem, tum vero ei qui secat dedecus adfert. Quod ipsum in omnibus fieri praecipitur.

9. Atque ea sunt in officina medica instrumenta, quibus artificiose uti eum, qui discit, necesse est. Volsellis enim, quibus tum dentes, tum columellae comprehenduntur, quivis uti potest, cum simplex earum usus esse videatur.

10. De tuberculis autem et ulceribus, quae maiorum morborum sunt, illud tenendum est. Tubercula quidem coërcere ac dissolvere posse, eorumque concretiones prohibere, maxime ad artem pertinere. Deinde vero ea in locum conspicuum et quam brevissimum contrahere ipsamque concretionem aequabilem per totum reddere. Nisi enim aequabile fuerit, ut rumpatur et ulcus aegre curabile evadat, periculum est. Aequabile itaque reddere et ex aequo omne concoquere oportet ac neque ante tempus aperire neque ut sponte rumpatur sinere. Quae vero aequabiliter concoquere valent, alibi dicta sunt.

11. At vero ulcera quatuor progrediendi modos mihi babere videntur. Unum quidem in profundum, cuiusmodi sunt fistulosa et quae sub cicatrice latent et intus cava. Alterum, quo ad superiora tendunt, velut quae superexcrescentem carnem habent. Tertium in latum, qualia quae serpentia dicuntur. Quartus modus

est; — πῦος, πύος libri, πῦον de meo; — δὴ δοκεῖ vulg., διὸ δοκεῖ L., δοκεῖ δή Zuing., Littr., καὶ δὴ δοκεῖ Kühn.; praefero καὶ δοκεῖ δή.

10. περὶ — εἴρηται.] ὑπειληφέναι καὶ (δεῖ pro καί C. U., Littr.) δύνασθαι vulg.; — πεσόντα C. U. pro πέσσοντα; — ἐκπέμψαι C., Ald.

11. τὰ δὲ ἕλκεα — κίνησις.] δ' U.; — ἔντοσθε C., ἔντοθεν E., Bas., Lind., ἔντοσθεν U., Ald.; — ταῦτα δ' ἐστί U.; — ἐρπιστικά vulg., ἑρπηστικά U., Littr., ἑρπυστικά cum Lindano in vulgata latere opinor. Post τετάρτη ὁδός ἐστι lacunam esse viderunt antiquiores interpretes, Foës. cett., qui εἰς ὁμαλές suppletum voluerunt; propter infra obvium τὸ ξυμφυόμενον Littr. supplevit [ἐς ξύμφυσιν]; malui lacunam notare, quum plura insint in capitulo incertae restitutionis.

φύσιν εἶναι δοκέει κίνησις. Αὗται μὲν οὖν ξυμφοραὶ τοιαῦται σαρκός εἰσι· * πᾶσαι δὲ κοιναὶ τοῦ ξυμφέροντος· καὶ τὰ μὲν τούτων ἐν ἑτέροις σημεῖα δεδήλωται, καὶ ᾗ χρηστέον ἐστὶ ἐπιμελείᾳ· δι' ὧν δὲ τὸ ξυμφυόμενον διαλυθήσεται καὶ τὸ μὴ πληρεύμενον, ἢ κοῖλον γενόμενον, ἢ τὴν εἰς πλάτος πορείαν ποιούμενον προσηκόντως . . . . περὶ τούτων ἐν ἄλλοις εἴρηται.

est . . . . , qui solus secundum naturam motus videtur. Atque eae quidem carnis sunt calamitates . . . . Quorum quidem signa alibi demonstrata sunt et quaenam curatio adhibenda sit. Quanam autem ratione quod coalnit dissolvi possit et quod non impletur, aut cavum redditum, aut quod in latitudinem progressionem fecit apte . . . . de his dictum est in aliis.

ιβ'. Περὶ δὲ καταπλασμάτων ὧδε· τῶν ἐπιτιθεμένων ὀθονίων ὅκου ἂν ἡ χρῆσις ἀκριβὴς εἶναι δοκέῃ, τῷ ἕλκεϊ ἁρμόζειν τὸ ἐπιτιθέμενον ὀθόνιον, τῷ δὲ καταπλάσματι πρὸς τὸν κύκλῳ τόπον τοῦ ἕλκεος χρῶ· χρῆσις γὰρ αὕτη καταπλάσματος ἔντεχνός τε καὶ πλεῖστα ὠφελεῖν δυναμένη· ἐδόκει γὰρ τῷ μὲν ἕλκεϊ βοηθεῖν ἡ τῶν περιτιθεμένων δύναμις, τὸ δ' ὀθόνιον φυλάσσειν· τὸ δ' ἔξω μὲν τοῦ ἕλκεος τὸ κατάπλασμα ὠφελέει. Τὴν μὲν οὖν χρῆσιν αὐτῶν εἶναι δεῖ τοιαύτην.

12. De iis vero, quae in cataplasmate adhibentur, sic habeto. Quo in morbo imponendorum linamentorum accuratus usus esse videtur, ipsi ulceri accommodatum linamentum adhibeto, quod vero cataplasmate apponitur, ad ulceris ambitum utitor. Hic enim cataplasmatis usus multum habet artis plurimumque utilitatis praestat. Si quidem quod ulceri circumponitur iuvandi facultatem habere videtur et linamentum continere. Partes vero ulceris exteriores cataplasma iuvat. Atque eorum quidem usum talem esse convenit.

ιγ'. Περὶ δὲ καιρῶν, ὁκότε τούτοισι ἑκάστοισι χρηστέον ἐστὶ καὶ τὰς δυνάμιας ὡς χρὴ τῶν γεγραμμένων καταμανθάνειν, παραλέλειπται, ἐπεὶ πλεῖον προήκται τῆς κατ' ἰητρεῖον ἐπιμελείας καὶ τοῦ πόρρω τῆς τέχνης ἤδη προεληλυθότος ἐστί.

13. Quod ad tempora attinet, quibus horum singulis utendum sit, et quemadmodum eorum, quae scripta sunt, facultates addiscere oporteat, haec a nobis praetermittuntur, quandoquidem maiorem in iis, quae in officina medici curantur, diligentiam requirunt et ad eum pertinent, qui magnos iam in arte progressus fecerit.

ιδ'. Ἐχόμενον δὲ τούτων ἐστὶ ἡ κατὰ στρατιὴν γιγνομένων τρωμάτων χειρουργίη περὶ τὴν ἐξαίρεσιν τῶν βελέων. Ἐν τῇσι

14. Ad haec vero consequitur vulnerum in militia acceptorum tractatio, quod attinet ad telorum extractionem, cuius in urbium com-

αὗται — εἴρηται.] ξυμφορὰ τοιαῦτα Ald.; — πάσαις δὲ κοινὸν τὸ ξυμφέρον P.'; — Zuing. pro κοιναί fert κεναί in marg.; Littr. πᾶσαι δὲ κοιναὶ τοῦ ξυμφύοντος, de suo, sed hoc intelligit nemo, ut opinor; — certum est sponte vulgatam ducere ad emendationem, quae in P.' expressa est, eamque reciperem, modo scirem probe, quid sit illud ξυμφέρον, quod omnibus ulceribus sit commune; in re dubia intactam relinquo vulgatam asterisco notatam. — Dein δέ post δι' ὧν om. U.; — tum pro διαλυθήσεται Littr. dedit διελεύσεται, quod quid significare debeat, minime intelligo. Me iudice non est vitiosum διαλυθήσεται. sed puto aliquid excidisse post προσηκόντως v. c. θεραπευθήσεται, ἐπουλωθήσεται. vel eiusmodi quid aliud; unde fieri credo ut διαλυθήσεται vitiosum videatur Littréo. Itaque lacunam notavi. Vulgo εἴρηται σημεῖα. sed σημεῖα omm. Corn., Zuing., Littr.

12. περὶ — τοιαύτην.] ἡ χρῆσις κατὰ τοῦ νοσεύματος ἀκριβής omnes, sed κατὰ τοῦ νοσεύματος est scholion e seqq. ductum et olim margini adscriptum, quod deleo; — καὶ τῷ ἕλκεϊ vulg., sed cum Littréo καί reiiciendum existimo; — ἁρμόζον vulgo, ἁρμόζειν de meo; — ἐστὶν ἔντεχνος C., Littr., vulgo ἐστιν abest eoque facile careo hoc loco; — φλάσσειν pro φυλάσσειν Cornarium legere adnotant, quo tamen non utemur.

13. περὶ — ἐστί.] παραλέλειπται δὲ τὰ τοιαῦτα vulgo, ubi δέ pro δή poni vult Littr.; — equidem librariorum foetum δὲ τὰ τοιαῦτα reiicio; — ἐπί C. U., Zuing. in marg. pro ἐπεί; — πλείω C. U.; — κατ' ἰητρικήν vulgo, κατ' ἰητρεῖον Zuing. in marg., quae emendatio sine dubio recipienda; — πόρρω τοῦ cett., inverti vocabulorum ordinem de coniectura.

14. ἐχόμενον — βελέων.] καὶ κατά vulgo, ἡ κατά de meo; — στρατείης et mox στρατεῖαι Lind.

ἐν τοῖσι — γίγνεσθαι.] πόλιν Mack.; mihi πτόλιν ab auctore datum videtur; eiusmodi scriptores formas poëticas

κατὰ πτόλιν διατριβῇσι βραχεῖά τίς ἐστι τούτων ἡ χρῆσις· ὀλιγάκις γὰρ ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ γίγνονται πολιτικαὶ στρατιαὶ καὶ πολεμικαί· ξυμβαίνει δὲ τὰ τοιαῦτα πλειστάκις καὶ ξυνεχέστατα περὶ τὰς ξενικὰς στρατιὰς γίγνεσθαι. Τὸν μὲν οὖν μέλλοντα χειρουργεῖν στρατεύεσθαι δεῖ καὶ παρηκολουθηκέναι στρατεύμασι ξενικοῖς· οὕτω γὰρ ἂν εἴη γεγυμνασμένος πρὸς ταύτην τὴν χρείαν. Ὃ δὲ εἶναι δοκεῖ περὶ ταῦτα τεχνικώτερον, εἴρηται· τῶν γὰρ ὅπλων ἐνόντων καὶ σημεῖα πεπορίσθαι τέχνης ἐστὶ πλεῖστον μέρος καὶ τῆς πρὸς ταῦτα χειρουργίης· τούτου γὰρ ὑπάρξαντος, οὐκ ἂν παραλείποιτο τρωματίας ἀγνοηθεὶς ὅταν χειρουργέηται μὴ προσηκόντως· μόνος δ' ἂν ὁ τῶν σημείων ἔμπειρος εἰκότως ἐπιχειροίη. Περὶ δὲ τούτων ἁπάντων ἐν ἑτέροις γεγραμμένον ἐστί.

merciis parvus usus exsistit. Quandoquidem civiles et hostiles expeditiones rarae fere sunt, quae saepissime assidueque circa externa bella accidere solent. Is igitur, qui hanc manus operam exercere volet, ut externos exercitus sequatur oportet. Hac enim ratione ad eam exercitationem usum sibi comparabit. At de his quod maxime ad artem pertinere mihi videtur dictum est. Artis et eius, quae huc spectat, manus operae non minimum munus est tela in corpus subeuntia certis notis deprehendere. Ex quo efficitur, ut ignorari non possit, quando is, qui vulnus acceperit, minime convenientem manus operam expertus fuerit. Qui autem signorum cognitionem habuerit, is solus rite ad curationem aggredietur. Ac de his omnibus in aliis libris scriptum est.

frequentant subinde et certum est plures formas antiquas Ionicas et Epicas ex hoc libello evanuisse. — Cod. C. γενικὰς pro ξενικάς.

ὁ δὲ — ἐπιχειροίη.] εἰρῆσθαι vulg., εἴρηται de meo, εἰρήσεται Littr.; — παραλίποιτο cett.; — χειρουργέηται exempll. Regia Foësii, χειρουργῆται vulg. —

ΠΕΡΙ ΕΥΣΧΗΜΟΣΥΝΗΣ.
ΠΑΡΑΓΓΕΛΙΑΙ.

ΤΑ ΔΥΟ ΤΑΥΤΑ ΒΙΒΛΙΔΙΑ ΥΠΟ ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΤΙΝΟΣ ΕΣΤΙ ΣΥΓΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑ.

DE DECENTI HABITU.
PRAECEPTIONES.

HI DUO LIBELLI A SOPHISTA NESCIO QUO SUNT CONSCRIPTI.

ΠΕΡΙ ΕΥΣΧΗΜΟΣΥΝΗΣ.

τῇ κάτω κοῖλαι καὶ μούνοισι τῶν ὀστέων αὗται τὴν τροφὴν παρέχουσι· τὰ δὲ ὀστέα τοιαύτην αὔξησιν, ὁποῖά περ ἐστι, καὶ τὰ ἄλλα δὲ πάντα τοιαύτην ἀποδίδωσι αὔξησιν, ὁποῖα αὐτά ἐστι· καὶ γὰρ αἱ φλέβες αἱ ἐκ τῆς νηδύος καὶ τῶν ἐντέρων, εἰς ἃ ξυλλέγεται τὰ σιτία καὶ τὰ ποτὰ, ἐπειδὰν θερμανθῇ ταῦτα, ἕλκουσι τὸ λεπτότατον καὶ τὸ ὑγρότατον· τὸ δὲ παχύτατον αὐτοῦ καταλείπεται, καὶ γίγνεται κόπρος ἐν τοῖσι ἐντέροισι τοῖσι κάτω· τὸ δὲ λεπτότατον αἱ φλέβες ἕλκουσι ἐκ τῆς νηδύος καὶ τῶν ἐντέρων τῶν ἄνωθεν τῆς νήστιος, θερμαινομένων τῶν σιτίων· ἐπὴν δὲ περήσῃ τὴν νῆστιν, ἐς τὰ κάτω ἔντερα ξυνεστράφη, καὶ κόπρος ἐγένετο· ἡ δὲ τροφὴ ἐπειδὰν ἀφίκηται ἐς ἕκαστον, τοιαύτην ἀπέδωκε τὴν ἰδέην ἑκάστου ὁκοῖά περ ἦν· ἀρδόμενα γὰρ ὑπὸ τῆς τροφῆς αὔξεται ἕκαστα, τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν καὶ τὸ κολλῶδες καὶ τὸ λιπαρὸν καὶ τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρὸν καὶ τὰ ὀστέα καὶ τὰ ἄλλα ξύμπαντα, ὁκόσα ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἔνι. Διὰ τοῦτο ὕστερον οἱ ὀδόντες φύονται· εἴρηται δέ μοι καὶ πρότερον ὅτι μοῦναι τῶν ὀστέων αἱ γνάθοι φλέβας ἔχουσι αὐταὶ ἐν ἑωυτῇσι· καὶ διὰ τοῦτο τροφὴ ἕλκεται πλέον ἢ ἐς τὰ ἄλλα ὀστέα. Καὶ πλέονα τὴν τροφὴν ἔχοντα καὶ ἀθροωτέρην τὴν ἐπιρροὴν, ἀποτίκτει αὔξησιν αὐτὰ ἀφ' ἑωυτῶν τοιαύτην οἷά πέρ ἐστι αὐτὰ, ἕως ἄν περ καὶ ὤνθρωπος ὅλος αὐξάνηται. Αὐξάνεται δὲ ἐπὴν γένηται ἐπίδηλος· ἐπίδηλος δὲ μάλιστα γίγνεται ἀπὸ ἑπταετέος μέχρι τεσσαρεσκαιδεκαετέος, καὶ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ οἵ τε μέγιστοι τῶν ὀδόντων φύονται καὶ οἱ ἄλλοι πάντες, ἐπὴν ἐκπέσωσι οἳ ἐγένοντο ἀπὸ τῆς τροφῆς τῆς ἐν τῇ μήτρῃ. Αὐξάνεται δὲ καὶ ἐς τὴν τρίτην ἑβδομάδα, ἐν ᾗ νεηνίσκος γίγνεται, μέχρι τεσσάρων ἢ πέντε ἑβδομάδων· καὶ ἐν τῇ τετάρτῃ δὲ ἑβδομάδι ὀδόντες φύονται δύο τοῖσι

venae sunt cavae, quae solis ex ossibus his alimentum praebent. Ossa autem qualia quidem sunt, tale dant incrementum, ut et reliqua omnia tale exhibent incrementum, qualia ipsa exsistunt. Venae enim, quae per ventrem et intestinum feruntur, in quibus cibi et potus coacervantur, ubi hi incaluerint, id quod est tenuissimum et humidissimum attrahunt, crassissimum autem isthic relictum in inferioribus intestinis in stercus abit. Tenuissimum, inquam, venae trahunt ex ventre et intestinis, quae supra ieiunum sunt, ubi cibi incaluerint. Qui superato ieiuno in inferiora intestina collecti in stercus abeunt. At postquam alimentum eo pervenerit, unumquodque eam quam habuerat formam cuique reddit. Irrigata namque alimento singula incrementum accipiunt, calidum, frigidum, glutinosum, pingue, dulce, amarum et ossa et reliqua omnia, quae in homine insunt. Hac de causa posterius dentes producuntur. Dictum autem a me etiam est antea maxillas solas inter ossa venas in sese habere, ut proinde copiosius ad eas alimentum quam ad reliqua ossa trahatur. Et quia copiosius habent alimentum et uberiorem affluxum, eae tale ex se incrementum pariunt, quales sane ipsae exsistunt, quamdiu totus etiam homo augetur. Increscit autem ubi praecipue adolescere cernitur, quod praecipue a septenario ad decimum quartum annum apparet. Quo tempore tum maximi, tum ceteri omnes dentes producuntur, postquam exciderint qui ab alimento ex utero orti sunt. Increscit autem et ad tertium annorum septenarium, in quo adolescens evadit, ad quartum usque quintumve septenarium. Quin etiam hominibus plerisque quarto septenario duo dentes enascuntur, qui *dentes sapientiae* vocantur.

reieci; — *καὶ τῶν ἐντέρων* L., Corn., Zuing. in marg., alii et Littr., *καὶ* om. vulg.; — *κατασήπεται* Corn. pro *καταλείπεται* otiose; — *ἄνωθεν* [*μᾶλλον*] *τῆς ν.* Lind.; — *ἐς ἕκαστον* C., Littr., *ἐς* om. vulg.; — *ἐνῇ* vulg., *ἔνι* Littr.
καὶ — ὀστέα.] *αὗται ἐν ἑωυτοῖσι* (*ἑωυτῇσι* Lind., Mack.) vulgo; *αὗται* emendavit Littr.
αὐξάνεται — σωφρονιστῆρες.] *τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι* vulg., quod tamen interpretes non fefellit; cum Lind., Mack., Littréo sequor L.; — *τῆς* ante *τροφῆς* om. C. — De meo in postrema periodo *τεσσάρων ἢ πέντε* scripsi pro *τεσσάρων καὶ πέντε*.

πολλοῖσι τῶν ἀνθρώπων· οὗτοι καλέονται σωφρονιστῆρες.

ιδ'. Αἱ δὲ τρίχες φύονται ὧδε· ὀστέα εἰσὶ καὶ ἐγκέφαλος, ἀφ' ὧν ἡ τοιαύτη αὔξησις, ὅτι τὸ πέριξ κολλῶδες, ὅκως περ τοῖσι νεύροισι, καὶ τοῦ λιπαροῦ οὐκ ἔνεστι· εἰ γὰρ ἐνῆν τοῦ λιπαροῦ, ἐξεκαίετο ἂν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ. Τάχα δὲ θαυμάσειε ἄν τις ὅτι καὶ ἐν τῇσι μασχάλῃσι καὶ ἐν τῷ ἐπισείῳ τρίχες πολλαὶ καὶ ἐν τῷ σώματι παντί· ὡυτὸς δὲ λόγος περὶ τούτου· ὅπου τυγχάνει τοῦ σώματος τὸ κολλῶδες ὄν, ἐνταῦθα αἱ τρίχες γίγνονται ὑπὸ τοῦ θερμοῦ.

ιε'. Ἀκούει δὲ διὰ τόδε· τὰ τρήματα τῶν οὐάτων προσήκει πρὸς ὀστέον σκληρόν τε καὶ ξηρὸν, ὁμοῖον λίθῳ· τοῦτο δὲ, πέφυκε πρὸς τὸ ὀστέον κοίλωσις σηραγγώδης· οἱ δὲ ψόφοι ἀπερείδονται πρὸς τὸ σκληρὸν· τὸ δὲ ὀστέον τὸ κοῖλον ἐπηχεῖ διὰ τοῦ σκληροῦ· τὸ δὲ δέρμα τὸ πρὸς τῇ ἀκοῇ πρὸς τῷ ὀστέῳ τῷ σκληρῷ λεπτόν ἐστι ὥσπερ ἀράχνιον, ξηρότερον τοῦ ἄλλου δέρματος. Τεκμήρια δὲ πολλὰ ὅτι τὸ ξηρότατον ἠχεῖ μάλιστα· ὅταν δὲ μέγιστον ἠχήσῃ, τότε μάλιστα ἀκούομεν. Καὶ εἰσί τινες οἳ ἔλεξαν φύσιν ξυγγράφοντες ὅτι ὁ ἐγκέφαλός ἐστι ὁ ἠχέων· τοῦτο δὲ οὐκ ἂν γένηται· αὐτός τε γὰρ ὁ ἐγκέφαλος ὑγρός ἐστι, καὶ μῆνιγξ περὶ αὐτόν ἐστι ὑγρὴ καὶ παχεῖα καὶ περὶ τὴν μήνιγγα ὀστέα· οὐδὲν οὖν τῶν ὑγρῶν ἠχεῖ, ἀλλὰ τὰ ξηρά· τὰ δὲ ἠχέοντα ἀκοὴν ποιεῖ.

ιϛ'. Ὀσφραίνεται δ' ὁ ἐγκέφαλος ὑγρὸς ἐὼν αὐτὸς τῶν ξηρῶν, ἕλκων τὴν ὀδμὴν ξὺν τῷ ἠέρι διὰ τῶν βρογχίων ξηρῶν ἐόντων· προήκει γὰρ ὁ ἐγκέφαλος τῆς ῥινὸς ἐς τὰ κοῖλα καὶ ταύτῃ αὐτῷ οὐκ ἔστι ἐπίπροσθεν

14. Capilli autem ad hunc modum orinntur: ab ossibus et cerebro eiusmodi incrementum provenit, quia circumcirca glutinosum adest, quemadmodum in nervis, et pinguedinis nihil inest. Si quid enim pinguis inesset, a calido exustum esset. Ac fortasse miretur aliquis etiam in axillis et pube et reliquo corpore pilos multos succrescere. At huius rei eadem est ratio: ubicumque in corpore glutinosum exsistit, ibi pili a calore gignuntur.

15. Hanc vero ob causam auditio fit. Aurium foramina ad os durum et siccum lapidi simile perveniunt, cui cavitas fistulosa addita est. Soni autem in durum impingunt et os cavum per ipsum durum resonat. Pellicula vero in ipso meatu auditorio iuxta os durum tenuis est ad instar telae aranei prae reliquis pelluoidis siccior. Quod autem siccissimum est, id ad sonum concipiendum maxime facere, multis argumentis comprobari potest. Cum ergo plurimum resonat, tum maxime audimus. Etsi nonnulli naturae historiam scriptis mandantes cerebrum ipsum sonum facere dixerunt, quod tamen nullo modo fieri potest. Cerebrum enim ipsum humidum est et ipsum ambiens membrana humida et crassa eamque ossa circumdant. Atqui nullum humidum sonum facit, sed quae sicca sunt. Quae vero resonant auditionem faciunt.

16. At vero cerebrum odoratur arida cum humidum ipsum sit; odorem cum aëre per corpora cartilaginea, quae sicca sunt, attrahens. Cerebrum enim ad nasi cava protenditur, qua parte nullum os ei obtenditur, sed mollis car-

14. *αἱ δὲ τρίχες — θερμοῦ.*] Ceteri ὅτι τοῦ πέριξ κολλώδεος, quod ineptum, quare correxi. Ceteri ἐκ τοῦ θερμοῦ, quod non fero, ὑπό repono.

τάχα — θερμοῦ.] εἰσίν οἷσιν (οἷσιν om. Ald.) οὗτος λόγος vulgo: Littr. εἰσιν· ὡυτὸς λόγος. Equidem εἰσι repudio et δέ post ὡυτός infero.

15. *ἀκούει — δέρματος.*] πρὸς ὀστέον ceteri, ubi de meo τό dedi, πρὸς ὀστέου Ald.; — πρὸς σκληρόν Lind.; — τὸ δὲ δέρμα E., Littr., vulgo δέ om. — Ceteri ξηρότατον τοῦ ἄλλου δέρματος, sed ante ξηρότατον addunt καί Lind., Mack., quo opus non est, sed ξηρότερον scripsit auctor h. l.; superlativus paulo post sequenti originem debet.

τεκμήρια — ἀκούομεν.] τό ante ξηρότατον de meo; — ἠχήσητο μάλιστα ἀκούωμεν vulgo: emendationem loci e Kühniana recepit Littr.

καὶ εἰσί τινες — ποιεῖ.] ἀλλὰ τὰ ξηρά de meo; ceteri τά omm.

16. *ὀσφραίνεται — ὀστέου.*] δέ plene Mack.; — τῶν ξηρῶν αὐτός Ald., C.; — ξηρῶν ἐόντων om. Corn.; at non alienum est a rerum nexu; minus facile dixeris quid βρόγχια dicat propter imperfectam organi olfactus descriptionem: credo potius eum conchas ita appellare quam laminam superio-

ὀστέον οὐδὲν, ἀλλὰ χόνδριον μαλακὸν ὅκως περ σπόγγος, οὔτε κρέας οὔτε ὀστέον. Καὶ ὅταν μὲν ξηρὰ ᾖ τὰ κοῖλα τῆς ῥινὸς, ὀσμᾶσθαι τῶν ξηροτέρων αὐτὸς ἑωυτοῦ ἀκριβέστερός ἐστι· ὕδατος γὰρ οὐκ ὀδμᾶται· ὑγρότερον γάρ ἐστι τοῦ ἐγκεφάλου, ἐὰν μὴ σαπῇ· σηπόμενον γὰρ τὸ ὕδωρ παχύτερον γίγνεται καὶ τὰ ἄλλα πάντα· ὁκόταν δὲ ὑγρανθέωσι αἱ ῥῖνες, οὐ δύναται ὀσφραίνεσθαι· οὐ γὰρ τὸν ἠέρα ἕλκει αὐτὸς πρὸς ἑωυτόν. Ταύτῃ δὲ καὶ ὅταν ἀποτήκῃ ὁ ἐγκέφαλος πλεῖστον αὐτὸς ἀφ' ἑωυτοῦ ἐς τὴν ὑπερῴην καὶ τὴν φάρυγγα καὶ τὸν πνεύμονα καὶ ἐς τὴν ἄλλην κοιλίην, γιγνώσκουσι οἱ ἄνθρωποι καὶ φασὶ καταρρέειν ἐκ τῆς κεφαλῆς· καταρρέει δὲ καὶ ἐς τὸ ἄλλο σῶμα· καὶ ἔστι τροπὴ τοῦ θερμοῦ.

ιζ'. Ὁρῇ δὲ διὰ τοῦτο· ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου τῆς μήνιγγος φλὲψ καθήκει ἐς τὸν ὀφθαλμὸν διὰ τοῦ ὀστέου ἑκάτερον· διὰ τούτοιν τοῖν φλεβοῖν ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου διηθέεται τὸ λεπτότατον τοῦ κολλωδεστάτου· καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸ περὶ ἑωυτὸ δέρμα ποιέει τοιοῦτον οἷόν περ αὐτό ἐστι τὸ διαφανὲς τοῦ ὀφθαλμοῦ τὸ πρὸς τοῦ ἠέρος, πρὸς ὃ προσβάλλει τὰ πνεύματα, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ὥσπερ περὶ τοῦ ἄλλου δέρματος ἔλεξα. Πολλὰ δὲ ταῦτ' ἐστὶ τὰ δέρματα πρὸ τοῦ ὁρέοντος διαφανέα, ὁκοῖόν περ αὐτό ἐστι· τούτῳ γὰρ τῷ διαφανέϊ ἀνταυγέει τὸ φῶς καὶ τὰ λαμπρὰ πάντα· τούτῳ οὖν ὁρῇ τῷ ἀνταυγέοντι· ὅ τι δὲ μὴ λαμπρόν ἐστι μηδὲ ἀνταυγεῖ, τούτῳ οὐχ ὁρῇ· τὸ δὲ ἄλλο τὸ περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς λευκὸν κρέας ἐστί. Ἡ δὲ κόρη καλεομένη τοῦ ὀφθαλμοῦ μέλαινα

tilago spongiae instar, quam neque carnem, neque os appellare queas. Et cum quidem narium cava sicca fuerint, ipsum per se exquisite magis rerum siccarum odorem percipit. Neque enim aquam olfacit, cum cerebro sit humidior, nisi computruerit. Putrefacta namque aqua crassior evadit et reliqua omnia. At cum nares humidae fuerint, olfacere nequit, cum ad se cerebrum aërem non attrahat. Hoc modo etiam cum cerebrum colliquatum plurimam materiem ex se in palatum et fauces et pulmonem reliquumque ventrem detruserit, percipiunt id homines et ex capite destillare dicunt, etsi in reliquum etiam corpus destillat: est autem caloris conversio.

17. At vero eam ob causam videt: a cerebri membrana vena ad utrumque oculum per os pertinet; per quas duas venas ex glutinoso, quod est maxime tenue ex cerebro veluti per colum transmittitur; atque ideo ipsum circum se tunicam, quae aëri obversatur et ad quam venti ingruunt, talem facit, quale est ipsum oculi pellucidum, eadem plane ratione quam de reliqua cute diximus. Sunt autem multae hae tunicae, quae oculi pellucido praetenduntur, ipsique sunt similes. In hoc enim pellucido lumen et splendida cuncta lucem reflectunt. Per hoc igitur, in quo lumen reflectitur, visio fit. Quod vero minime est splendidum, neque oblucet, per illud visio non fit. Reliquum circa oculos album caro est. Pupilla autem oculi nominata nigra ob id apparet, quod in fundo sita est et tunicae eam ambientes nigrae exsi-

rem ossis ethmöïdei. Nonnulla mss. προσήκει; — tum ὀστέων C., Ald.

καὶ ὅταν — πρὸς ἑωυτόν.] τἄλλα E.; — δύνανται Foës. in not., Lind.: non recipiendum est.

ταύτῃ — θερμοῦ.] codd. ἀποτήκτη et ἀπετίκτη, emendavit Foës. In fine loci καὶ ἔστι τροπῷ, (τρόπος Zuing., τροπή C., Zuing. in marg., Lind.) τῷ θερμῷ vulg.; — καὶ ἔστι τῷ τρόπῳ θερμός Corn.; — καί ἐστι τροπὴ τῷ θερμῷ Littr.; ego malui in hac lectione genitivum τοῦ θερμοῦ scribere.

17. ὁρῇ — ἔλεξα.] ἑκατέρου Calv.; — ταύταιν ταῖν φλ. ceteri; dualis formam solitam, quam supra etiam legimus, de meo dedi. Tum αὐτὸ περὶ αὐτὸ (αὐτόν Corn., Lind., Mack., Littr.) (περὶ αὐτό omm. codd. nonnulli, quos memorat Foës.) δέρμα vulg. Equidem in περὶ αὐτό non περὶ αὐτόν i. e. περὶ τὸν ὀφθαλμόν latere puto, sed περὶ ἑωυτό i. e. περὶ τὸ λεπτότατον τοῦ κολλωδεστάτου; — οἷον περ (περ om. Mack.) περὶ (περί om. Zuing. in marg. Littr.) αὐτό vulg.: — τῷ πρὸς τοῦ ἠέρος C.

πολλὰ — κρέας ἐστί.] διαφανέος vulg., διαφανέως P.', διαφανέα C., Ald.; — αὐτῷ pro αὐτό C.; — ἀνταυγῇ vulg., emendavit Foës. Fuit, qui pro κρέας coniiciebat κέρας: non credo κρέας tangendum esse.

ἡ δὲ κόρη — διαφανές.] μέλαινα cum L., Mack. lego, μέλαν vulg.; — περὶ αὐτήν L., περὶ αὐτό vulg. Post μέ-

φαίνεται διὰ τοῦτο, ὅτι ἐν βάθεϊ ἐστὶ καὶ χιτῶνες περὶ αὐτὴν εἰσὶ μέλανες· ἔστι δὲ οὐ μέλαν ὄψι, ἀλλὰ λευκὸν διαφανές. Τὸ δὲ ὑγρὸν κολλῶδες· πολλάκις γὰρ ὀπώπαμεν ἐπὶ ξυρραγέντος ὀφθαλμοῦ ἐξιὸν ὑγρὸν κολλῶδες· κὴν μὲν ᾖ ἔτι θερμὸν, ὑγρόν ἐστι· ἐπειδὰν δὲ ψυχθῇ, ἐγένετο ξηρὸν ὥσπερ λιβανωτὸς διαφανὴς, καὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν θηρίων ὁμοῖόν ἐστι. Τὸν δὲ ὀφθαλμὸν ἀνιᾷ πᾶν ὅ τι ἂν ἐμπέσῃ καὶ τὰ πνεύματα προσβάλλοντα καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα λαμπρότερα ἢ κατ' αὐτόν ἐστι, καὶ εἴ τις ἐγχρίσει, διὰ τόδε, ὅτι ὁμόχροια ἔνυγρός ἐστι, ὥσπερ τὸ στόμα καὶ ἡ γλῶσσα καὶ ἡ ἄλλη κοιλίη ἔνυγρά ἐστι.

ιη'. Διαλέγεται δὲ διὰ τὸ πνεῦμα ἕλκων ἔσω ἐς πᾶν τὸ σῶμα, τὸ πλεῖστον δὲ ἐς τὰ κοῖλα αὐτὸς ἑωυτῷ· αὐτὸ δὲ θύραζε ὠθεόμενον διὰ τὸ κενὸν ψόφον ποιέει· ἡ κεφαλὴ γὰρ ἐπηχεῖ. Ἡ δὲ γλῶσσα ἀρθροῖ προσβάλλουσα ἐν τῷ φάρυγγι ἀποφράσσουσα καὶ προσβάλλουσα πρὸς τὴν ὑπερῴην καὶ πρὸς τοὺς ὀδόντας ποιέει σαφηνίζειν· εἰ δὲ μὴ ἡ γλῶσσα ἀρθροῖ προσβάλλουσα ἑκάστοτε, οὐκ ἂν σαφέως διαλέγοιτο ἀλλ' ἢ ἕκαστα φύσι τὰ μονόφωνα. Τεκμήριον δέ ἐστι τούτῳ οἱ κωφοὶ οἱ ἐκ γενετῆς· οὐ γὰρ ἐπίστανται διαλέγεσθαι, ἀλλὰ τὰ μονόφωνα μοῦνον φωνέουσι· οὐδ' εἴ τις τὸ πνεῦμα ἐκπνεύσας πειρῷτο διαλέγεσθαι. Δῆλον δὲ τόδε· οἱ ἄνθρωποι ὁκόταν βούλωνται μέγα φωνῆσαι, ἕλκοντες τὸ πνεῦμα τὸ ἔξω ὠθέουσι θύραζε καὶ φθέγγονται μέγα ἕως ἂν ἀντέχῃ τὸ πνεῦμα, ἔπειτα δὲ καταμαραίνεται τὸ φθέγμα· καὶ οἱ κιθαρῳδοὶ, ὁκόταν δέῃ αὐτοὺς μακροφωνέειν, ἐπ' ἄκρον ἑλκύσαντες τὸ πνεῦμα ἔσω πουλὺ ἐκτείνουσι τὴν ἐκφορὰν καὶ

stunt. Est autem ad conspectum non nigrum quid, sed album, pellucidum. Humidum vero glutinosum est: saepe enim conspeximus oculo disrupto prodiisse humorem glutinosum, qui quamdiu calidus est, liquidus exsistit, ubi vero perfrixit, siccus evadit ad instar thuris transparens. Quod in hominibus et feris ad eundem modum se habet. At oculo infestum est quidquid in eum incursat et venti et reliqua, quae plus splendent quam pro eius natura, et si quis fricet; idque hac de causa, quod superficies est humida, quemadmodum os et lingua et reliquus venter humida exsistunt.

18. Sermonis autem in homine causa est, quod ad totum corpus spiritum trahit, plurimum vero ad suas quisque cavitates. Is vero per inane foras pulsus strepitum facit; caput enim resonat. Lingua vero in faucibus interseptum suo appulsu format et ad palatum et dentes impingens clarum reddit; quod nisi lingua suo semper appulsu formaret, non distincte homo loqueretur, sed natura sua propria sibi sona per se emitteret. Cuius rei indicio sunt muti a primo ortu: hi enim distincte loqui nequeunt, sed sona singula per se tantum edunt. Neque vero si quis spiritu foras emisso loqui conetur, id facere queat, quod hinc constat: qui magnam volunt vocem edere, ii attractum externum spiritum foras propellunt et quamdiu perdurat spiritus, magnam vocem fundunt, quae postea deficit. Quin etiam citharoedi, si longe protractum sonum edere oporteat, spiritum intro summopere attrahunt et plurimum emittunt ac vociferantur vocemque, quamdiu spiritus suffecerit, magnam edunt; ubi vero spiritus defe-

λανες delevi scholion: χιτῶνα δὲ καλέομεν τὸ ἐνεὸν ὥσπερ δέρμα. — porro μέλαιναν ὄψει Mack.

τὸ δὲ ὑγρὸν — ὁμοῖόν ἐστι.] ἔστι δὲ ὑγρόν Lind.

τὸν δὲ ὀφθαλμὸν — ἔνυγρά ἐστι.] καὶ ἢν (εἰ C.) τις ἐν κρίσει (ἐγκρίσει pro ἐν κρίσει Lind., ἐκκρίσει codd. apud Foës. in not., Mack., ἐρωτήσῃ legisse videtur Corn.; ἐρωτήσει Zuing. in marg.) διὰ τόδε, ὅτι ὁμόχροια (addit ἔνυγρος Lind.) ἐστιν ὥσπερ; Littréus recepit ἔνυγρος Lindani et ἐγχρίσει recte scripsit; hunc sequor.

18. διαλέγεται — ἐπηχεῖ.] δὲ καί C.; — ἕλκον Zuing., ἕλκειν Zuing. in marg., Lind., Mack.; — εἴσω πᾶν vulgo, ἔσω ἐς πᾶν Littr. recte de suo.

ἡ δὲ γλῶσσα — μονόφωνα.] ἐν [τε] τῷ Lind., Mack.; — λάρυγγι Mack.

τεκμήριον — διαλέγεσθαι.] οὐ γὰρ ἐπίστανται cum Lind. dedi; οὐκ ἐπίστανται vulgo.

δῆλον δὲ — φθεγγόμεναι.] ὡς ἀντέχῃ vulgo, quod in ὡς ἀντηχῇ mutant, sicuti infra ἀντηχῶσι pro ἀντέχωσι

φωνοῦσι καὶ φθέγγονται μέγα ἕως ἂν ἀντέχωσι τῷ πνεύματι, ἐπὴν δὲ τὸ πνεῦμα ἐπιλίπῃ, καταπαύονται· τούτοισι δῆλον ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ φθεγγόμενον. Εἶδον δὲ ἤδη οἳ σφάξαντες ἑωυτοὺς ἀπέταμον τὴν φάρυγγα παντάπασι· οὗτοι ζῶσι μὲν, φθέγγονται δὲ οὐδὲν, ἢν μήτις ξυλλάβῃ τὸν φάρυγγα, οὕτω δὲ φθέγγονται· δῆλον δὲ καὶ τούτῳ, ὅτι τὸ πνεῦμα οὐ δύναται διατετμημένου τοῦ φάρυγγος ἕλκειν ἔσω ἐς τὰ κοῖλα, ἀλλὰ κατὰ τὸ διατετμημένον ἐκπνέει. Οὕτως ἔχει περὶ φωνῆς ἴσως καὶ διαλέξιος.

(ΠΕΡΙ ΑΙΩΝΟΣ.)

ιθ'. Ὁ δὲ αἰών ἐστι τοῦ ἀνθρώπου ἑπταήμερος. Πρῶτον μὲν ἐπὴν ἐς τὰς μήτρας ἔλθῃ ὁ γόνος, ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσι ἔχει ὁκόσα περ ἔστι ἔχειν τοῦ σώματος· τοῦτο δέ τις ἂν θαυμάσειε ὅκως ἐγὼ οἶδα· πολλὰ δὲ εἶδον τρόπῳ τοιῷδε· αἱ ἑταῖραι αἱ δημόσιαι, αἵ τινες τούτων πεπείρηνται πολλάκις, ὁκόταν παρὰ ἄνδρα ἔλθωσι, γιγνώσκουσι ὁκόταν λάβωσιν ἐν γαστρί· κἄπειτ' ἐνδιαφθείρουσι· ἐπειδὰν δὲ ἤδη διαφθαρῇ, ἐκπίπτει ὥσπερ σάρξ· ταύτην τὴν σάρκα ἐς ὕδωρ ἐμβαλὼν σκεπτόμενος ἐν τῷ ὕδατι εὑρήσεις ἔχειν πάντα τὰ μέλεα καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὰς χώρας, καὶ τὰ οὔατα, καὶ τὰ γυῖα· καὶ τῶν χειρῶν οἱ δάκτυλοι, καὶ τὰ σκέλεα καὶ οἱ πόδες καὶ οἱ δάκτυλοι τῶν ποδῶν καὶ τὸ αἰδοῖον καὶ τὸ ἄλλο πᾶν σῶμα δῆλον. Εὔδηλον δὲ καὶ ὅταν λάβῃ ἐς γαστέρα, τῇσι ἐπισταμένῃσι· αὐτίκα γὰρ ἔφριξε καὶ θέρμη καὶ βρυγμὸς

cerit, desinunt. Ex quibus manifestum est, spiritum vocem edere. Vidi praeterea quosdam, qui cum se ipsi iugulassent, guttur in totum sibi praesecuerant. Atque hi vivunt quidem, verum nullam vocem emittunt, nisi quis guttur constringat, ac tum demum ii vocem edunt. Hinc etiam constat quod praesecto summo gutture spiritus in cava interna attrahi nequit, sed per praesectam partem foras effertur. Ita sane de voce ac sermone res se habere videtur.

(DE AETATE.)

19. Hominum autem vita septem dierum numero circumscribitur. Ac primum quidem ubi genitura ad uterum pervenerit, habet intra septem dies quaecumque ex corpore habere possit. Id vero quomodo noverim fortasse quis mirabitur, verum multa ad hunc modum vidi: meretrices publicae, quae in se ipsae saepe id expertae sunt, ubi cum viro congressae sunt, noscunt quando conceperint vixque conceptum intra se perdunt. Quo postea iam perdito veluti caro excidit. Eam in aquam coniectam si accuratius inspexeris, membra omnia habere deprehendas et oculorum regiones et aures et brachia. Quin et manuum digiti et crura et pedes et pedum digiti et pudendum et reliquum totum corpus in conspicuo est. Liquido autem constat harum rerum peritis, quando conceperint: statim enim inhorrescit et incalescit et dentibus stridet et convulsio prehendit et totum

scribunt Lind, Littr., Calvum secuti. Falluntur: Foës. in Latinis recte expressit quod revocavi ἕως ἂν ἀντέχῃ, alter locus in vulgata recte se habet, nisi quod ὡς in ἕως ἂν est mutandum.

εἶδον δὲ — ἐκπνέει.] λάρυγγα Zuing., Mack. et iterum λάρυγγα C., Mack.; — δῆλον δὲ καὶ τοῦτο vulg., in quibus τούτῳ Littr.; — λάρυγγος codd. omnes, ubi, uti locis illis antecedentibus, φάρυγγος scripsi, quod Littr. etiam probat, licet non receperit.

19. ὁ δὲ αἰὼν — ἑπταήμερος.] Hoc caput a nonnullis separatim est editum, sub titulo περὶ αἰῶνος τοῦ ἀνθρώπου. Vid. prolegomena.

πρῶτον μὲν — σῶμα δῆλον.] ἐς τὰς ἡμέρας ἔλθῃ Ald., Zuing. in marg., ἐς τὰς ὑστέρας ἔλθῃ C.; — εὑρήσεις ἔχον C., εὑρήσεις ἔχειν vulg.; — πάντα μέλεα cett., τά de meo interposui. — Sed moneo de re, quam ceteroquin silens praeterire soleo, i. e.: omnes αἵ τινες αὐτέων πεπείρηνται: dedi τούτων, quia αὐτέων esset τῶν ἑταιρῶν, quod noster non voluit; αὐτῶν vero non congruit, sed τούτων, quare hoc dedi.

εὔδηλον — ἐπίσταμαι.] In τῇσι ἐπισταμένῃσι nota transitum a sing. num. ad pluralem et reditum postea ad singularem; credo auctorem ita revera scripsisse. Post αὐτίκα de meo γάρ interposui, quod periisse videbatur. Ceteri καὶ τὸ ἄρθρον καὶ τὸ σῶμα πᾶν, in quibus Corn. τὸ ἄρθρον reddit, quasi τὰ ἄρθρα legisset: Foës. in Oecon. τὸ ἄρθρον intelligit de articulo femoris capitis in acetabulo, quod tamen qua auctoritate faciat, non constat. Equidem perineptum indico illud τὸ ἄρθρον, quin ne plurali quidem numero τὰ ἄρθρα melius congruet: me iudice repudiandum est; fortasse calami lapsu

καὶ σπασμὸς ἔχει, καὶ τὸ σῶμα πᾶν καὶ τὴν ὑστέρην ὄκνος· καὶ ὁκόσαι καθαραί εἰσι, τοῦτο πάσχουσι· ὁκόσαι δὲ παχεῖαι καὶ βλεννώδεις, οὐ γιγνώσκουσι αἱ πολλαί· ἣ δέ μοι ἔδειξαν εἰδέναι, κατὰ τοῦτο δὴ καὶ ἐπίσταμαι. Δῆλον δὲ καὶ τῷδε, ὅτι ἑπτήμερος ὁ αἰὼν, εἴ τις ἐθέλοι ἑπτὰ ἡμέρας φαγέειν ἢ πιέειν μηδὲν, οἱ μὲν πολλοὶ ἀποθνήσκουσι ἐν αὐτῇσι· εἰσὶ δέ τινες καὶ οἳ ὑπερβάλλουσι, ἀποθνήσκουσι δ' ὅμως· εἰσὶ δέ τινες οἳ καὶ ἐπείσθησαν ὥστε μὴ ἀποκαρτερῆσαι, ἀλλὰ φαγέειν τε καὶ πιέειν· ἀλλ' ἡ κοιλίη οὐκέτι καταδέχεται· ἡ γὰρ νῆστις ξυνεφύη ἐν ταύτῃσι τῇσι ἡμέρῃσι· ἀλλὰ θνήσκουσι καὶ οὗτοι. Ἔστι δὲ καὶ τῷδε τεκμήρασθαι· τὸ παιδίον ἑπτάμηνον γενόμενον λόγῳ γεγένηται καὶ ζῇ καὶ λόγον ἔχει τοιοῦτον καὶ ἀριθμὸν ἀτρεκέα ἐς τὰς ἑβδομάδας· ὀκτάμηνον δὲ γενόμενον, οὐδὲν βιοῖ πώποτε· ἐννέα δὲ μηνῶν καὶ δέκα ἡμερέων γόνος γίγνεται καὶ ζῇ, καὶ ἔχει τὸν ἀριθμὸν ἀτρεκέα ἐς τὰς ἑβδομάδας· τέσσαρες δεκάδες ἑβδομάδων ἡμέραι εἰσὶ διηκόσιαι ὀγδοήκοντα· ἐς δὲ τὴν δεκάδα τῶν ἑβδομάδων ἑβδομήκοντα ἡμέραι. Ἔχει δὲ καὶ τὸ ἑπτάμηνον γενόμενον τρεῖς δεκάδας ἑβδομάδων, ἐς δὲ τὴν δεκάδα ἑκάστην ἑβδομήκοντα ἡμέραι, τρεῖς δεκάδες δὲ ἑβδομάδων αἱ ξύμπασαι δέκα καὶ διηκόσιαι. Καὶ αἱ νοῦσοι οὕτω τοῖσι ἀνθρώποισι αἱ ὀξύταται γίγνονται, ἡμερέων παρελθουσέων, ἐν τῇσι ἀνακρίνονται καὶ ἀπέθανον ἢ ὑγιέες ἐγένοντο, τεσσάρων, ἡμίσεος ἑβδομάδος· καὶ δευτεραῖαι ἐν μιᾷ ἑβδομάδι· καὶ τριταῖαι ἕνδεκα ἡμέρῃσι, ἐν μιᾷ ἑβδομάδι καὶ ἡμισεῖ ἑβδομάδος· καὶ τεταρταῖαι ἐν

corpus et uterum torpor detinet. Ac hoc quidem patiuntur quae purae sunt, quaecumque vero crassae et mucosae plerumque non noverunt. Qua vero ratione se scire mihi monstraverunt, eadem item novi. Quod vero hominis vita septem dierum numero circumscribitur, hinc quoque manifestum est. Plerique quidem ex his, qui septem diebus nihil edere aut bibere volunt, in his moriuntur; quodsi quis eos auperaverit, nihilominus moriuntur. Nonnullis etiam ne per inedia a vita discederent sed ut comederent et biberent persuaserunt, verum venter non amplius admittit; ieiunum enim intestinum in his diebus coalescit; quin hi etiam moriuntur. Quin idem hinc quoque coniicere licet: puer septimo mense natus certa ratione in lucem prodiit et vitalis est, cum is rationem et numerum exacte ad hebdomadas respondentem habeat. Octavo autem mense natus nullus unquam vixit. Novem autem mensium et decem dierum foetus editur et vitalia est et numerum ad hebdomadas exacte respondentem habet. Quatuor nempe decades hebdomadum dies sunt ducenti et octaginta. Hebdomadum autem decuriam dies septuaginta constituunt. At septimo mense editus partus tres hebdomadum decurias obtinet et ad unamquamque decuriam dies concurrunt septuaginta. Tres ita hebdomadum decuriae in totum dies ducentos decem faciunt. Quin etiam morbi acutissimi ad hunc modum hominibus accidunt, volventibus diebus, in quibus iudicantur et moriuntur aut convalescunt, quatuor, seu dimidio hebdomadis. Ac secundo loco in una hebdomade. Tertio

librarii τὸ σῶμα scribere volentis natum est. Dein καθαραί εἰσι καὶ μὴ ὑγραί ex Zuing. marg. et C. dedit Littr.; equidem καὶ μὴ ὑγραί recipere nolo; — πάσχουσι ante παχεῖαι ex vulgata recte sustulisse mihi videtur Littréus. Porro οὐ γινώσκουσι τούτων τῶν γυναικῶν πολλαί vulgo: equidem τούτων τῶν γυναικῶν pro emblemate alieno repudio, sed αἱ ante πολλαί repono. Denique εἰδέναι inferri solet post ἐπίσταμαι, quo loco quid significare debeat, non intelligo; transtuli in sedem, unde eò devenisse videbatur.

δῆλον δὲ — καὶ οὗτοι.] δῆλον δὲ καί C., Littr., ceteri καί omm.; — τόδε vulg., τῷδε Littr.; — ἑπταήμερος Zuing. Mack.; — ἐθέλοι C., ἐθέλει cett.; — ἑπτ' ἡμέρας C.

ἔστι δὲ καὶ — ἡμέραι.] τόδε vulgo, τῷδε Littr.; — ἑπτάμηνον γόνον γενόμενον vulgo, quum vero γόνον non ferret Littr., γόνος γενόμενος scripsit. Mihi γόνον repudiandum est visum; docet nempe sequens ὀκτάμηνον δὲ γενόμενον. — Tum διακόσια E.; — ἑβδομήκοντα C., Ald., Zuing. in marg.

καὶ αἱ νοῦσοι — ἑβδομάδος.] αἱ ante ὀξύταται de meo, dein γίνονται ἡμερέων παρελθουσέων (addit τὸ ἥμισυ ἑβδομάδος ἢ μιᾶς Corn.) ἐν τῇσι ἀνακρίνονται καὶ ἀπέθανον ἢ ὑγιέες ἐγένοντο καὶ τριταῖοι (τριταῖαι C., Ald., Zuing.) (addit ἐν Mack.) ἕνδεκα ἡμέρῃσιν ἐν (ἢ pro ἐν Lind., Mack.) μιᾷ ἑβδομάδι καὶ ἥμισυ ἑβδομάδος καὶ τεταρταῖοι (τεταρταῖαι C. E., edd. antt., Zuing.) ἐν δυσὶν (ἕνδεκα pro ἐν δυσίν Calvus) ἑβδομάσιν· καὶ αἱ πεμπταῖαι (οἱ πεμπταῖοι Lind.) ἐν δυσὶν δέουσαι (δεούσῃσι P.', Poës. in not. Lind., Mack.) εἴκοσιν (εἰκός C.) ἡμέρῃσιν vulgo. — Locum emendavit Littr. conferens Prognostici cap. 37.; equidem de eius

δυσὶ ἑβδομάσι· καὶ πεμπταῖαι ἐν δυσὶ δεούσῃσι εἴκοσι ἡμέρῃσι, δυοῖν τε ἑβδομάδοιν καὶ ἡμίσεϊ ἑβδομάδος. Αἱ δὲ ἄλλαι νοῦσοι οὐκ ἔχουσι διάγνωσιν ἐν ὁκόσῳ ὑγιέες ἔσονται ἀποφαίνεσθαι. Οὕτω δὲ καὶ τὰ ἕλκεα τὰ μεγάλα τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ τὰ ἐν τῷ ἄλλῳ σώματι τεταρταῖα φλεγμαίνειν ἄρχεται, ἐν ἑπτὰ δὲ καθίσταται φλεγμήναντα καὶ ἐν τεσσαρεσκαίδεκα καὶ ἐν εἴκοσι δυοῖν δεούσῃσι. Ἢν δέ τις ἀνακῶς θεραπεύῃ καὶ μὴ καταστῇ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ τὰ ἐν τῇσι κεφαλῇσι μεγάλα ἕλκεα, ἀποθνήσκουσι οἱ ἄνθρωποι.

intra dies undecim, intra hebdomada unam cum dimidia. Et quarto loco intra duas hebdomadas; et quinto in duodeviginti diebus, duabus nempe hebdomadis cum dimidia. Ceteri vero morbi non certo dignoscere sinunt intra quod tempus sani futuri sint. Ad eundem autem modum ulcera quoque magna in capite et reliquo corpore quarto die inflammatione tentari incipiunt, septimo vero inflammatio sedatur aut decimoquarto aut duodevigesimo. Quodsi quis diligentem curam adhibeat, neque ulcera capitis magna hoc tempore sedentur, homines moriuntur.

Θαυμάσειε δ' ἂν τις καὶ τοῦτο ὅστις ἂν ἄπειρος ᾖ, εἰ ἑπτάμηνον γίγνεται παιδίον· ἐγὼ μὲν οὖν αὐτὸς ὄπωπα καὶ συχνά· εἰ δέ τις βούλεται καὶ τοῦτο ἐλέγξαι, ῥηΐδιον· πρὸς τὰς ἀκεστρίδας, αἳ πάρεισι τῇσι τικτούσῃσι, ἐλθὼν πυθέσθω. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλο τεκμήριον· τοὺς ὀδόντας οἱ παῖδες ἑπτὰ ἐτέων διελθόντων πληροῦσι καὶ ἐν ἑπτὰ ἔτεσι εἰσὶ δὴ λόγῳ καὶ ἀριθμῷ ἀτρεκέως δεκάδες ἑβδομάδων ἓξ καὶ τριήκοντα καὶ ἥμισυ δεκάδος, ἑβδομάδες πέντε καὶ ἑξήκοντα καὶ τριηκόσιαι. Τῆς δὲ φύσιος τὴν ἀνάγκην, διότι ἐν ἑπτὰ τούτων ἕκαστα διοικεῖται, ἐγὼ φράσω ἐν ἄλλοισι.

Ac fortasse quis harum rerum imperitus mirabitur foetum septimo mense nasci, at id quidem ipse saepius vidi. Quodsi quis volet, id facile deprehendet, obstetrices, quae parturientibus praesunt, adeundo et percontando. Est vero et aliud argumentum: pueri septimo anno exacto dentes explent et in annis septem ratione et numero exacte insunt sex decades hebdomadum et triginta cum dimidio decadis; hebdomades vero trecentae et sexaginta quinque. Quare vero necessario septenariis singula illa a natura regantur alias declarabo.

lectione non deflecto, nisi quod αἱ ante πεμπταῖαι exemi. Tum vero ἥμισυ cett., ubi ego ἡμίσεος, ἡμίσεϊ de meo. Littréum advertit τῇσι pro ᾗσι in bisce, cuius rei exempla rarissima apud bos medicos; me item advertit ἀνακρίνονται pro κρίνονται, quod nusquam legere me memini. Nescio fere num talia scriptori, an librariis debeantur.

αἱ δὲ ἄλλαι — ἀποφαίνεσθαι.] οὐκ ἔχουσι διὰ γνώμην vulgo. Equidem repono οὐκ ἔχουσι διάγνωσιν.

οὕτω — δεούσῃσι.] οὕτω δὲ ἔχουσι C.; — nolui ἔχουσι recipere cum Littréo; — καὶ ἐν εἴκοσι sub finem loci interpretes veteres iam addiderunt.

ἢν δέ τις — οἱ ἄνθρωποι.] ἀνακῶς exponit Erotianus et λέξιν Doricam esse dicit.

θαυμάσειε — πυθέσθω.] αὐτὸς ὄπωπα C., Littr., αὐτὸ ὄπωπα vulg.

ἔστι — τριηκόσιαι.] ἔστι δή Lallem., ἔστι δέ vulgo; de meo εἰσὶ δή scripsi; — δεκάδες ἑβδομάδων ἑξήκοντα (ἑβδομάδες πεντήκοντα pro δεκ. ἑβδ. ἑξήκ. Zuing.) καὶ τριηκόσιαι (ἑβδομάδες πέντε καὶ τριήκοντα pro δεκ. ἑβδ. ἓξ καὶ τριηκόσιαι Mack.) vulg. — Corrupta recte restituere mihi visus est Littréus, e cuius lectione descripsi.

ΠΕΡΙ ΕΠΤΑΜΗΝΟΥ.

α'. Οἱ δὲ ἑπτάμηνοι γίγνονται ἐκ τῶν ἑκατὸν ἡμερέων καὶ ὀγδοήκοντα καὶ δύο καὶ ἡμίσεος καὶ προσεόντος μορίου· ἢν γὰρ τοῦ πρώτου [1]λογίσῃ μηνὸς πεντεκαίδεκα ἡμέρας, [2]τῶν δὲ πέντε μηνῶν ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα καὶ ἑπτὰ καὶ ἥμισυ ἡμέρης, — [3]ἐν γὰρ ἑξήκοντα μιῇς δεούσῃσι ἐγγύτατα δύο μῆνες ἐκτελεῦνται, — ἐς τὸν ἕβδομον μῆνα περιγίγνονται ἡμέραι πλέονες ἢ εἴκοσι, [4]ἐς ἥμισυ τοῦ ἐνιαυτοῦ [5]τῆς ἡμέρης μέρεος τῷ μέρεϊ προσγιγνομένου. Ὁκόταν [6]οὖν ἐς τὴν ἀρχὴν τῆς τελειώσιος ἔλθῃ, ἀδρυνομένου τοῦ ἐμβρύου καὶ τὴν ἰσχὺν πουλὺ ἐπιδιδόντος ἐν τῇ τελειώσι μᾶλλον ἢ ἐν τοῖσι ἄλλοισι χρόνοισι, οἱ ὑμένες, ἐν οἷσι τὴν ἀρχὴν ἐτράφη, ὥσπερ [7]τῶν ἀσταχύων, ὁπότε ἐξεχάλασαν πρόσθεν ἀναγκαζόμενοι ἢ τελείως ἐξαδρυνθῆναι τὸν καρπὸν, — τὰ μὲν ἰσχυρότατα καὶ ἁδρότατα τῶν ἐμβρύων [8]βιῃσάμενα καὶ διαρρήξαντα τοὺς ὑμένας ἠνάγκασε τὸν τόκον γενέσθαι.

[1] λογισάμενος πεντ. — [2] τῶν — ἡμέρης om. — [3] ἦν γὰρ. — [4] ἐς om. — [5] καὶ τῆς ἡμ. τοῦ μ. τῷ μ. ποστῷ γινομένῳ. — [6] οὖν om. — [7] καὶ τῶν. — [8] βιασάμενα.

DE SEPTIMESTRI PARTU.

1. Septimestres nascuntur diebus centum et octoginta duobus et dimidio et insuper addita quadam diei particula. Si enim primi mensis dies quindecim supputaveris, quinque vero mensium dies centum quadraginta septem et dimidium, — sexaginta namque diebus uno dempto fere duo menses constant, — ad septimum mensem supersunt dies plus quam viginti, quum ad annum dimidium pars diei parti accedat. Cum igitur ad initium perfectionis pervenerit, foetu maturescente et robore multum crescente idque magis in ipsa perfectione quam reliquis temporibus, membranas, in quibus principio enutriebantur, — non secus ac spicarum, quando coactae prius quam maturuerit fructum dimiserunt, — robustissimi et maxime pleni foetus vi illata disrumpunt et partum, ut fiat, cogunt.

1. οἱ δὲ — προσγιγνομένου.] ἑπταμήνων D. J.; — καὶ προσόντος vulg., καί omm. codd. 6. apud Littr. et Voss., sed καὶ ἡμίσεος καὶ προσόντος Corn., Mack., recte me iudice, modo computes numerum dierum; — Ionice προσεόντος se scribere e Galeno monet Littr.; — τῶν — ἡμέρης, uti V., omm. B. D., ubi rest. al. m., F. G. H. I. J. — Dein ἢ γὰρ ἑξ. vulg., sed ἐν C., Lind., Mack., Littr.; — μίῃσι C.; — δεούσης ἡμέρης vulgo, δεούσῃσι ἡμέρῃσι e libris non paucis Littréus; malui tamen ἡμέρῃσι omittere, quum nomen tam frequenter repetatur. — Ante ἐς τὸν ἕβδομον vulgo, οὕτως οὖν τούτων ἐόντων, pro quo certe οὕτως οὖν τούτων ἐχόντων scriptum fuerit, sed ἐκ τελευταίων δὲ οὖν τουτέων C.; Lind. rectissime illud οὕτως οὖν τούτων ἐχόντων s. ἐόντων omisit; emblema alienum est, misere loci structuram impediens. Dein περιγίγνονται ἡμέραι e solito loco, quo descripsi, ad finem periodi transtulit Lind. — Vulgo ἡμέραι πλεῖον ἤ, sed καὶ πλεῖον Lind., equidem πλέονες de meo dedi; — ἢ om. C. — Porro ἥμισυ (ἡμίσει C.) τοῦ ἐνιαυτοῦ καὶ τῆς ἡμέρης (τῇσι ἡμέρῃσι C.) τοῦ μέρους (τοῦ μ. om. K., μέρεος C.) τῷ μέρει (τῷ μ. om. J.) ποστῷ (ποσω L. J., πρὸς τοῦ pro ποστῷ C.) γινομένῳ (γιγνομένῳ C.); unde Littréus ἐς ἥμισυ τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς ἡμέρης μέρεος τῷ μέρει ποσοῦ γινομένου. Equidem fere eum sequor, offendit tamen simplex γιγνομένου, ita ut προσγιγνομένου partim cum mss. pro ποσοῦ γιγν. scripserim; — visne ποσοῦ προσγιγνομένου? Non adversabor.

ὁκόταν οὖν — γενέσθαι.] δεύτερον ὁκόταν ex J. adnotat Littr.; — οὖν C., Lind., Littr., οὖν om. vulg.; — ἔλθῃ om. C.; — ἀνδρυναμήνου L., ἀδρυναμένου Lind., Mack., sed ante hanc vocem delevi ταύτην, quod cett. habent, nempe inepte infertur; — ὡς pro ὥσπερ C.; — καὶ (καί om. C.) τῶν ἀστ. ὁπότ' (ὁπότε Voss., ὁπότ' omm. C., Littr.) ἐξεχάλασαν vulg.; mihi ὁπότε minime delendum videtur, de loci structura mox dicam; — ἐξανδρυνθῆναι C. J., ἐξαδρυ-

β'. Καὶ τὰ μὲν πλεῖστα τούτων ἀπόλλυνται· μικρὰ γὰρ ὄντα τῇ μεταβολῇ μέζονι χρέονται τῶν ἄλλων καὶ τὴν τεσσαρακονθήμερον κακοπάθειαν ἀναγκάζονται κακοπαθεῖν ἐξελθόντα ἐκ τῆς μήτρης, ἢ καὶ τῶν δεκαμήνων πολλὰ ἀποκτείνει. Ἔστι δὲ ἃ καὶ περιγίγνονται ἐκ πολλῶν ὀλίγα, ὅτι ὁ λόγος καὶ ὁ χρόνος, ἐς ὃν ἐτράφη ἐν τῇ μήτρῃ, κατέστησε μετέχειν πάντων ὧν περ καὶ τὰ τελεώτατα μετέχει καὶ μάλιστα περιγιγνόμενα, καὶ ἐξήλλαξε τῆς μητρὸς [1] πρόσθεν ἢ νοσῆσαι τὰ ἐν τῷ ὀγδόῳ μηνὶ νενοσευμένα· τούτοισι γὰρ τοῖσι πόνοισι ἢν ἐπιγένηται εἰς τοὐμφανὲς ἐλθεῖν τὸ παιδίον, ἀδύνατον περιγενέσθαι διὰ τὰς πάθας τὰς προειρημένας, ἅς ἐγὼ φημὶ [2] τοὺς ὀκταμήνους ἀποκτείνειν, πολλοὺς δὲ καὶ τῶν [3] δεκαμήνων.

2. Et ex his plerique pereunt: nam cum parvi sint, maiore quam ceteri utuntur mutatione et ex utero expressi per quadraginta dies ex necessitate male afficiuntur, quod etiam multos decimo mense natos interimit. Ex his autem supersunt quidem nonnulli licet ex multis pauci, propterea quod ratio et tempus, quo enutriti sunt in utero effecit, ut ea omnia consequantur, quorum etiam perfectissimi et qui maxime superstites evadunt compotes fiunt, tum etiam quod a matre in lucem emissi sunt, prinsquam morbos, qui octavo mense foetui accidere solent, perpessi sint. Nam si puero accidat, ut (statim) post hos labores in lucem emittatur, fieri nequit ut supersit propter affectiones ante memoratas, quas foetus octo mensium interficere affirmo, ac multos etiam decem mensium.

γ'. Τὰ δὲ πολλὰ τῶν ἐμβρύων τῶν [4] ἐν ταύτῃ τῇ ἡλικίῃ ὁκόταν οἱ ὑμένες [5] χαλάσωσι, μετεχώρησαν ἐς τὸ ὑπεῖξαν καὶ ἐνταῦθα τὴν τροφὴν ποιέεται· τὰς μὲν τεσσαράκοντα ἡμέρας τὰς πρώτας πονεῦντα τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δὲ ἧσσον διὰ τὴν μεταβολὴν τὴν ἐκ τῶν χωρίων τῶν θρεψάντων [6] καὶ ὅτι τὸν ὀμφαλὸν ἔσπασε καὶ μετεχώρησε

3. Multi autem foetus eius aetatis, cum membranae laxatae sint, in id quod cedit secedunt, ibique nutriuntur, primis quidem quadraginta diebus hi quidem magis, alii minus laborantes propter secessum ex locis, quae illis alimentum praebuerunt, et quia umbilicum attraxerunt alioque migrarunt et propter matris labores. Membranae namque dum tenduntur et

[1] πρόσθεν κυούσης ὥτε ἐν τῷ ὀγδ. μ. — [2] τάς. — [3] δέκα μηνῶν. — [4] ἐν αὐτῇ τῇ ἡλ. τῶν ἑπταμήνων. — [5] χαλῶσι. — [6] μετεβάλλετο καὶ ἀντὶ τοῦ ὀμφαλοῦ.

ἦναι quatuor alii; — τὰ μὲν ἰσχυρ. vulg., τὰ οὖν ἰσχυρ. C., Littr.; — αὐτῶν pro τῶν ἐμβρύων C.; — βιησόμενα idem; — ἠνάγκασαν C. — Quodsi iam decursum universae periodi respicias, vides structuram esse anacolutham; nam membrum periodi, quod incohatur verbis οἱ ὑμένες ἐν οἷσι τὴν ἀρχὴν ἐτράφη et quod absolvi debuerat post καρπόν, non perducitur ad finem, nisi mutata structura, ita ut quod principio subiectum sit, in fine fiat obiectum, structura nempe prorsus deflexa. — Quod si teneas, videbis Lallemantii emendationem a Littréo memoratam non admitti posse.

2. καὶ τὰ μὲν — ἀποκτείνει.] ἀπώλλοντο vulg., ἀπώλοντο D. I. J. K., praesens de meo; — μέζονι Ionice Ald. C., Littr.; — καὶ τῶν ἄλλων C.; — τήν om. C.; — ἐκ τῆς μητρός idem; — relativum ἢ de meo adscripsi; — πολλὰ — ὀκταμήνων om. C.

ἔστι δὲ — δεκαμήνων.] Ceteri ἔστι δὲ ἃ τούτων τῶν ἑπταμήνων καὶ περιγ., sed mihi τούτων τῶν ἑπταμήνων eiiciendum est visum, glossema est; — ἐκ om. C.; — [ἀλλ'] ἐκ Lind.; — ὀλίγος ὅσον pro ὁ λ. καὶ ὁ χρ. ἐς ὅσον C.; — μητρί idem. Vulgo κατέστησεν ὥστε μετέχειν, sed pro ὥστε Littr. ex C. recepit πως. In vulgata ὥστε perinde atque infra interpolatum est, nec nisi litura sanandum. Dein ὥσπερ C. J.; — τό om. C.; — ἐξήκμασε idem pro ἐξήλλαξε, Corn., Zuing. in m. ἐξῆλθε habent. Tum τῆς μήτρης lectio est codd. apud Foës. memorata. Porro κυούσης (νοσήσασα C., νοσησάσης Zuing. in m., codd. apud Foës.) ὥτε (τά pro ὥτε C., codd. apud Foës., οὔτε pro ὥτε Zuing., codd. apud Foës.) ἐν τῷ (τῷ omm. codd. apud Foësium) ὀγδόῳ μηνὶ νενοσευμένα (νενοσηλευμένα K., νοσέοντα C.) vulg.; — textum descripsi, quemadmodum restituit Littr.; — ἢν ἐπιγίνωνται vulg., ἢν ἐπιγίνηται C., Littr., sed omnes h. l. ὥστε εἰς τοὐμφ., unde ego rursus otiosum et interpolatum ὥστε abigo; C. ὥς τι pro ὥστ' εἰς habet. Tandem ἀδύνατον περιγίγνεσθαι C.; — τάς pro τούς Ald., J. K.; — πολλάς J.; — δεκαμήνων dudum scripserunt interpretes pro vulgata, quam e V. notavi.

3. τὰ δὲ πολλὰ — πόνους.] τρίτον J. pro inscriptione; — ταύτῃ C., Littr., αὐτῇ vulg.; — post ἡλικίῃ vulgo τῇ ἑπταμήνῳ, pro quo τῶν ἑπταμήνων mss. 7. apud Littr., Mack., equidem τῇ ἑπταμήνῳ pro glossa abieci; — ὁκόταν C., ὅταν cett.; — χαλάσωσι C., Littr., χαλῶσι vulg.; — ἐνταῦθα τὴν τροφὴν ποιέεται omnes, quod τρέφεσθαι significat, credidi olim de longe alia re sermonem esse; i. e. de foetus versione; ita ut τὴν στροφὴν ποιέεται dare vellem; cf. capite 4. infra τῆς ἐπὶ τοὺς τόκους στροφῆς et capite primo de octom. partu αἱ δὲ στροφαὶ αἱ ἐν τῇ γαστρί; sed nihil mutandum est; — πονεῦντα C., Lind., Littr., πονοῦντα vulg.; — τὰς μὲν μ., τὰς δὲ ἧσσον C.; — διὰ δὲ τήν vulgo, sed δέ omm. C., Lind., Littr.; — vulgo τὴν ἐκ τῶν χωρίων τῶν θρεψάντων μετεβάλλετο (μετεβάλετο J.), sed pro τήν le-

καὶ διὰ τῆς μητρὸς τοὺς πόνους. Οἱ γὰρ ὑμένες τεινόμενοι καὶ ὁ ὀμφαλὸς σπασθεὶς ὀδύνας ποιέει τῇ μητρί· καὶ τὸ ἔμβρυον ἐκ τοῦ παλαιοῦ ξυνδέσμου ἐκλυθὲν βαρύτερον γίγνεται· πολλαὶ δὲ τῶν γυναικῶν καὶ ἐπιπυρεταίνουσι τούτων γιγνομένων, αἱ δὲ καὶ ἀπόλλυνται ξὺν τοῖσι ἐμβρύοισι. Χρέονται δὲ πᾶσαι [1]ἑνὶ λόγῳ περὶ τούτου· φασὶ [2]γὰρ τοὺς ὀγδόους τῶν μηνῶν πονέειν καὶ χαλεπώτατα φέρειν τὰς γαστέρας, ὀρθῶς λέγουσαι. Ἔστι δὲ οὐ μόνον [3]ὁ χρόνος οὗτος, ἀλλ' εἰ καὶ ἡμέρας λάβοι ἀπό [4]τε τοῦ ἑβδόμου μηνὸς καὶ τοῦ [5]ἐνάτου. Ἀλλὰ τὰς ἡμέρας οὐχ ὁμοίως οὔτε λέγουσι, οὔτε γιγνώσκουσι αἱ γυναῖκες· πλανῶνται γὰρ διὰ τὸ [6]κατὰ ταὐτὸ μὴ γίγνεσθαι, ἀλλ' ὅτε μὲν ἀπὸ τοῦ ἑβδόμου μηνὸς πλέονας ἡμέρας προσγενέσθαι ἐς τὰς τεσσαράκοντα, ὅτε δὲ ἀπὸ τοῦ ἐνάτου· [7]ὧδε γὰρ ἀνάγκη γίγνεσθαι, ὅκως ἂν τύχῃ ἡ γυνὴ ἐν γαστρὶ λαβοῦσα τοῦ μηνός τε καὶ τοῦ χρόνου. Ὁ δὲ [8]μὴν ὁ ὄγδοος ἀναμφισβήτητός ἐστι δυσκρίτως ἔχειν· ὥστε τοῦτον [9]εὐμνημόνευτον εἶναι.

umbilicus dum vellicatur dolores matri pariunt, foetusque pristino vinculo exsolutus gravior evadit. Pleraeque etiam mulieres ex hoc casu insuper febre corripiuntur, quaedam quoque una cum foetu pereunt. Omnes vero de hac re idem affirmant; dicunt enim se octavis mensibus laborare et difficillime uterum gestare; quod vere affirmant. Est autem non solum tempus illud, sed etiam si quos dies acceperit de septimo ac nono mense. Verum dies non eodem modo vel dicunt, vel agnoscunt mulieres. Ex eo enim decipiuntur, quod neque eodem modo se habent, verum etiam quod quandoque plures dies a septimo ad quadraginta accedunt, quandoque a nono. Sic enim pro ratione mensis ac temporis, in quo mulier conceperit, accidere necesse est. At mensis octavus quin difficilis iudicii sit non est dubium; ita ut hunc facile memoria teneant.

[1] ἐν ὀλίγῳ περὶ τούτῳ. — [2] δέ. — [3] ὁ om. — [4] τε om. — [5] ἐνιαυτοῦ — [6] μήτε κατ' αὐτὸ γινώσκεσθαι — [7] τότε γάρ. — [8] μὴν ὀγδ. — [9] εὐμνημόνευτον.

gunt ἦν Lind., Mack., Littr.; quodsi μετεβάλλετο serves, ἦν legendum est, sed puto scriptum fuisse τήν et μετεβάλετο s. μετεβάλλετο esse recens emblema; — καὶ ἀντὶ (ἀμφὶ Zuing., Foës. in adn., Mack.) τοῦ (τοῦτε C.) ὀμφαλοῦ vulg.; secutus sum Littréum, qui καὶ ὅτι τὸν ὀμφ. de suo; — ἔσπασε om. J.

οἱ γὰρ — ἐμβρύοισι.] ὁ ante ὀμφαλός om. C.; — καί pro ἐκ idem; — ἐνδέσμου idem; — ἑλκυσθέν idem.

χρέονται — λέγουσαι.] χρῶνται (χρέονται C., „contaminantur" Corn.) δὲ πᾶσαι ἐν (ἐν om. C.) ὀλίγῳ περὶ τούτου vulg.; ἑνὶ λόγῳ pro ἐν ὀλίγῳ de suo Littr. — Ad φασί J. pro inscriptione τέταρτον ὅρα περὶ τοῦ τρίτου μηνός; — vulg. φασὶ δέ, sed φασὶ γάρ C., Littr.; — de meo πονέειν adscripsi, nam καί ante χαλεπώτατα docet aliquid excidisse.

ἔστι δὲ — ἐνάτου.] ἔστι δὲ ὄγδοος μὴν οὐ μόνον χρόνος οὗτος vulg., sed ὀγδ. μήν om. C., et μόνος legit; in illis omittendis sequor C., sed μόνον servo. — Dein ἀλλὰ (ἀλλ' εἰ pro ἀλλά B. Q.', Lind) καὶ (καί om. C.) ἡμέραι (ἡμέρας edd. antt., ἡμέρα Zuing.) πρόσεισι (προσίησι L., Lind.) ἀπὸ (ἀπό τε C.) τοῦ vulg.; — ἀλλ' εἰ καὶ ἡμέρας λάβοι ἀπὸ τοῦ (E. al. m. ἀλλ' εἰ καὶ ἡμέραι πρόσεισι) F. G. H. I. J. K.; textum descripsi quemadmodum Littréus. Tandem καὶ τοῦ ἐννάτου (καὶ τοῦ ἐν. om. C.) καὶ ἀπὸ (ἀπό omm. L., Lind.) τοῦ ἐνιαυτοῦ vulg.; ἀπὸ τοῦ ἐνιαυτοῦ om. Littr. vere observans ex antecedente numerali natum esse.

ἀλλὰ τὰς ἡμέρας — χρόνου] γιγνώσκουσι C., γινώσκουσι vulg.; — γινώσκεται L.; — μήτε (μηδέ C.) κατὰ ταυτὸ (κατ' αὐτό C. L.) γίνεσθαι (γίγνεσθαι C.) vulg.; — κατὰ ταυτὸ μὴ γίνεσθαί τε D. — Littréus D. sequitur, nisi quod τε reiecit; — ἀλλὰ τὸ μὲν ἀπό C.; — τάς ante τεσσάρακ. om. D.; — τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ ἐνιαυτοῦ C., Calvus post ἐνάτου legit ἀπὸ τοῦ ἐνιαυτοῦ fortasse ad exemplum loci, de quo paulo ante vidimus; — τόδε (οὐδέ C., ὧδε Zuing., Mack.) γάρ vulg., cum Littréo ὧδε recepi; — τοῦ μηνός τε καί om. C.

ὁ δὲ μὴν — εἶναι.] ὁ δὲ μὴν (δή pro μήν C.) ὁ (ὁ omm. C. D. H.) ὄγδοος vulgo; Littréus C. sequitur; — ἀναμφισβητήσιμος Zuing. in marg., ἀμφισβητήσιμος C.; — κρίνεται pro γίνεται C. in verbis κατὰ τοῦτον γὰρ γίγνεται ὥστε, quae inter ἐστι et δυσκρίτως legi solent; sed quae reieci, quum ἀναμφισβήτητός ἐστι δυσκρίτως ἔχειν continuo cohaereant, neque illis intermediis divelli se patiuntur; — εὐκρίτως pro δυσκρίτως C., Vatt. Foës., Mack. — Deinde: κατ' ἐμὲ (καὶ ἓν δέ pro his C., ἐν δέ codd. apud Foës., ἐν δέ Merc. in marg.) καὶ τὸ (καὶ τό om. C.) μέρος ἐν τοῖς ἕνδεκα (δέκα C., Calvus, Zuing. in marg., Lallem., Foës. in adn., Lind.) μησὶ μής (μήν K., μείς D., ὁ μήν C.) ἐστιν, ὥστε τοῦτον οὐ μνημόνευτον (μνημονεύτων Ald.) (εὐμνημόνευτον pro οὐ μνημον. multi codd. et Calv., Corn.; εὐμένιστον vero C., εὐμένιστα codd. apud Foës.) εἶναι vulg. — Littréus: καὶ ἓν δὲ μέρος ἐν τοῖς δέκα μησὶ ὁ μήν ἐστιν, ὥστε τοῦτον εὐμέριστον εἶναι. „En lisant, inquit, εὐμέριστον au lieu de εὐμένιστον de C. et de οὐ μνημόνευτον de vulg., on obtient un sens tel quel." Itaque εὐμέριστον non probat ab omni parte; mihi in codicis C. εὐμένιστον latere videtur εὐμνηστον, quod tamen non praestat prae εὐμνημόνευτον. Ceterum deletis iis, quae sensu idoneo destituuntur et interpolata esse videntur, reliqui quod sensum sanum praebet. Foësius iam longus est ut locum expediat, sed res ei non successit.

δ'. Χρὴ δὲ οὐκ ἀπιστέειν τῇσι γυναιξὶ περὶ τῶν τόκων· λέγουσι γὰρ πᾶσαι τωὐτὰ καὶ αἰεὶ λέγουσι καὶ αἰεὶ ἐρέουσι· οὐ γὰρ ἂν πεισθείησαν οὔτ' ἔργῳ οὔτε λόγῳ, ἀλλ' [1]ὅτι γνῶναι τὸ ἐν τοῖσι σώμασι αὐτέων γιγνόμενον. Τοῖσι δὲ βουλομένοισι [2]ἄλλο τι λέγειν ἔξεστι, αἱ δὲ κρίνουσαι καὶ τὰ νικητήρια διδοῦσαι περὶ [3]τούτου τοῦ λόγου, αἰεὶ ἐρέουσι καὶ Φήσουσι τίκτειν καὶ ἑπτάμηνα καὶ ὀκτάμηνα καὶ ἐννεάμηνα καὶ δεκάμηνα καὶ τούτων τὰ ὀκτάμηνα [4]οὐ περιγίγνεσθαι. Φήσουσι δὲ καὶ τοὺς τρωσμοὺς πλείστους ἐν τῇ πρώτῃ τεσσαρακοντάδι γίγνεσθαι καὶ τἄλλα τὰ καταγεγραμμένα ἐν τῇσι τεσσαρακοντάσι καὶ ἐν τοῖσι μησὶ ἑκάστοισι· ὁκόταν δὲ τῷ ἑβδόμῳ μηνὶ περιρραγέωσι οἱ ὑμένες καὶ τὸ ἔμβρυον μεταχωρήσῃ, ὑπέλαβον οἱ πόνοι οἱ περὶ τὸν μῆνα τὸν ὄγδοον γενεαλογούμενοι καὶ περὶ τὴν ἕκτην τεσσαρακοντάδα· τούτου δὲ τοῦ χρόνου παρελθόντος, [5]ὅσῃσι μέλλει εὖ εἶναι, αἱ Φλεγμοναὶ ἐλώφησαν καὶ τοῦ ἐμβρύου καὶ τῆς [6]μητρός, ἥ τε γαστὴρ ἐμαλάχθη καὶ ὁ ὄγκος [7]ὑποκατέβη ἀπὸ τῶν ὑποχονδρίων καὶ τῶν κενεώνων ἐς τὰ κάτω [8]χωρία ἐς εὐτρέπειαν τῆς ἐπὶ τοὺς τόκους στροφῆς. — Καὶ τὴν ἑβδόμην τεσσαρακοντάδα [9]ἐνταῦθά ἐστι τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου

4. Mulieribus autem de partu fides habenda est; dicunt enim eadem omnes, et semper dicunt et semper proferent. Neque enim aut opere, aut sermone cuiusquam illis persuadebitur, nisi se scire id quod in ipsarum corporibus accidat. Illis vero, qui aliud quid dicere volent, licebit, sed quae de hac re decernendi, aut de hac sententia victoriam adiudicandi potestatem habent, semper proferent et dicent, se septimo mense et octavo et nono et decimo partus in lucem proferre et ex his octavo mense natos minime superesse. Quin et abortiones plurimas primis quadraginta diebus accidere dicent et caetera quae in quadragenariis ac singulis mensibus evenire conscripta sunt. Cum vero septimo mense disruptis membranis foetus sedem mutavit, labores circa octavum mensem et circa sextum quadragenarium, qui in gestatione recensentur, prehendunt. Quo tempore elapso, quibus partus feliciter successurus est inflammationes tum foetus, tum matris dissolvuntur, et venter emollitur, tumorque ex praecordiis et laterum inanitate in loca inferiora descendit ad praeparationem conversionis, quae ad partum ducit. Et septimo quadragenario magnam temporis partem foetus illic permanent. Nam et loci ipsis molles sunt et transmotiones ipsis

[1] ἢ γνῶναι ἐν. — [2] ἄλλοτε. — [3] αὐτέου. — [4] οὐ. — [5] ὁπόσαι μέλλει εὖ εἰδέναι. — [6] μήτρας ὥστε γαστὴρ ὑπομαλαχθῇ. — [7] ὑποκαταβῇ. — [8] χωρία εὐτρεπίην. — [9] ἐντεῦθεν.

4. χρὴ — γιγνόμενον.] ἀπιστέειν Ionice C., Littr.; — Calvum negationem non adscribere, aut πιστεῦν pro ἀπιστεῦν legisse adnotat Foës.; — ἀμφί C.; — τὸν τόκον K.; — γὰρ πάντα vulgo, γὰρ ταυτά Lind., sed pro πάντα scriptum fuit πᾶσαι τωὐτά in vulgata; — tum ἅπερ καὶ εἰδέουσι pro καὶ αἰεὶ ἐρέουσι C., Vatt. Foësii, Lind. sine καί; sed illud ἅ περ mihi recens nec necessarium additamentum esse videtur; — οὔτε γάρ C.; — ἀλλ' οὐ γίγνονται ἢ pro ἀλλ' ὅτι γνῶναι C.; — τό ante ἐν ex C. supplevit Littr.; — αὐτέοισι C.

τοῖσι δὲ — περιγίγνεσθαι.] τὰς δὲ βουλομένας ἄλλο λέγειν vulg., τῇσι δὲ βουλομένῃσι codd. apud Foës., Merc. in marg.; equidem codicem C. sequor, qui solus haec recte scripta referre mihi visus est. Dein τουτέου C., αὐτέου vulg.; — ἐρεῦσι C.; — καὶ Φήσουσι om. J.; — ἐννάμηνα Ald. C.; — ἐνδεκάμηνα pro δεκάμηνα Ald., Farr. 7. Post δεκάμηνα addunt καὶ ἐνδεκάμηνα Zuing., Lind., Mack.; — περιγενέσθαι vulg.; sequor C. Post περιγ. legunt τὰ δ'ἄλλα περιγίγνεσθαι C., τὰ δὲ ἄλλα περιγίνεσθαι Vatt. Foësii, τὰ δὲ ἄλλα περιγενέσθαι Zuing. in marg.

Φήσουσι — στροφῆς.] ἐς τεσσαράκοντα δὴ γίγνεσθαι, pro ἐν — γίνεσθαι C.; — in aliis libris τεσσαράκοντα διαγίνεσθαι errore, qui facile intelligitur; — τά ante καταγεγραμμένα om. C., tum τεσσαράκοντα pro τεσσαρακοντάσι idem. — Ante ὁκόταν J. in inscriptione πέμπτον; — ὅταν vulg., ὁκόταν J.; — μετέλαβον C.; — τὸν ὄγδοον μῆνα idem. Vulgo γενεαλογούμενοι, sed ἐν γενεαλογημένου C., γεγενεαλογημένον Zuing. in m., ἐγγενεαλογημένον Merc. in marg., codd. apud Foës. in adn.; — certum iudico participium sive praesens, sive perfectum ad πόνοι, non ad μῆνα esse referendum. Porro ὅσῃσι C., Littr., ὁπόσαις vulg.; — αἱ om. C.; — καὶ τὰ τοῦ ἐμβ. idem; — ὥστε γαστὴρ μαλαχθῇ vulg., cum Littréo sequor C. et mss. a Foësio memorata; — ὑποκαταβῇ vulg., cum Littréo sequor C. et mss. apud Foës. memorata, qui alia etiam ὑποκατάλείβη habere scribit. — Tandem ἐς εὐτρεπίην τὴν ἐπὶ τοὺς τόκους τροπήν vulg., εὐτρεπείην C., εὐστροφίην Lind.; — εὐτρεπῆ recepit Littr. ex suppl. ad Lex. Schneid.; καὶ τὴν ἐπί scripserunt Lallem., Lind. Equidem puto in vulgata latere ἐς εὐτρέπειαν τῆς ἐπὶ τοὺς τόκους στροφῆς. Ad στροφῆς cf. de octim. partu § 1. αἱ δὲ στροφαὶ αἱ ἐν τῇ γαστρί. At ἀπὸ τοῦ στομάχου στρέφοι pro ἐπὶ τ. τ. τροπήν C., codd. a Foësio memorati, nisi quod hi στρόφα.

καὶ τὴν — εὐλυτώτερα.] ἐντεῦθεν vulg., ἐνταῦθα Zuing., ἐνταῦθ' C., Littr.; — λοιπόν pro πλεῖστον C.; — εὐπρεπέστερον K.; fortasse pro εὐτρεπέστερον; — εὐλυτότερα C.

τὰ ἔμβρυα· τὰ γὰρ χωρία [1] αὐτοῖσι μαλθακὰ καὶ αἱ μετακινήσιες αὐτοῖσι εὐπετέστεραι γίγνονται καὶ πυκνότεραι· καὶ διὰ ταῦτα κατέστη πρὸς τὸν τόκον εὐλυτώτερα. [2] Καὶ πάσης τῆς τεσσαρακοντάδος ταύτης αἱ γυναῖκες φέρουσι τὰς τελευταίας ἡμέρας εὐπετέστερον τὰς γαστέρας, ἔστ' ἂν ὁρμήσῃ τὸ ἔμβρυον στρέφεσθαι· μετὰ δὲ ταῦτα [3] αἵ τε ὠδῖνές εἰσι καὶ οἱ πόνοι ἐπικεῖνται, ἔστ' ἂν ἐλευθερωθῇ [4] τοῦ τε παιδίου καὶ τοῦ ὑστέρου.

faciliores et frequentiores fiunt, ideoque ad partum expeditiores redduntur. Ex toto hoc quadragenario per ultimos dies mulieres facilius uteros ferunt, quoad foetus ad conversionem tendat. Postea vero partus dolores et labores incumbunt, donec puero et secundis mulier liberetur.

ε΄. Ὁκόσαι δὲ τῶν γυναικῶν ἔτεκον πολλὰ παιδία, εἴ τι αὐτῶν [5] ἐγένετο χωλὸν ἢ τυφλὸν, ἢ ἄλλο τι κακὸν ἔχον, φήσουσι ἐπὶ [6] τούτου τοῦ παιδίου τὸν ὄγδοον μῆνα χαλεπώτερον διαγαγεῖν ἢ ἐφ' ὧν ἔτεκον οὐδὲν κακὸν ἐχόντων· τὸ γὰρ ἔμβρυον τὸ πηρωθὲν ἐν τῷ ὀγδόῳ μηνὶ ἰσχυρῶς ἐνόσησε, ὥστε καὶ ἀπόστασιν ἐποίησε ἡ νοῦσος, ὡς καὶ τοῖσι ἀνδράσι αἱ ἰσχυραὶ νοῦσοι ἐποίησαν. Ὁκόσα δ' ἂν τῶν ἐμβρύων ἐν ἄλλῳ χρόνῳ ἰσχυρῶς νοσήσῃ, ἀπόλλυται πρόσθεν ἢ ἀπόστασιν γενέσθαι· ὁκόσα δ' ἂν [7] τῶν ὀκταμήνων ἐμβρύων μὴ σφόδρα νοσήσῃ, ἀλλὰ κατὰ ἕν τι ἐκ τῆς μεθόδου κακοπαθήσῃ, τὰς μὲν τεσσαράκοντα ἡμέρας διετέλεσε [8] ἀσθενέοντα τὰ πλεῖστα ἐν τῇ μήτρῃ διὰ τὰς ἀνάγκας τὰς προειρημένας, ἐγένετο δὲ ὑγιαίνοντα. Ὅ τι [9] δ' ἂν γέ-

5. Quae vero mulieres multos pueros pepererunt, si quis eorum claudus aut coecus aut alioqui male affectus fuit, affirmabunt se in hoc puero gestando octavum mensem molestius tulisse, quam in iis, quos nullo modo affectos pepererunt. Motibus enim foetus octavo mense vehementer aegrotavit, adeo ut etiam morbus abscessum fecerit, non secus ac viris morbi gravissimi facere consueverunt. Ac foetus, qui alio quovis tempore vehementer aegrotarint, prius intereunt quam eiusmodi abscessum morbus experiatur. Octimestres autem foetus, qui non valde aegrotarunt, sed una quapiam parte propter loci permutationem male affecti sunt, eorum plerique per quadraginta quidem dies ob commemoratas causas necessarias in utero imbecilles degerunt, sed sani in lucem edeban-

[1] αὐτῆς. — [2] καὶ πάσης τῆς τεσσαρακοντάδος ταύτας αἱ γυν. — [3] αἱ ὠδῖνες sine τε. — [4] τοῦ παιδίου sine τε. — [5] ἐγένετο. — [6] τῶν τούτων τὸν ὀγδ. μ. τοῦ παιδίου χαλεπ. — [7] τῶν om. — [8] ἀσθενείᾳ· τὰ δὲ πλεῖστα ἐν τῇ μ. — [9] δ' om.

καὶ — ὑστέρου.] ταύτας vulg., ταύτης Zuing. in marg.; — καὶ τεσσαράκοντα αἱ γυναῖκες C., καὶ τεσσαράκοντα ταύτας αἱ γυναῖκες Littr., ταύτας e vulg. lectione in codicis C. scripturam inferens; — εὐπετεστέρας sine τὰς γαστέρας C.; — ἀρμόσῃ vulg., ὁρμήσῃ C. D. P.' Q.', codd. apud Foës. memorati, Zuing. in m., Lind., Mack., Littr.; — ἔτι τε pro εἰσί C. — τε C. H., Littr., vulg. om.; — καὶ ὑστέρου C.

5. ὁκόσαι — ἐποίησαν.] ἕκτον J. praemittit pro inscriptione; — ὁκόσαι C., ὅσαι ceteri; — καί τι αὐτέων ἐξεγένετο C., Littr., καί τι αὐτέων ἐγένετο vulg.; equidem pro καί τι legendum puto εἴ τι, ceterum in C. correctionem esse puto arbitrariam et otiosam, sine dubio vero vulgatam esse ab auctoris manu, modo attendam mentem ad alios in hoc ipso capitulo locos, ubi γίγνεσθαι usurpatur; — ἔχον om. C. Tum: ἐπὶ τῶν (τῶν omm. C. H.) τουτέων (τοιουτέων J., τουτέου C.) τοῦ (τοῦ om. Mack.) παιδίου (τῶν παιδίων Zuing., τὸ παιδίον Lind., τοῦ παιδίου post μῆνα L.) (παιδίων Mack.) τόν vulg.; textum exhibui quemadmodum Littr. — Porro ἔτεκε vulg., ἔτεκον C., Lind., Littr.; — ἐνεδέησεν C., ἐνδέησε codd. apud Foës. pro ἐνόσησε.

miserit. Ac neque vos, viri Abderitae, per vim obtrudite, sed liberae artis libera esse sinite opera. Qui autem mercede operam suam locant, hi scientiae tanquam ex priore libertate mancipio dantes servire cogunt. Deinde probabile est eos mentiri posse velut in magno morbo et negare ut in parvo, aut ubi promiserint, non venire, rursusque non vocatos venire. Miserabilis sane est hnmana vita, quod ad eam totam intolerabilis argenti cupiditas velut hibernus status pervaserit, ad quem morbum insania graviorem curandum utinam medici omnes potius concurrerent; quae tamen beata censetur, cum morbus sit et male affligat. Equidem omnes animi morbos vehementes insanias reputo, cnm opiniones quasdam et visa rationi suscitant, ex quibus sanescit qui per virtutem repurgatur. Ego vero si omnibus modis ditescere voluissem, viri Adberitae, ne decem quidem talentorum gratia ad vos venirem, sed ad magnum Persarum regem profectus essem, ubi urbes totae opibus humanis refertissimae occurrissent, illorum autem pestilentem morbum curassem. Sed regionem Graeciae inimicam malo morbo liberare recusavi, pro virili quidem parte ipse quidem totis meis viribus barbaros navali proelio superans. Regias autem opes ignominiae mihi futuras et opulentiam patriae inimicam reportassem, quibus circum affluens urbium Graeciae destructor existerem. Divitiae non sunt pecuniae undecumque comparatae. Magna enim sunt virtutis sacra ad iustitiam spectantia, quae non

mss. 7., inter quos b., qui ὦ Ἀβδ.; tum καί ante τὰ ἔργα omm. mss. 6.

οἱ δὲ — κληθέντες.] μισθαρνέοντες b.; — ἀναγκάζεσθαι K.; — ἄν post ἀρνηθεῖεν om. b.; — ἔλθοιεν ante ὑποσχ. om. J.; — ὑποσχ. καὶ πάλιν ἔλθ. om. cod. ω.

οἰκτρός γε — κακοῦσα.] δέ pro γε b.; — ὥσπερ idem; — ἀφόρ. om. J.; — διαβέβηκε C.; — μάλιστά Ald., codd. 8.; — ξυνῄεσαν vulgo, ξυνήισαν de meo; συνελθόντες pro ξυνήισαν ἐλθ. Ald., Parr. 6.; ἐλθόντες omm. alii 5. — Post ἀποθεραπ. ferunt θέλοντες H. sec. m. et b. in marg.; — κακοῦσα mutatum in κακὴ ἐοῦσα b.

οἶμαι — ὑγιάζεται.] δ' ἔγωγε b.; — τῆς ante ψυχῆς Littr. e mss. 4., vulgo om.; — ὑποκαθαρθείς mss. 7.

ἐγὼ — ὑπάρχων.] ἕνεκα codd. 3., ἕνεκεν unus, εἵνεκεν alii tres; — vulgo ἠρχόμην. Littr. ἂν ἠρχόμην ex Corais coniectura, sed ἄν h. l. non requiri puto, quum in antecedentibus legatur; — ἐρχόμενος mss. 6. pro vulgato ἠρχόμην; — βασιλῆα H. sec. m., b.; — προσίεσαν vulg., προσηεσαν Littr. cum mss. 8., προσήισαν de meo; — εὐτυχίης pro εὐδαιμ. nonnulli codd.; — δ' post ἰώμην omm. mss. 5., unum γάρ pro δ' ἄν fert; — sed ἰῴμην edi solet, dandum tamen ἰώμην, optativo locus non est; — ἐκεῖσε vulg., ἐκεῖ Littr. cum codd. 6.; — ἀνιῶν Littr. cum mss. 6., αὐτῶν vulg.; — τὸ μέν pro τό γε mss. 6., τὸ δέ C., γ' D.; — κατεναυμάχουν vulg., καταναυμαχῶ codd. 6., καταναυμαχῶν Littr. cum C. b.; — παρά omm. mss. 6.

οὐκ ἔστι — ὑπάρξει.] οὖν post ἐστί H. sec. m., b., — ἐστί post ἀρετῆς omm. codd. 5.; — ὑπὸ δικαιοσύνης vulg., ἐπὶ δικαιοσύνην codd. 6., quod praestare videtur; vulgatam certe non intelligo; — οὐ κρυπτόμενα vulg., οὐκ ὀρυσσόμενα, non omnes bene scriptum, at ferunt sine dubio codd. 6., quod recepi, quia vulgata glossema est eo spectans. — Post οἴεσθε sec. m. in b. ὡσεί; — εἶναι omm. mss. 8., qui item ἰᾶσθαι omm.; — post μισθοῦ fert φθείρειν b., qui ex iis est,

Οὐκ ἔστι πλοῦτος τὸ πανταχόθεν χρηματίζεσθαι· μεγάλα γὰρ ἱερὰ τῆς ἀρετῆς ἐστὶ ἐπὶ δικαιοσύνῃ, οὐκ ὀρυσσόμενα, ἀλλ' ἐμφανέα ἐόντα· ἢ οὐκ οἴεσθε ἴσον ἁμάρτημα εἶναι σώζειν πολεμίους καὶ φίλους ἰᾶσθαι μισθοῦ; ἀλλ' οὐχ ὧδε ἔχει τὰ ἡμέτερα, ὦ δῆμε, οὐ καρποῦμαι νούσους, οὐδὲ δι' εὐχῆς ἤκουσα τὴν Δημοκρίτεω παράκρουσιν, ὃς, εἴτε ὑγιαίνει, φίλος ἔσται, εἴτε νοσέει, θεραπευθεὶς πλέον ὑπάρξει. Πυνθάνομαι δὲ αὐτὸν ἐμβριθέα καὶ στερρὸν τὰ ἤθεα, καὶ τῆς ὑμετέρης πόλιος ἐόντα κόσμον. Ἔρρωσθε.

sunt sepulta sed in apertum proferuntur. An vero non reputatis aequale peccatum esse hostes servare et amicos mercede curare. At non ita se habent res nostrae. Ex morbis quaestum non facio, neque ex animo Democriti dementiam audivi, qui sive sanus sit, amicus est, sive aegrotet, curatus magis amicus futurus est. Eum autem gravibus et firmis moribus esse praeditum intelligo et urbi vestrae esse ornamento. Valete.

ιβ'.

Ἱπποκράτης Φιλοποίμενι χαίρειν.

Οἱ τὴν τῆς πόλιος ἐπιστολὴν ἀποδόντες μοι πρέσβεις καὶ τεὴν ἀπέδοσαν, ἥσθην δὲ κάρτα καὶ ξενίην ὑπισχνεομένου σέο καὶ τὴν ἑτέρην δίαιταν. Ἔλθοιμεν δ' ἂν αἰσίῃ τύχῃ καὶ ἀφιξόμεθα ὡς ὑπολαμβάνομεν χρηστοτέρῃσι ἐλπίσι ἢ ὡς ἐν τῇ γραφῇ παραδεδήλωται, οὐ μανίην ἀλλὰ ψυχῆς τινὰ ῥῶσιν ὑπερβάλλουσαν διασαφηνέοντος τοῦ ἀνδρὸς, μήτε παίδων μήτε γυναικὸς μήτε ξυγγενέων μήτε οὐσίης μήτε τινὸς ὅλως ἐν φροντίδι ἐόντος, ἡμέρην δὲ καὶ εὐφρόνην πρὸς ἑωυτῷ κατεστεῶτος καὶ ἰδιάζοντος, τὰ μὲν πολλὰ ἐν ἄντροισι καὶ ἐρημίῃσι ἢ ἐν ὑποσκιάσισι δενδρέων, ἢ ἐν μαλθακῇσι ποίῃσι, ἢ παρ' ἡσύχοισι ὑδάτων ῥείθροισι. Ξυμβαίνει μὲν οὖν τὰ πολλὰ τοῖσι μελαγχολῶσι τὰ τοιαῦτα· σιγηροί τε γὰρ ἐνίοτε εἰσὶ καὶ μονήρεες καὶ φιλέρημοι τυγχάνουσι· ἀπανθρωπέονταί τε ξύμφυλον ὄψιν ἀλλοτρίην νομίζοντες· οὐκ ἀπεοικὸς δὲ καὶ τοῖσι περὶ παιδείην ἐσπουδα-

12.

Hippocrates Philopoemeni S.

Legati cum urbis vestrae epistola etiam tuam mihi reddiderunt, quodque tuum hospitium et reliqua vitae commoda promitteres, valde laetatus sum. Auspicato autem veniemus et ut coniicimus, meliore spe accedemus, cum non velut ex litteris accepimus insaniam, sed eximium quoddam animi robur vir hic demonstret, qui neque liberorum, neque uxoris, neque cognatorum, neque rei familiaris, neque cuiusquam omnino curam habeat, sed dies et noctes solus privatam vitam degat, in antris plerumque et solitudinibus, aut in arborum umbraculis, aut in mollibus herbis, aut ad amnes leniter fluentes. Haec igitur plerumque melancholicis accidunt. Quandoque enim taciturni sunt, solitarii, desertorum amantes, familiarium conspectum tanquam alienum fugiunt. Neque etiam absurdum est in his, qui ad disciplinas studiose contendunt, omnes alias curas ab uno sapientiae affectu excuti. Non aliter enim ac mi-

qui ἰᾶσθαι omm.; — δὲ νούσους vulg., δέ om. Littr. cum pr. m. in H.; — φίλος ἐστίν mss. 6.; — φίλος πλέον ὑπάρξει mss. 4.

Ep. 12.

οἱ — δίαιταν.] ἀποδόντες Littr. cum mss. 9., ἀναδόντες vulg.; — ἀνέδοσαν mss. 6.; — δέ pro τε codd. 6.; — καί ante ξενίην omm. codd. 7.; — ξενίην τε b.

ἔλθοιμεν — ῥείθροισι.] δέ sine ἄν mss. 5.; — καί pro δ' ἄν cod. unus; — ἢ ὡς Littr., vulgo ἤ om.; — τἀνδρὸς C.; — πρὸς ἑωυτόν b.; — καθεστεῶτος vulg., κατεστεῶτος codd. 3.; — καὶ ἐν ἄντρ. J.; — ἢ ante ἐν ὑποσκ. omm. Parr. 7.; — ἐν ante ὑποσκ. Littr. cum H. b., vulgo om.; — ὑποσκέπῃσι mss. 6.; — τῶν δενδρ. J.; — ἢ καὶ μαλθ. codd. 6.; — παρὰ συχνοῖσι vulg., παρ' ἡσύχοισι mss. 8., quod praestat.

ξυμβαίνει — σεσοβῆσθαι.] μελαγχολικοῖς vulg., μελαγ-

κόσι τὰς ἄλλας Φροντίδας ὑπὸ μιῆς τῆς ἐν σοφίῃ διαθέσιος σεσοβῆσθαι. Ὥσπερ γὰρ δμῶές τε καὶ δμωΐδες ἐν τῇσι οἰκίῃσι θορυβέοντες καὶ στασιάζοντες, ὁκόταν ἐξαπιναίως αὐτοῖσι ἡ δέσποινα ἐπιστῇ, πτοηθέντες ἀφησυχάζουσι, παραπλησίως καὶ αἱ λοιπαὶ κατὰ ψυχὴν ἐπιθυμίαι ἀνθρώποισι κακῶν ὑπηρέτιδες· ἐπὴν δὲ σοφίης ὄψις ἑωυτὴν ἐπιστήσῃ, ὡς δοῦλα τὰ λοιπὰ πάθεα ἐκκεχώρηκε. Ποθέουσι δ' ἄντρα καὶ ἡσυχίην οὐ μοῦνον πάντες οἱ μανέντες, ἀλλὰ καὶ οἱ τῶν ἀνθρωπίνων πρηγμάτων ὑπερφρονήσαντες ἀταραξίης ἐπιθυμίῃ· ὁκόταν γὰρ ὁ νόος ὑπὸ τῶν ἔξω Φροντίδων κοπτόμενος ἀναπαύσασθαι θελήσῃ, τότε ταχέως ἐς ἡσυχίην μετήλλαξε, εἶτα ἀναστὰς ὄρθριος ἐν ἑωυτῷ περισκοπεῖ κύκλῳ χωρίον ἀληθείης, ἐν ᾧ οὐ πατήρ, οὐ μήτηρ, οὐ γυνή, οὐ τέκνα, οὐ κασίγνητος, οὐ ξυγγενέες, οὐ δμῶες, οὐ τύχη, οὐδ' ὅλως οὐδὲν τῶν θόρυβον ἐμποιησάντων· πάντα δ' ἀποκεκλεισμένα τὰ ταράσσοντα ἕστηκε ὑπὸ Φόβου, οὐδὲ πλησιάσαι τολμέοντα ὑπ' εὐλαβείης τῶν αὐτόθι οἰκεόντων· οἰκέουσι δὲ τὸ χωρίον ἐκεῖνο καὶ τέχναι καὶ ἀρεταὶ παντοῖαι καὶ θεοὶ καὶ δαίμονες καὶ βουλαὶ καὶ γνῶμαι. Καὶ ὁ μέγας πόλος ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ τοὺς πολυκινήτους ἀστέρας κατέστεπται, εἰς ὃ τάχα καὶ Δημόκριτος ὑπὸ σοφίης μετῴκισται· εἶτ' οὐκ ἔτι ὁρέων τοὺς ἐν τῇ πόλι, ἅτε τηλοῦ ἐκδεδημηκώς, δοξάζεται μανίῃ νοσέειν διὰ τὸ φιλέρημον· σπεύδουσι δὲ Ἀβδηρῖται ἀργυρίῳ ἐξελεγχθῆναι, ὅτι οὐ ξυνιᾶσι Δημόκριτον. Ἀλλὰ σύ γε ἡμῖν κατάρτυε τὴν ξενίην, ὦ

nistri et ministrae in domibus tumultuantes et concertantes, si quando derepente eis hera adfuerit, attoniti conquiescunt, similiter etiam reliquae animi cupiditates malorum hominibus sunt administrae, at ubi sapientia in conspectum se dederit, tanquam mancipia reliqui affectus discedunt. Non solum omnes amentes speluncas et quietem expetunt, verum etiam qui res humanas negligunt, ob tranquillitatis desiderium. Cum enim mens curis externis fracta recreari somno voluerit, tunc cito in quietem se transfert, deinde mane surgens circum sese veritatis locum circumspicit, in quo non pater, non mater, non uxor, non liberi, non frater, non cognati, non ministrae, non fortuna, neque prorsus quidquam tumultum excitat, sed perturbantia omnia reiecta prae timore subsistunt, neque appropinquare audent pro eorum reverentia, qui illic habitant. Illum autem locum habitant artes, virtutum omne genus, dii, daemones, consilia, et sententiae. In illaque regione magnus polus stellis plurimum se moventibus tanquam corona cinctus est, in quam fortasse Democritus ob sapientiam commigravit. Deinde cum eos, qui in urbe sunt, non videat, ut qui procul a domo agat, ob solitudinis amorem insanire creditur. Cum vero Abderitae Democritum non intelligant, argento ut huius rei convincantur efficere student. Tu vero, amice Philopoemen, hospitium nobis praeparato. Neque enim perturbatae urbi molestus esse volo, cum te, ut nosti, veterem et proprium hospitem habeam. Vale.

χολῶσι mss. 6., μελαγχολοῦσι unus.; — τά ante τοιαῦτα omm. mss. 11.; — εἰσὶν ἐνίοτε C. b.; — ἀπανθρωπεῦνται C., ἀπανθρωπεύονται mss. 4.; — καὶ ξύμφυλον J.

ὥσπερ — ἐκκεχώρηκε.] τε omm. mss. 6.; — τε καὶ δμ. om. C.; — τοῖσι οἴκοισι mss. 4.; — αἱ κατά mss. 4.; — ἐπὴν δέ C. b.; — κεχώρηκε C.

ποθέουσι — γνῶμαι.] δ' C. H. b., Littr., δέ alii 4., δ' om. vulg.; — μοῦνον de meo interposui; — πάντως dedit Littr. ex mss. 9., sed non praestat prae vulgata lect.; — νόος Ionice b. solus; — ἔξωθεν J.; — θορύβων pro φροντίδων C., sec. m. in H. τ. b.; — ἀναπαῦσαι vulg., ἀναπαύσασθαι mss. 13.; sed post hoc verbum omnes τὸ σῶμα; mihi tamen τὸ σῶμα emblema esse alienum et ἀναπαύσασθαι pro activo dandum videtur; — εἶτ' ἀναστάς H. b.; — περισκόπει vulg., praesens ferunt mss. 8.; — κασίγνητοι mss. 5.; — οὐχ ὅλως vulg., οὐδ' ὅλως H. sec. m. aliique sex; — ἐμποιούντων codd. 6., ἐμποιησάντων tres; — ἅπαντα b.; — οἰκεόντων Ald., codd. 3., ἐνοικεόντων vulg.; — καί ante τέχναι omm. mss. 7.; — παντοῖαι omm. mss. 5.

καὶ — Δημόκριτον.] κατῴκισται nonnulli codd.; — εἶθ' ὁρέων codd. 5.; — βλέπων pro ὁρέων cod. τ.; — οἷά γε pro ἅτε, codd. 5.; — ἅτε τηλοῦ ἐκδεδημηκὼς δοξάζεται μανίης νοῦσον διὰ τὸ φιλέρημον edi solet; sed hoc intelligi non potest, quare δοξάζεται μανίῃ νοσέειν διὰ τὸ φιλέρημον scripsi, quippe quod proxime ad vulgatae corruptionem accedere videbatur; — ἀργυρίου vulg., dedi ἀργυρίῳ, quod desideravit Foës.; — ἐλεγχθῆναι Ald., mss. 10.

ἀλλά — ἔρρωσο.] οὐδὲ γάρ codd. 6.; — οἶσθα σύ. b.

ἑταῖρε Φιλοποίμην· οὐ γὰρ ἐθέλω τεταραγμένῃ τῇ πόλι παρασχεῖν ὄχλησιν, ἐκ παλαιοῦ ἴδιον ἔχων ξένον σε, ὡς οἶσθα. Ἔρρωσο.

ιγ'.

Ἱπποκράτης

Διονυσίῳ χαίρειν.

Ἢ περίμεινόν με ἐν Ἁλικαρνασσῷ ἢ φθάσον αὐτὸς ἐλθεῖν, ὦ ἑταῖρε· κατὰ πᾶσαν γὰρ ἀνάγκην ἀπιτέον εἰς Ἄβδηράν μοι Δημοκρίτεω χάριν, ἐφ' ὃν νοσέοντα μετεπέμψατό με ἡ πόλις. Ἀλλ' ἔκτοπός τις ἡ ξυμπάθεια τῶν ἀνθρώπων, Διονύσιε· ὡς μία ψυχὴ ξυννοσέει τῷ πολίτῃ· ὥστε μοι δοκέουσι καὶ αὐτοὶ θεραπείης δέεσθαι. Ἐγὼ δὲ οἶμαι οὐδὲ νοῦσον εἶναι, ἀλλ' ἀμετρίην παιδείης, οὐκ οὖσαν γε τῷ ὄντι ἀμετρίην, ἀλλὰ νομιζομένην τοῖσι ἰδιώτῃσι, ἐπεὶ οὐδέποτε βλαβερὸν τῆς ἀρετῆς τὸ ἄμετρον. Δόξα δὲ νούσου γίγνεται τὸ ὑπερβάλλον διὰ τὴν τῶν κρινόντων ἀπαιδευσίην· δοκιμάζει δὲ ἕκαστος ἐξ ὧν αὐτὸς οὐκ ἔχει, τὸ ἐν ἄλλῳ πλεονάζον περισσεύειν· ὥς που καὶ ὁ δειλὸς ἀμετρίην τὴν ἀνδρίην ὑπείληφε καὶ ὁ φιλάργυρος τὴν μεγαλοψυχίην, καὶ πᾶσα ἔλλειψις ὑπερβάλλειν δοκέει τὸ ἀρετῆς ξύμμετρον. Ἐκεῖνον μὲν οὖν αὐτὸν ἰδόντες μετὰ τῆς ἐνθένδε προγνώσιος καὶ ἀκούσαντες τῶν λόγων αὐτοῦ ἄμεινον εἰσόμεθα. Σὺ δὲ ἔπειξον, ὦ Διονύσιε, αὐτὸς παραγενέσθαι· βούλομαι γὰρ ἐνδιατρῖψαί σε τῇ πατρίδι μου, μέχρις ἂν ἐπανέλθω, ὅκως τῶν τε ἡμετέρων φροντιεῖς καὶ πρῶτον ἡμέων τῆς πόλιος· ἐπειδὴ οὐκ οἶδ' ὅκως ἐκ ξυντυχίης ὑγιεινὸν τὸ ἔτος ἐστὶ καὶ τὴν ἀρχαίην φύσιν ἔχον· ὥστε οὐδὲ πολλαὶ παρενοχλήσουσι νοῦσοι· πλὴν ὅμως πάρ-

13.

Hippocrates

Dionysio. S.

Aut me Halicarnassi exspecta, aut me, amice, anteverte. Necessario enim mihi Democriti gratia in Abderam abeundum, ad quem aegrotantem urbs me accersivit. Admirabilis enim, Dionysi, quaedam est horum hominum naturae consensio, qui velut unus animus una cum cive suo aegrotant, ut proinde mihi curatione indigere videantur. Equidem vero morbum esse non credo, sed potius exsuperantem doctrinam, quae revera modum superare non potest, sed ita vulgo existimatur, cum neque modum superans virtus sit noxia. Quod vero exsuperat, propter eorum, qui iudicant, inscitiam, morbi opinionem praebet. Quisque autem ex his, quae non habet, quod in alio abundat, modum excedere opinatur. Ita sana timidus fortitudinem et avarus animi magnitudinem modum excedere sentit omnisque defectus virtutis moderationem excessum esse putat. Illum igitur ubi viderimus, cum ea, quae nobis inde suppetet, praenotione, eiusque sermonem audiverimus, melius cognoscemus. Tu, vero Dionysi, accedere festina. Volo enim te, quoad rediero, in patria nostra commorari et rerum nostrarum inprimisque urbis nostrae curam habeas, quandoquidem nescio quo casu salubris annus est et pristinam naturam retinet, quare neque multi morbi molesti erunt; verum tamen adesto. Domum meam valde perapportunam habitabis, cum

Ep. 13.

ἢ — πόλις.] ἐλθών codd. 6.

ἀλλ' — δέεσθαι.] ἀλλ' ἔκτοπός τις ἡ vulg., ἄλεκτος γάρ τις Littr. e mss.; — μιῇ ψυχῇ vulg.; nominativum dedit Littr. cum mss. 12.; — δοκέει C. et καὶ αὐτοὶ post δέεσθαι idem.

ἐγὼ — ἄμετρον.] μέν pro δέ mss. 6.; — νοῦσον αὐτὴν vulg., αὐτήν om. cod. τ.; αὐτῷ pr. m. in H., αὐτό mss. 6.; equidem cum τ pronomen omittere malo; — δέ pro γε mss. 5.; — τὸ ἀρετῆς ἄμετρον vulg.; cum Littréo sequor D. Q.'

δόξα — ξύμμετρον.] τοῦτο pro τὸ ὑπερβάλλον codd. 6.; — ἀποδοκιμ. sec. m. in D. Q.', δ' Parr. 5.; — καὶ ἴσως pro ὡς mss. 6.; — ἀνδρίην J., ἀνδρείην vulg.

σὺ — πάριδι.] αὐτός omm. mss. 6.; — μέχρις ἐπανέλθω sine ἂν mss. 13.; — τῶν τε ἡμετ. vulg., τε omm. C. b., Littr.; — φροντιῇς vulg., φροντίζῃς mss. 6., φροντιεῖς alia sex et Littr.; — πρὸ τῶν pro πρῶτον mss. 14.; — ἐμῶν mss. 8., quorum multa πρὸ τῶν illud in antecedentibus; —

ιθι. Οἰκήσεις δὲ τὴν ἐμὴν οἰκίην ὑπερευκαιρέουσαν, ἅτε καὶ τοῦ γυναίου μένοντος πρὸς τοὺς γονέας διὰ τὴν ἐμὴν ἐκδημίην. Ἐπισκόπει δὲ ὅμως καὶ τὰ ἐκείνης, ὅκως διάγῃ σωφρόνως· κόσμιον μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἦν, καὶ γονέας ἀστείους εἶχε, τὸν δὲ πατέρα ἐκτόπως ἀνδρικόν τε καὶ μάλα μισοπόνηρον ὑπερφυῶς γερόντιον. Ἀλλ' ὅμως αἰεὶ χρῄζει γυνὴ σωφρονίζοντος, ἔχει γὰρ φύσι καὶ τὸ ἀκόλαστον ἐν ἑωυτῇ, ὅπερ, εἰ μὴ καθ' ἡμέρην ἐπικόπτοιτο, ὡς τὰ δένδρεα καθυλομανέει. Ἐγὼ δὲ φίλον οἴομαι ἀκριβέστερον γονέων ἐς φυλακὴν γυναικός· οὐ γὰρ ὡς ἐκείνοισι καὶ τούτῳ ξυνοικέει πάθος εὐνοίης, δι' οὗ πολλάκις ἐπισκιάζονται τὴν νουθεσίην· φρονιμώτερον δὲ ἐν παντὶ τὸ ἀπαθέστερον, ἅτε μὴ ἐπικλώμενον ὑπ' εὐνοίης. Ἔρρωσο.

mea uxor propter meam profectionem apud parentes maneat, illius tamen vitam observa, quo pudice degat. Modesta ab initio fuit et probos habuit parentes, patrem autem mirum in modum virilem et vehementer malos odio prosequentem plusque quam solent senes. Semper tamen eo qui modeste coërceat mulier opus habet. Natura enim insitam quoque intemperantiam habet, quae nisi quotidie resecetur, velut arbores supervacuis frondibus et inutili fruticatione luxuriat. At ego amicum parentibus diligentiorem in muliere custodienda existimo. Neque enim hic, velut illi, benevolentiae affectu cum ea coniunctus est, quo plerumque admonitioni tenebras offundunt. In omni autem re quod sine affectu est prudentius est, quod nimirum benevolentia frangi non possit. Vale.

ιδ'.

Ἱπποκράτης Δαμαγήτῳ χαίρειν.

Οἶδα παρὰ σοὶ γενόμενος ἐν Ῥόδῳ, Δαμάγητε, τὴν ναῦν ἐκείνην, Ἅλιος ἐπιγραφὴ ἦν αὐτῇ, πάγκαλόν τινα καὶ εὔπρυμνον, ἱκανῶς τε τετροπισμένην καὶ διάβασιν εἶχε πολλήν· ἐπῄνεις δὲ καὶ τὸ ναυτικὸν αὐτῆς ὡς ὀξὺ καὶ ἀσφαλὲς καὶ εὔτεχνον ὑπουργῆσαι καὶ τοῦ πλοῦ τὴν εὐδρομίην. Ταύτην ἔκπεμψον ἡμῖν, ἀλλ' εἰ οἷόν τε, μὴ κώπαις, ἀλλὰ πτεροῖς ἐρετμώσας· ἐπείγει γὰρ

14.

Hippocrates Damageto S.

Cum apud te Rhodi essem, Damagete, navem illam vidi, cui Solis inscriptio inerat, quae mihi perpulchra, puppi probe et idonea carina instructa, multaque transtra habere visa est. Tu vero eam commendabas, quod ad navigandum velox esset, tuta, ad regendum bene fabricata, facilemque navigationis cursum haberet. Eam ad nos mittito, sed si fieri possit, non remis, sed alarum remigio instructam. Res enim valde

ἐπεί C. b., ἔπειτ' codd. 5.; — οὐ pro οὐδέ mss. 6.; — eademque παρενοχλέουσι.

οἰκήσεις — ἐκδημίην.] γονῆας b.; — ἀποδημίην mss. 6. — Advertit μένοντος πρὸς τοὺς γονέας, quin primo credidi vitium subesse; compara tamen Soph. Aiacis vs. 80. ἐμοὶ μὲν ἀρκεῖ τοῦτον ἐς δόμους μένειν.

ἐπισκόπει — γερόντιον.] δ' ὅμως, ὅμως omm. codd. 6.; — post σωφρόνως omnes καὶ μὴ τῇ τοῦ ἀνδρὸς ἀπουσίῃ (διὰ τὴν τοῦ ἀ. ἀπουσίην alia codd. lectio est) ἄλλους ἄνδρας νομίσῃ, quae verba scholion referunt, s. potius iocosam lectoris nescio cuius adnotationem, quam reieci. In seqq. μέν om. D.; — οὖν pro γάρ codd. 5., γάρ om. τ.; — ἦν ἐξ ἀρχῆς mss. 3.; — καὶ τοὺς γον. ἀστ. mss. 5.; — ἐκτόπως omm. codd. 5.; — μάλα omm. mss. 4.

ἀλλ' — καθυλομανέει.] Adnotat Littr. in J. in margine legi; ὁ τὰς ῥίζας τέμνων γε νοσημάτων, ῥίζας πάνυ δέδοικε τὰς τῆς συζύγου. Nempe ad ridiculum epistolae locum facetus sibi visus aliquis duos hos versiculos adposuit;

ὁ τὰς ῥίζας τέμνων γε τῶν νοσημάτων,
ῥίζας πάνυ δέδοικε τὰς τῆς συζύγου! —

Fert τοῦ σωφρονιζ. b.; — καὶ τὸ ἀκόλαστον codd. 5., καί om. vulg.; — καθ' ἡμέρας vulg., καθ' ἡμέρην e mss. nonnullis Littr.; — ἐπισκώπτοιτο sec. m. in H., ἐκκόπτοιτο codd. 6.; — ὥσπερ mss. 6.; — δένδρα vulg., δένδραα sec. m. in H. υ. b.

ἐγὼ — ἔρρωσο.] ἀκριβέστερον οἶμαι mss. 6.; — πάθος nonnulli libri; — ἐπισκιάζεται aliquot libri; — ἁπανταχῇ pro ἐν παντί J.; — ἐπ' vulg., sed ὑπ' Littr. cum Ald. et mss. 6.

Ep. 14.

οἶδα — εὐδρομίην.] Δημάγητε mss. 3.; — ἢ ante ἅλιος sec. m. in H. b.; — τε omm. Ald., codd. 14.; — ἔντεχνον codd. 6.

ταύτην — Δημόκριτον.] ἀλλ' omm. mss. 6.; — ἐρετμώσας αὐτήν vulg., sed αὐτήν omm. C. b.; — ἐπείγει οὖν τὸ πρ. codd. 5.; — καὶ φιλότης vulg. pro φιλότης καὶ μάλα,

τὸ πρῆγμα, Φιλότης, μάλα εἰς Ἄβδηρα διαπλεῦσαι πάνυ ταχέως· βούλομαι γὰρ νοσέουσαν ἰήσασθαι. πόλιν διὰ νοσέοντα ἕνα Δημόκριτον. Ἀκούεις που τἀνδρὸς τὸ κλέος, τοῦτον ἡ πατρὶς ᾐτίηται μανίῃ κεκακῶσθαι· ἐγὼ δὲ βούλομαι, μᾶλλον δὲ εὔχομαι, μὴ ὄντως αὐτὸν παρακόπτειν, ἀλλ' ἐκείνοισι δόξαν εἶναι. Γελᾷ, φασὶν, αἰεὶ καὶ οὐ παύεται γελῶν ἐπὶ παντὶ πρήγματι καὶ σημεῖον αὐτοῖσι μανίης τοῦτο δοκέει· ὅθεν λέγε τοῖσι ἐν Ῥόδῳ φίλοισι μετριάζειν αἰεὶ, καὶ μὴ πολλὰ γελᾷν, μηδὲ πολλὰ σκυθρωπάζειν, ἀλλὰ τούτων ἀμφοῖν τὸ μέτριον κτήσασθαι, ἵνα τοῖς μὲν χαριέστατος εἶναι δόξειας, τοῖς δὲ φροντιστὴς περὶ ἀρετῆς μερμηρίζων. Ἔνι μέντοι τι, Δημάγητε, κακὸν, παρ' ἕκαστον αὐτοῦ γελῶντος· εἰ γὰρ ἡ ἀμετρίη φλαῦρον, τὸ διὰ παντὸς φλαυρότερον. Καὶ εἴποιμ' ἂν αὐτῷ· Δημόκριτε, καὶ νοσέοντος καὶ κτεινομένου καὶ τεθνεῶτος καὶ πολιορκουμένου καὶ παντὸς ἐμπίπτοντος κακοῦ, ἕκαστον τῶν πρησσομένων ὕλη σοι γέλωτος ὑπόκειται. Οὐ θεομαχεῖς δὲ, εἰ δύο ἐόντων ἐν κόσμῳ, χαρᾶς καὶ λύπης, σὺ θάτερον αὐτῶν ἐκβέβληκας; μακάριος γ' ἂν ἧς, ἀλλ' ἀδύνατον, εἰ μὴ μήτε μήτηρ σοι νενόσηκε, μήτε πατὴρ, μήτε τὰ ὕστερον τέκνα ἢ γυνὴ ἢ φίλος, ἀλλὰ διὰ τὸν σὸν γέλωτα, ἵνα διασώζεται, εὐτυχέεις πάντα. Ἀλλὰ νοσεύντων γελᾷς, ἀποθνησκόντων χαίρεις, εἴ τι που πύθοιο κακὸν, εὐφραίνει· ὡς πονηρότατος εἶ, ὦ Δημόκριτε, καὶ πόρρω γε σοφίης, εἰ νομίζεις αὐτὰ μηδὲ κακὰ εἶναι· μελαγχολᾷς οὖν, Δημόκριτε,

urget, amice, ut quam citissime in Abderam traiiciam. Aegrotantem enim urbem propter unum Democritum morbo affectum curare volo. Audivisti profecto famam viri; hunc patria dementiae insimulat. At ego cupio, magis autem opto, eum re ipsa non delirare, sed eos ita opinari. Ridet semper, inquiunt, neque in quovis negotio ridere cessat, hocque illis insaniae signum videtur. Quare nostros, qui Rhodi sunt, amicos moneto ut semper modum teneant neque multum rideant, neque multum tetrici sint, sed inter haec modum teneant, uti his quidem gravissimus esse videaris, illis vero cogitationi deditus de virtute anxie meditans. Inest sane, Demagete, vitii aliquid, quod ad singula rideat. Si enim immoderantia vitiosa est, quae perpetua, vitiosior. Eum autem sic alloquar: Democrite, si quis aegrotat, si quis interficitur, moritur et obsidetur et si quid mali incidit et quidquid sit, materiem tibi risus id praebet. Annon bellum diis indicere videris, si cum duo sint in mundo, gaudium et tristitia, alterum a te reiicias? Beatus certe mihi videaris; verum id fieri nequit, nisi neque mater tibi aegrotet, nec pater, nec tandem liberi aut uxor aut amicus; sed quando conservantur, propter tuum risum beatus es in rebus quibusvis. Sed quod cum aegrotant rides, cum moriuntur gaudes; si quod malum audieris, exhilararis, maxime improbus es, Democrite, longeque a sapientia aberras, si haec vitia non existimas. Atra igitur bile vexaris, Democrite, et periculum ne ipse Abderitanus habearis, prudentior autem sit ci-

quod Littr. revocavit ex Ald. et mss. 15.; — καὶ μάλα εἰς Ἀβδ. ceteri; otiosum καί eieci; — διαπλεῦσαι καί J.; — μάλα pro πάνυ Parr. 6.; — γάρ omm. mss. 7.; — ἕνα omm. Ald., Parr. 6.

ἀκούεις — εἶναι.] ποτ' ἀνδρός vulg., που τἀνδρός Littr. cum mss. pluribus; — που τὸ κλέος τοῦ ἀνδρός alia 5.; — αἰτιῆται D., ἡγεῖται G. b.; — δέ ante βούλομαι om. D., γε pro δέ mss. 5.; — μᾶλλον δὲ εὔχομαι codd. 5. omm.

γελᾷ — μερμηρίζων.] γελῇ vulgo, γελᾷ Parr. 4., γελᾶν Ald. K.; — οὐδέποτε παύεται mss. 6.; — τοῦτο μανίης mss. 7.; — αἰεὶ μετριάζειν b.; — γελῆν vulgo, γελᾶν mss. 7.; — μηδὲ αὖ pro μηδέ J.; — οἷς δὲ φροντ. mss. 13.

ἔνι — φλαυρότερον.] ἔνι τι μέντοι Parr. 4., ἔν τι pro ἔνι J.. τι omm. mss, 7.; — δημάγητε cod. ψ.; — φαῦλα et φαυλότερον D. τ.

καὶ — ὑπόκειται.] καί ante νοσέοντος om. C.

οὐ — πάντα.] ἐόντοιν mss. 5.; — ἐν τῷ κόσμῳ J.; — καὶ χαρᾶς καὶ λύπης Parr. 5.; λύπης καὶ χαρᾶς mss. 7.; λύπης τε καὶ χαρᾶς cod. τ.; — θρασύτερον pro θάτερον cod. υ.; — αὐτῶν omm. mss. 5.; — ἀλλ' — τέκνα om. K.; — τ' om. C.; — μήτε ante μήτηρ om. C.; — ἡ μήτηρ mss. 5.; — τυχόν pro ὕστερον F. G., τυχόντα J.; — τέκνα μὴ γυνὴ μὴ φίλος codd. 6.; — διασώζηται edd. ante. codd. 7. Lind.; — εὐτυχεῖς vulgo, εὐτυχέεις mss. 6.; — τά ante πάντα codd. duo, Littr., vulgo om.; Littréus ἕνα pro ἵνα de suo et εὐτυχῶς pro εὐτυχεῖς item de suo, qua in re illum non sequor; — quod desideratur in periodo, me iudice. acquiris si μή ante μήτε, de quo dixi, scripseris.

ἀλλὰ — πόλις.] τὰ ἄλλα pro ἄλλα mss. 6.; — γελῆς b.; — πύθεαι cod. υ., εὐφραίνεαι mss. 6., εὐφραίνῃ vulg.; — ἦν vulg., ἢ permulta mss., unde εἰ Littr.; — ὦ Δημοκρ. codd. 3.; — δ' ἡ πόλις b.; ἡ omm. codd. 6.

κινδυνεύων καὶ αὐτὸς Ἀβδερίτης εἶναι, φρονιμωτέρη δὲ ἡ πόλις. Ἀλλὰ περὶ μὲν δὴ τούτων ἀκριβέστερον ἐκεῖ λέξομεν, Δαμάγητε· ἡ δὲ ναῦς καὶ τὸν χρόνον, ὃν ἐπιστέλλω σοι, χρονίζει. Ἔρρωσο.

vitas. Verum de his quidem, Damagete, illic exactius disseremus. Navis antem etiam tempore hoc, quo ad te scribo, moratur. Vale.

ιε΄.

Ἱπποκράτης
Φιλοποίμενι χαίρειν.

Ξύννους καὶ πεφροντικὼς ὑπὲρ Δημοκρίτεω, αὐτῇ ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ καταδαρθὼν, πρὸς ἀρχομένην τὴν ἕω ὄναρ ἐφαντάσθην· ἐξ οὗ νομίζω κάρτα μηδὲν ἐπισφαλὲς γενήσεσθαι· ἐκπάγλως δὲ διηγέρθην. Ἐδόκεον γὰρ αὐτὸν τὸν Ἀσκληπιὸν ὁρῆν, φαίνεσθαί τε αὐτὸν πλησίον· ἤδη δὲ πρὸς τῇσι τῶν Ἀβδηριτέων πύλῃσι ἐτυγχάνομεν. Ὁ δὲ Ἀσκληπιὸς, οὐχ ὡς εἰώθεσαν αὐτοῦ αἱ εἰκόνες, μειλιχός τε καὶ πρᾷος ἰδέσθαι κατεφαίνετο, ἀλλὰ διεγηγερμένος τῇ σχέσι καὶ ἰδέσθαι φοβερώτερος· εἵποντο δὲ αὐτῷ δράκοντες, χρῆμά τι ἑρπετῶν ὑπερφυὲς, ἐπειγόμενοι δὲ καὶ αὐτοὶ μακρῷ τῷ ἐπισύρματι, καί τι φρικῶδες ὡς ἐν ἐρημίῃσι καὶ νάπῃσι κοίλῃσι ὑποσυρίζοντες· οἱ δὲ κάτοπιν ἑταῖροι κίστας φαρμάκων εὖ μάλα περιεσφηκωμένας ἔχοντες ἤϊσαν. Ἔπειτα ὤρεξέ μοι τὴν χεῖρα ὁ θεός· κἀγὼ λαβόμενος ἀσμένως ἐλιπάρεον ξυνέρχεσθαι καὶ μὴ καθυστερέειν μου τῆς θεραπείης· ὁ δὲ, οὐδέν τι, ἔφη, ἐν τῷ παρεόντι ἐμεῦ χρήζεις, ἀλλὰ σε αὕτη τὰ νῦν ξεναγήσει ἡ θεὸς κοινὴ ἀθανάτων τε καὶ θνητῶν. Ἐγὼ δὲ ἐπιστραφεὶς ὁρέω γυναῖκα καλήν τε καὶ μεγάλην ἀφελὲς πεπλοκισμένην, λαμπρείμονα· διέλαμπον

15.

Hippocrates
Philopoemeni S.

Cum cogitabundus et sollicitus de Democriti salute essem, illaque ipsa nocte dormirem, sub aurorae initium somnium mihi visum est, ex quo nihil admodum periculi eventurum existimo. Mirandum autem in modum e somno excitatus sum. Ipsum enim Aesculapium coram praesentem videre mihi videbar, cum iam ad Abderitanas portas pervenissemus. At Aesculapius non ea lenitate et facilitate, qua illius imagines conspici solent, videbatur, sed habitus erat commoto similis et aspectus magis horrendus. Sequebantur autem eum dracones inter reptilia eximii longoque tractu festinantes, horrendum quiddam velut in solitudinibus et cavis vallibus subsibilantes. Pone ibant comites medicamentorum cistas probe obturatas habentes. Deinde mihi manum deus porrexit, qua lubenter arrepta rogabam mecum uti veniret, neque me in curatione desereret. Ille vero: nihil, inquit, mea opera in praesentia indiges, verum haec communis tum immortalium, tum mortalium dea te nunc hospitem deducet. At ego conversus mulierem tum pulchram tum magnam adspicio, simplici capillorum ornatu, splendido cultu, cuius oculorum orbes claro lumine luce-

---

ἀλλὰ — ἔρρωσο.] δέ omm. mss. 8.; — ἐκεῖσε codd. 9.; — δημάγητε mss. 3.; — τὸν χρόνον τοῦτον Littr. cum mss. 8., vulgo τοῦτον om., neque ego recipio.

Ep. 15.

ξύννους — διηγέρθην.] αὐτῇ omm. mss. 6.; — καταδαρθών τε K., sine πρός; — ἀρχομένῃ τῇ mss. 6.; — ἐκπλαγεὶς δέ C., ἐκπλαγής Littr.; servo vulgatam, nisi quod δέ pro vulgato γάρ ex C. recipio.

ἐδόκεον — ἐτυγχάνομεν.] τε Littr. cum. mss. 7.; vulgo om.; — αὐτέω b., αὐτέου vulg., αὐτὸν Littr. cum mss. 6.; — τῶν omm. mss. 5.

ὁ δὲ — ἤϊσαν.] δ' J.; — μείλιχόν τε καὶ πρᾷον vulg., μελίχιός τε καὶ πρᾷος mss. 6., unde nominativum dedit Littr., — ὑπερφυέες mss. 9.; — αὐτῷ vulg., αὐτοί Littr. cum mss. 14.; — ἐρημίῃ mss. 12.; — ὑποσυρίττοντες codd. 3.; — ἤεσαν ceteri.

ἔπειτα — θνητῶν.] ὤρεξε δέ mss. 6., sine ἔπειτα; — ἄσμενος mss. 5., ἐσσυμένως b.; — τί μου mss. 5., ποι Ald., Parr. 5.; — ἐμέο C.; — χρήζεις ἐμέο mss. 6.; — σεαυτῷ alia m. σε αὐτῇ K., αὐτή vulg., αὕτη C., sec. m. in H., alii 5. et Littr., ἡ de meo addidi; — τὰ νῦν omm. codd. 6.

ἐγὼ — δοκέειν.] λαμπρήμονα vulg., λαμπρείμονα mss. 14., Lind., Littr.; — δέ C. K.

δ' αὐτῆς οἱ τῶν ὀμμάτων κύκλοι καθαρόν τι φῶς, οἷον ἀστέρων μαρμαρυγὰς δοκέειν. Καὶ ὁ μὲν δαίμων ἐχωρίσθη· κείνη δὲ ἡ γυνὴ πιέσασά με τοῦ καρποῦ μαλθακῇ τινι εὐτονίῃ, διὰ τοῦ ἄστεος ἦγε φιλοφρονεομένη· ὡς δὲ πλησίον τῆς οἰκίης ἦμεν, ἵνα τὴν ξενίην ἐδόκεον εὐτρεπίσθαι, ἀπῄει ὡς φάσμα, μόνον εἰποῦσα· αὔριόν σε παρὰ Δημοκρίτῳ καταλήψομαι. Ἤδη δὲ αὐτῆς μεταστρεφομένης, δέομαι, φημὶ, ἀρίστη, τίς εἶ καὶ τίνα σε καλέομεν; ἡ δὲ, Ἀλήθεια, ἔφη· αὕτη δὲ, ἣν προσιοῦσαν ὁρῇς, — καὶ ἐξαίφνης ἑτέρη τις κατεφαίνετό μοι, οὐκ ἀκαλλὴς μὲν οὐδ' αὕτη, θρασυτέρη δὲ ἰδέσθαι καὶ σεσοβημένη, — Δόξα, ἔφη, καλέεται, κατοικέει δὲ παρὰ τοῖσι Ἀβδηρίτῃσι. Ἐγὼ μὲν οὖν ἀναστὰς ὑπεκρινάμην ἐμαυτῷ τὸ ὄναρ, ὅτι οὐ δέοιτο ἰητροῦ Δημόκριτος, ὅπου γε αὐτὸς ὁ θεραπεύων θεὸς ἀπέστη, ὡς οὐκ ἔχων ὕλην θεραπείης· ἀλλὰ ἡ μὲν ἀλήθεια τοῦ ὑγιαίνειν παρὰ Δημοκρίτῳ μένει, ἡ δὲ τοῦ νοσέειν αὐτὸν δόξα παρὰ Ἀβδηρίτῃσι ὄντως κατῴκηκε. Ταῦτα πιστεύω ἀληθέα εἶναι, Φιλοποίμην, καὶ ἔστι, καὶ οὐκ ἀπογιγνώσκω τὰ ὀνείρατα, μάλιστα δὲ ὁκόταν καὶ τάξιν διαφυλάσσῃ. Ἰητρικὴ δὲ καὶ μαντικὴ πάνυ ξυγγενέες εἰσὶ, ἐπειδὴ καὶ τῶν δύο τεχνέων πατὴρ εἷς Ἀπόλλων, ὁ καὶ πρόγονος ἡμέων, ἐούσας καὶ ἐσομένας νούσους προαγορεύων καὶ νοσέοντας καὶ νοσήσοντας ἰώμενος. Ἔρρωσο.

bant, uti stellarum fulgores viderentur. Et deus quidem discessit, mulier vero illa oppressa manu me levi quodam passu per urbem perhumaniter complexa deduxit. Ubi vero ad domum venimus, ubi mihi hospitium paratum putabam, velut spectrum discessit, solum dicens: cras te apud Democritum offendam. Qua iam discedente: quaeso, optima, inquam, quaenam es et quod tibi nomen est? Veritas, inquit. Quam vero accedentem vides Opinio est, inquit, confestimque altera quaedam mihi visa est, neque indecora haec quidem, ferociore tamen et fastuoso aspectu et apud Abderitanos habitat. Experrectus igitur mihi ipsi somnium explanavi; quod ex quo ipse deus medendi auctor discessisset, tanquam nullam curandi habeat materiem, Democritus medico non indigeat, sed veritas ipsa, quod sanus sit, apud Democritum manet, opinio vero quod aegrotet, re vera apud Abderitanos habitat. Haec vera esse, ut sunt, credo, Philopoemen, neque somnia reiicio, praesertim, quae ordinem conservant. Medicina autem et divinatio magnam inter se connexionem habent, quandoquidem duarum artium pater est unus Apollo, progenitor noster, qui et praesentes et futuros morbos praedicebat et aegrotantes et aegrotaturos curabat. Vale.

ιϛ'.

Ἱπποκράτης Κρατεύᾳ χαίρειν.

Ἐπίσταμαί σε ῥιζότομον ἄριστον, ὦ ἑταῖρε,

16.

Hippocrates Crateuae S.

Scio te, o amice! praestantissimum esse her-

καὶ — καταλήψομαι.] ἡ δὲ γυνὴ κείνη J.; — πιέζασα mss. 6.; — μαλακῇ J. sine τινι; — οἷον εἰποῦσα vulg., sed mss. 12. ferunt μόνον, εἰποῦσα, quod recipiendum visum est; — δημοκρίτεω vulg., δημοκρίτῳ codd. sex.

Ἤδη — Ἀβδηρίτῃσι] ἔφην codd. 6.; — ὦ ἀρίστη libri 2.; — αὐτήν Ald., Parr. 4.; — προσιεῦσαν vulg., προσιοῦσαν mss. 14.; — οὐ κακὴ μέν vulg., οὐκ ἄλλης μέν alii, οὐκ ἀκαλλῆς μέν Littr. cum C., sec. m. in H. b.; — οὐδέ codd. 3.; — ἔφη b.; — καλέεσθαι unus ω.; — ἀβδηρίτῃσιν mss. 3.

Ἐγώ — κατῴκηκε.] ὑπεκρινόμην C.; — τοὔναρ C. b.; — δέοιτο mss. 6.; — ὡς omm. codd. 6.; — θεραπηΐης sec. m. in H. b.; — ἀλλ' mss. 4.; — δημοκρίτεω vulg., δημοκρίτῳ codd. 3.; — ἀβδηρίτῃσι mss. 3.; — κατοικέει codd. 6.

ταῦτα — διαφυλάσσῃ.] ὦ Φιλ. b.; — καί ante οὐκ omm. mss. 5.; — διαφυλάττῃ Littr. cum mss., per σσ de meo scripsi.

ἰητρικὴ — ἔρρωσο.] καὶ πάνυ ξυγγενέες ceteri; otiosum καί abieci; — ἐπεί mss. 12.; — εἷς πατὴρ ὁ Ἀπολλ. mss. 6.

Ep. 16.

ἐπίσταμαι — κρατεύα.] ῥιζοτόμων b.; — ὦ omm. codd.

καὶ διὰ τεὴν ἄσκησιν καὶ διὰ προγόνων κλέος, ὡς μηδὲν ἀποδεῖν σε τοῦ προπάτορος Κρατεύα. Νῦν οὖν, εἰ καί ποτε ἄλλοτε, βοτανολόγησον ὁκόσα τε καὶ ὁκοῖα δύνασαι, ἀναγκαίη γὰρ ἐπείγει, καὶ διάπεμψαί μοι ἐπ' ἄνδρα ὅλῃ πόλι ἰσοστάσιον, Ἀβδηρίτην μὲν, ἀλλὰ Δημόκριτον· νοσέειν γάρ φασι αὐτὸν καὶ καθάρσιος μάλα χρήζειν ἐντὸς μανίης ἐόντα. Μὴ χρησαίμεθα μέντοι τοῖσι φαρμάκοισι, ὥσπερ καὶ πέπεισμαι· ἀλλ' ὅμως εὐτρεπίσθαι χρὴ πανταχόθεν. Τὸ δὲ χρῆμα τῶν βοτανῶν παρὰ σοὶ πολλάκις ἐθωύμασα, ὡς καὶ τὴν τῶν ὅλων φύσιν τε καὶ διάταξιν καὶ τὸ ἱερωτάτων γῆς ἵδρυμα, ἐξ ἧς ζῷα καὶ φυτὰ καὶ τροφαὶ καὶ φάρμακα καὶ τύχη καὶ ὁ πλοῦτος αὐτὸς ἀναφύεται· οὐδὲ γὰρ ἂν εἶχε οἷ ἐπιβῇ ἡ φιλαργυρία, οὐδ' ἂν Ἀβδηρῖταί με νῦν δέκα ταλάντοις ἐδελέαζον, ἀντὶ ἰητροῦ μισθωτὸν ἐλέγχοντες. Εἴθε δὲ ἠδύνασο, Κράτευα, τῆς φιλαργυρίης τὴν πικρὴν ῥίζαν ἐκκόψαι, ὡς μηδὲ λείψανον αὐτῆς ἀφεῖναι, εὖ ἴσθι ἐκαθήραμεν ἂν τῶν ἀνθρώπων μετὰ τῶν σωμάτων καὶ τὰς ψυχὰς νοσεούσας. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εὐχαὶ, σὺ δ' ἡμῖν τὸ παρεὸν μάλιστα τὰς ὀρεινὰς καὶ ὑψηλολόφους βοτάνας ῥιζοτόμει· στερεώτεραι γὰρ τῶν ὑδρηλοτέρων εἰσὶ καὶ δριμύτεραι μᾶλλον διὰ τὴν τῆς γῆς πυκνότητα καὶ τὴν λεπτότητα τοῦ ἠέρος· ὅ τι γὰρ ἕλκουσι ἐμψυχότερόν ἐστι. Πειρήθητι δ' ὅμως καὶ τὰς παρὰ λίμναις πεφυκυίας ἀνθολογῆσαι καὶ τὰς παραποταμίους ἢ πιδακίτιδας παρ' ἡμῖν καλεομένας, ἃς δὴ ἀσθενέας καὶ ἀτόνους καὶ γλυ-

barium, teque propter studium et maiorum gloriam nihil Crateuae proavo tuo cedere. Nunc igitur, si unquam alias, quantas et qualescumque poteris herbas lege, cum necessitas urgeat; easque ad nos transmitte, ad virum curandum, Abderitam quidem, verum Democritum, toti civitati aequiparandum. Eum enim aegrotare aiunt et insania detentum purgatione valde indigere. Non tamen medicamentis utendum fore, confido, sed tamen undiquaque instructum esse oportet. Rem autem herbariam apud te semper miratus sum, ut et rerum universarum naturam et ordinem, sanctissimumque terrae solum, ex quo animantia, plantae, alimenta, medicamenta, fortuna, divitiaeque ipsae promanant. Neque enim alioqui pecuniae cupiditas haberet ubi consisteret, neque me nunc Abderitae decem talentis allectassent et pro medico mercede conductum deprehendissent. Quodsi, Crateua, amaram pecuniae cupiditatis radicem exscindere possis, ut ne vestigium quidem eius supersit, hoc probe teneto, quod una cum hominum corporibus etiam animos male affectos purgaremus. Sed haec quidem in votis habenda. Tu vero nobis, quod praesens est montanas et ex summis collibus herbas legito. Nam ob soli densitatem et aëris tenuitatem aquosioribus sunt solidiores et vehementiores. Quod enim attrahunt magis est animatum. Tenta tamen ut etiam ex his quae circa stagna nascuntur flores colligas et eas quae apud nos ex aquis salientibus vocantur, quas sane imbecillas et remissas ac dulcis succi esse mihi persuadeo. Succi autem

3.; — τήν pro τεήν Ald., mss. 13., τὴν τεήν Q.'; — τό ante προγ. κλέος mss. 6.; — δέ pro μηδέν cod. υ.; — ἀποδεῖν σε δυνάμει τοῦ vulg., δυνάμει omm. Ald. et codd. 14.

νῦν — ἐόντα.] διάπεμψαί μοι ταῦτα (αὐτά mss. 7.) vulgata; ego pronomen reucio; — ὅλῃ τῇ πόλει cod. υ.; — αὐτόν φασι mss. 6.

μὴ χρησαίμεθα — πανταχόθεν.] μὲν οὖν (οὖν omm. D. G. H. cum τοι alia m. I. J. K.) vulg.; — μέντοι C. (b. οὖν σου al. m.) Littr.; — εὐτρεπεῖσθαι vulg., εὐτρεπίσασθαι Littr. cum mss. 8.; equidem εὐτρεπίσθαι scripsi ex vulgata lect., uti supra in his Epistolis.

τὸ δὲ — ἐλέγχοντες.] πολλάκις παρὰ σοί codd. 6.; — ἐθαύμασα Ald., mss. 13., Littr.; — ὡς om. Ald., mss. 7.; — ὅλων γε vulg., γε omm. Ald., mss. 12., Littr.; — τάξιν cod. ψ.; — τὰ ζ. καὶ τὰ φ. mss. 6.; — ἄν ante εἶχε omm. mss. 13.; — οὐδ' αὖ Lind. pro οὐδ' ἄν; — μέν pro με cod. υ.

εἴθε — νοσεούσας.] εἰ δ' ἐδύνασο vulg., εἴθε δὲ ἠδύνασο mss. 7., Littr.; — ῥίζην D., Littr.; — μηδὲν λείψανον αὐτῆς vulg., μ. αυτῆς λ. codd. 14.; ego de meo in vulgata μηδέ scripsi; — ὡς ἐκαθήραμεν vulg., ὡς omm. mss. 14.; — καί et νοσεούσας omm. mss. aliquot.

ἀλλὰ — ἐστι.] εὔχεο, εὔχαιο, εὔξαιο in paucis mss. occurrunt; — ὑψηλόφους vulg., ὑψηλολόφους Parr. 5., Littr.; — ῥιζοτόμει βοτάνας mss. 6.; — στερρότεραι D.; — εἰσί om. J.; — τήν ante λεπτότητα om. K.; — εὐψυχρότερον Ald., mss. 7.; — ἐστι om. υ.

πειρήθητι — πέπεισμαι.] τὰς παρὰ λίμναις ἐλείους πεφυκυίας unde ἐλείους, quod glossema est ad παρὰ λίμναις πεφυκυίας olim adscriptum, eiicio; — ποταμίους vulg., παραποτ. mss. 12.; — ἢ κρηνίτιδας ἢ πιδακίτιδας vulg.; — ἢ πιδακ. omm. mss. 6., ego κρηνίτιδας omitto, quum glossema sit ad πιδακίτ. spectans; — παρ' ἡμῖν καλεομένας,

κυχύλους εἶναι πέπεισμαι. Πάντα δὲ ὁκόσα χυλοί τε καὶ ὀποὶ ῥέοντες, ἐν ὑαλίνοισι ἀγγείοισι φερέσθωσαν· ὁκόσα δ' αὖ φύλλα ἢ ἄνθεα, ἢ ῥίζαι, ἐν κώθωσι καινοῖσι περιεσφηκωμένοισι, ὅκως μὴ διαρριπιζόμενα τῇσι πνοῇσι ἐκλείπῃ τὸν τόνον τῆς φαρμακείης, ὥσπερ ἀποψυχήσαντα· ἀλλ' εὐθὺς ἡμῖν ταῦτα πέμψον. Καὶ γὰρ ἡ ὥρη τοῦ ἔτεος ἁρμόδιος, καὶ ἡ ἀνάγκη τῆς λεγομένης μανίης ἐπείγει· τέχνης δὲ πάσης μὲν ἀλλότριον ἀναβολὴ, ἰητρικῆς δὲ καὶ πάνυ, ἐν ᾗ ψυχῆς κίνδυνος ἡ ὑπέρθεσις· ψυχαὶ δὲ τῶν θεραπειῶν οἱ καιροὶ, ὧν ἡ παραφυλακὴ τὸ τέλος. Ἔλπομαι μὲν οὖν ὑγιέα εἶναι τὸν Δημόκριτον καὶ δίχα ἰήσιος· εἰ δ' ἄρα τι σφάλμα φύσιος ἢ καιροῦ ἢ ἄλλη τις αἰτίη γένοιτο, πολλὰ γὰρ ἂν ἡμέας θνητοὺς ἐόντας λάθοι, ἅτε μὴ πάγχυ δι' ἀτρεκείης εὐτονέοντας, ἐπὶ τὸ ἄδηλον πᾶσαν χρεὼν δύναμιν ἠθροῖσθαι. Οὐ γὰρ ἀρκέεται ὁ κινδυνεύων οἷς δυνάμεθα, ἀλλ' ἐπιθυμεῖ καὶ ἃ μὴ δυνάμεθα· καὶ σχεδὸν πρὸς δύο στρατευόμεθα τέλεα, τὸ μὲν ἀνθρώπου, τὸ δὲ τέχνης, ὧν τὸ μὲν ἄδηλον, τὸ δὲ τῆς ἐπιστήμης ὥρισται. Δεῖ δὲ ἐν ἀμφοτέροισι τούτοισι καὶ τύχης· τῷ γὰρ ἀτεκμάρτῳ ἐν τῇσι καθάρσισι δι' εὐλαβείης ἰτέον· καὶ γὰρ κἂν στομάχου κακῶσιν ὑφορώμεθα, ξυμμετρίην φαρμακείης πρὸς ἀγνοουμένην φύσιν στοχαζόμεθα· οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ καὶ μία φύσις ἁπάντων, αἰεὶ πρὸς ἑωυτὴν ὁρίζουσα τὸ οἰκεῖον. Ἐνίοτε δὲ καὶ τῇσι βοτάνῃσι πολλὰ

omnes et fluidi liquores in vitreis vasis adferantur, ac rursus folia, flores et radices in fictilibus novis, probe obturatis, ut ne ventis difflata vim medicam tanquam animo deficientes deserant; verum haec ad nos confestim mitte. Anni enim tempestas commoda est et dictae insaniae necessitas urget. Cum enim ab omni arte aliena sit procrastinatio, tum vero maxime a medicina, in qua dilatio vitae periculum adfert. Temporum autem opportunitates curationum sunt animi, earumque observatio, finis. Democritum sane quidem etiam citra medelam convaliturum spero. Si vero aliquod naturae aut occasionis, aut alterius alicuius causae erratum accidat, multa namque nos mortales latent, cum non admodum veritate praestemus, ad id quod obscurum est facultatem omnem congregatam esse oportet. Neque enim ei, qui in periculo constitutus est, satis sunt quae possumus, verum etiam quae non possumus expetit, fereque ad duos fines bellum inferimus, unum quidem hominis, alterum vero artis. Horum alter quidem obscurus est, alter vero artis circumscriptus est et in his ambobus fortuna opus est. Ubi enim certa indicia non habentur in purgationibus cum cautione pergimus. Nam etiam ubi stomachum male affectum suspicamur, conjecturam facimus pro incognita (aegri) natura de purgationis vi modica. Neque enim una eademque est omnium natura, quae semper definiat quod sibi aptum sit. Interdum autem

ὡς δὴ om. C.; ὑμῖν Ald. mss. 5., ὡς δή omm. mss. 12., in quorum uno rest. al. m.; — δή om. H. b.; — γλυκυχύμους J.

πάντα — πέμψον.] τε omm. mss. 5.; — δ' ἂν φύλλα J, τ. b.; — διαυγαζόμενα vulg.; διαρριπιζόμενα mss. 6., Littr.; advertit mira varietas lectionis: latetne in vulgata aliquid ab αὐλῇ ductum? — ἐκλείπῃ vulg., ἐκλίπῃ Littr. cum mss. 8.; — λειποψυχήσαντα C., Littr., ἀποψυχήσαντα mss. 14., in quorum uno sec. m. λιποψυχήσαντα, quod b. fert.

καὶ γὰρ — τέλος.] τέχνης μὲν γὰρ (δέ pro μὲν γάρ Littr. cum mss. 15.) πάσης (μέν addunt codd. 7.) ἀλλ. vulg.; — ψυχῆς δέ pro ψυχαὶ δέ Ald.; — θεραπηΐων H. al. m. b.

ἔλπομαι — ἠθροῖσθαι.] μέν omm. mss. 5.; — τὸν Δημοκρ. ὑγ. εἶναι J.; — ἄλλης τινὸς αἰτίης vulg., codd. sex Littr. nominativum praebuerunt; — ἂν post γάρ recepi e mss. 6., vulgo om.; — χρέον F. I., χρεώ codd. 7., χρέων D., sec. m. in H. J. K., χρέος vulg.; — ἡρμάσθαι sec. m. in b. pro ἠθροῖσθαι.

οὐ — ὥρισται.] ἀεί post σχεδόν sec. m. in H., alii codd. 7., Littr.; vulgo om., neque ego recipio; — τέλεα omm. mss. 8., in quorum uno rest. alia m.

δεῖ — οἰκεῖον.] δ' b.; — τοῖσι codd. 2. pro τούτοισι; — tum τὸ — ἀτέκμαρτον vulg., dativum de meo dedi; — ἰόντων vulg., τοῖσιν εἶ ἡ πόκις (sic) pro ἰόντων Ald.; dedit ἰατέον de suo Littr., equidem de meo ἰτέον, sed hac de causa supra τῷ — ἀτεκμάρτῳ scripsi ut eo ἰτέον referrem; — καὶ γὰρ καί vulg., καὶ γάρ omm. mss. 6., καί post γάρ omm. mss. 9.; equidem pro eo κἂν dedi; — καὶ ξυμμετρίην ceteri; malui καί omittere; — ωὐτή pro ἡ αὐτή C. b. — At iam Littreus edidit: ἁπάντων ἕτερον δ' αἰεὶ πρὸς ἑωυτὴν ὁρίζουσα οἰκειοῖ, ἐνίοτε δὲ τὸ πᾶν ἀπώλεσε. Καὶ τοῖσι κ. τ. λ.; in quibus δ' αἰεί vulg., δὲ εἰ pro δ' αἰεί mss. 7.; — καὶ πρός vulg., καί omm. mss. 7., Littr.; — ὁρίζουσαν mss. 4.; — οἰκεῖ vulg., οἰκεῖον mss. 7., οἰκεεῖ Ald. G., οἰκειοῖ mss. 6., Lind., Littr.; — τὸ δὲ πᾶν b.; — τὸ πᾶν ἀπώλεσε omm. Ald. mss. 14. — Equidem interpolatis resectis interpunctionem loci mutavi.

ἐνίοτε — ἀφήμαρτε.] αὐτοῖς vulg., αὐτοῖσι alii, αὐτῇσι

τῶν ἑρπετῶν ἐνιοβόλησε καὶ περιχανόντα τῇ ἐντὸς αὔρῃ κάκωσιν ἀντ' ἀλεξήσιος αὐτῇσι προσέπνευσε καί, εἰ μή τις ἄρα κηλὶς ἢ σπίλος ἢ ὀδμὴ θηριώδης καὶ ἀπηνὴς τοῦ γενομένου ξύμβολον φανείη, εἶθ' ἡ τέχνη διὰ τὸ ξύμπτωμα τῆς τύχης τῆς κατορθώσιος ἀφήμαρτε. Βεβαιότεραι δ' αἰεὶ αἱ δι' ἐλλεβόρου καθάρσιές εἰσι, αἷς καὶ Μελάμπους ἐπὶ τῶν Προίτου θυγατέρων καὶ Ἀντικυρεὺς ἐφ' Ἡρακλέους ἱστορέονται κεχρῆσθαι. Μὴ χρησαίμεθα δὲ ἡμεῖς ἐπὶ Δημοκρίτου μηδενὶ τούτων, ἀλλὰ γένοιτο ἐκείνῳ τῶν δραστικωτάτων καὶ ἰητρικωτάτων φαρμάκων σοφίῃ τέλος. Ἔρρωσο.

etiam reptilia multa herbas suo veneno inficiunt, et suo circum hiatu cum interiore aura malignitatem pro auxilio inspirant, ac nisi macula quaedam, aut inquinamentum, aut ferinus et iniucundus odor rei, quae accidit, notam dederit, deinceps ars propter casum illum fortuitum a recta via aberravit. Certiores autem semper sunt per veratrum purgationes, quibus etiam Melampus ad Proeti filias et Anticyreus in Hercule usi fuisse traduntur. Ac optandum nobis ut nullum ex his in Democrito usurpemus, sed sapientia efficacissimum et praestantissimum medicamentum illi contingat et finem imponat. Vale.

ιζ'.

Ἱπποκράτης Δαμαγήτῳ χαίρειν.

Τοῦτ' ἐκεῖνο, Δαμάγητε, ὅπερ εἰκάζομεν, οὐ παρέκοπτε Δημόκριτος, ἀλλὰ πάντα ὑπερεφρόνεε καὶ ἡμέας ἐσωφρόνιζε καὶ δι' ἡμέων πάντας ἀνθρώπους. Ἐξέπεμψας δέ μοι, Φιλότης, τὴν ὡς ἀληθέως Ἀσκληπιάδα νῆα καὶ Ὑγίειαν, ἐπεὶ κατὰ δαίμονα τῷ ὄντι ἱστιοδεδρόμηκε, καὶ ἐκείνῃ τῇ ἡμέρῃ κατέπλευσε ἐς Ἄβδηρα, ᾗπερ αὐτοῖσι ἐπεστάλκεα ἀφίξεσθαι· πάντας οὖν ἀολλέας πρὸ τῶν πυλέων

17.

Hippocrates Damageto S.

Evenit id ipsum Damagete, quod coniiciebamus; non delirabat Democritus, sed in omnibus sapit nosque et per nos omnes homines sapientiores reddit. Misisti autem ad me navem vere Asclepiada et Hygieam dicendam, quoniam re vera prospero numine vela fecit et eo die Abderam navigavit, quo me perventurum scripseram. Omnes igitur pro portis congregatos offendimus, nos, sicuti sponte

codd. 2. et Littr.; — vulgo καὶ τούτου ἄγνοια ἔσται, εἰ μή τις ἄρα κ. τ. λ., sed καὶ τούτου ἄγνοια ἔσται omm. mss. 15., in quorum uno restituitur alia manu; equidem solum καί servo.

βεβαιότεραι — κεχρῆσθαι.] δ' ἂν ἀεὶ vulg., Littr. cum mss. aliquot ἂν omisit et αἰεί scripsit; — διὰ τοῦτο om. vulg. ante καθάρσιος, sed intulit e mss. 15. Littr.; equidem non recipiam; — εἰσί omm. mss. 6.; — ἡρακλέα mss. 5.

μὴ — ἔρρωσο] δ' b.; — γένοιτο mss. 6.; — ἐκείνων K. b.; — καὶ ἰητρικωτ. omm. mss. 6.; — σοφίης Ald., cum mss. 8.

Ep. 17.

τοῦτ' — ἀνθρώπους.] τοῦτο mss. 2.; — πάντως codd. 5.; — ἡμέας Ionice mss. 5.

ἐξέπεμψας — ὑπερεφιλοσόφεε.] Vulgo: ἐξέπεμψα (ἐξέπεμψα cod. nescio quis Littréi) δέ σοι. Φιλότης, ὡς ἀληθέως τὴν Ἀσκληπιάδα νῆα, ᾗ πρόσθες (ἢ Ald., cum Parr. 7.) ἔμπροσθεν pro ᾗ πρόσθες J., πρόσθε F. I., πρόσθεν Ald. D. G.) μετὰ τοῦ ἁλίου ἐπίσημον καὶ ὑγιείην (ὑγιῆ Ald., Parr. 8., ὑγίειαν cod. χ., ὑγιεινήν cod. υ.), ἐπεὶ κ. τ. λ. — Littréus dubitat de loci corruptione, sed in adn. tamen tentat ἐξέπεμψας δέ μοι. At primum quidem certum locum esse corruptissimum, tum certum principio legendum esse quod Littréus proposuit. At iam pergendum: ὡς ἀληθέως τὴν Ἀσκληπιάδα νῆα ineptum est, sed aptum erit, ubi τὴν ὡς ἀληθέως Ἀσκληπιάδα νῆα legeris. In ᾗ πρόσθες omnino latet ᾗ πρόσθε s. πρόσθεν s. ἔμπροσθεν, quod mox apparebit. Nimirum μετὰ τοῦ Ἁλίου ἐπίσημον nemo intelligit, sed apertum fiet, ubi μετά in μὲν τό mutaveris. Itaque acquirimus τὴν ὡς ἀληθέως Ἀσκληπιάδα νῆα, ᾗ πρόσθε μὲν τὸ τοῦ Ἁλίου ἐπίσημον. Recte; nam insigne navis apud veteres erat in prora, vid. Wesseling. ad Herod. VIII. 33. Verumtamen illud ᾗ πρόσθεν μὲν τὸ τοῦ Ἁλίου ἐπίσημον emblema alienum est: epistolae auctor appellat navim Ἀσκληπιάδα καὶ Ὑγίειαν, quia κατὰ δαίμονα ἱστιοδεδρόμηκε, nempe ita legendum pro ἱστιοδρόμηκε. Alludit autem in navis ἐπισήμῳ, quod fingit, ad iuris iurandi verba Ὄμνυμι .... Ἀσκλήπιον καὶ Ὑγίειαν; unde liquet inepte interponi id, quod eiicimus. — His correctis omnia in tuto sunt. In seqq.: ἐπεστάλκειν vulg., ἐπεστάλκην H., ἐπεστάλκεα b. sec. m., quod recipio; — ἀλέας C.; — μόνους vulg., μούνους sec m. in H. b., μόνον mss. 8., quare μοῦνον dedi; — καί ante πρεσβύτας omm. C. b.; — τούς ante θεούς e mss. 7. ad-

εὕρομεν, ὡς εἰκὸς, ἡμέας περιμένοντας, οὐκ ἄνδρας μοῦνον, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας, ἔτι δὲ καὶ πρεσβύτας καὶ παιδία νὴ τοὺς θεοὺς κατηφέα καὶ τὰ νήπια· καὶ οὗτοι μέντοι ὡς ἐπὶ μαινομένῳ τῷ Δημοκρίτῳ, ὁ δὲ μετ᾽ ἀκριβείης τότε ὑπερεφιλοσόφεε. Ἐπεὶ δέ με εἶδον, ἔδοξάν που σμικρὸν ἐφ᾽ ἑωυτῶν γεγονέναι καὶ χρηστὰς ἐλπίδας ἐποιοῦντο· ὁ δὲ Φιλοποίμην ἄγειν ἐπὶ τὴν ξενίην με ὥρμητο, κἀκείνοισι ξυνεδόκεε τοῦτο. Ἐγὼ δὲ, ὦ ἄνδρες, ἔφην, Ἀβδηρῖται, οὐδέν ἐστί μοι προὔργου ἢ Δημόκριτον θεήσασθαι. Οἱ δ᾽ ἐπήνεσαν ἀκούσαντες καὶ ἥσθησαν, ἦγόν τε ξυντόμως διὰ τῆς ἀγορῆς, οἱ μὲν ἑπόμενοι, οἱ δὲ προθέοντες ἑτέρωθεν ἕτεροι, σῶζε λέγοντες, βοήθει, θεράπευσον. Κἀγὼ παρήνεον θαρρεῖν, ὡς τάχα μὲν οὐδενὸς ἐόντος κακοῦ, πίσυνος ἐτησίῃσι ὥρῃσι, εἰ δ᾽ ἄρα καὶ τινος βραχέος, εὐδιορθώτου, καὶ ἅμα ταῦτα λέγων ᾔειν, οὐδὲ γὰρ πόρρω ἦν ἡ οἰκίη, μᾶλλον δ᾽ οὐδ᾽ ἡ πόλις ὅλη. Παρῆμεν οὖν, πλησίον γὰρ τοῦ τείχεος ἐτύγχανε, καὶ ἀνάγουσί με ἡσυχῆ, ἔπειτα κατόπιν τοῦ πύργου βουνὸς ἦν τις ὑψηλὸς, μακρῇσι καὶ δασείῃσι αἰγείροισι ἐπίσκιος· ἔνθεν τε ἐθεωρεῖτο τὰ τοῦ Δημοκρίτου καταγώγια καὶ αὐτὸς ὁ Δημόκριτος καθῆστο ὑπό τινι ἀμφιλαφέϊ καὶ χθαμαλωτάτῃ πλατανίστῳ, ἐν ἐξωμίδι παχείῃ, μοῦνος, ἀνηλιφὴς ἐπὶ λιθίνῳ θώκῳ, ὠχριηκὼς πάνυ καὶ λιπόσαρκος, κουριῶν τὰ γένεια. Παρ᾽ αὐτὸν δ᾽ ἐπὶ δεξιῆς λεπτόρρυτον ὕδωρ

intelligis, exspectantes, non viros solum, verum etiam mulieres, atque etiam senes et pueros, per deos, tristes itemque infantes. Atque illi quidem ibi aderant tanquam propter Democriti insaniam, ille vero eo ipso tempore exacta quadam diligentia ad philosophiam se applicuit. Ubi autem me viderunt, paulum ad se rediisse et bene sperare visi sunt. Philopoemen vero me ad hospitium ducere properabat, quod et communiter illis placebat. At ego, viri Abderitae, inquam, nihil mihi prius faciundum existimo quam ut Democritum videam. Quo audito collaudarunt et laetati sunt, meque continuo per forum deduxerunt, alii quidem sequentes, alii praecurrentes, aliaque ex parte alii clamantes ut servarem, adiuvarem, medelam adferrem. At ego bono animo esse iubebam, quod etesiarum tempestate fretus, nullum quidem malum aut certe brevi et facile corrigi posse sperarem. Simulque haec dicens pergebam, neque enim procul domus erat, imo neque tota civitas. Procedebamus igitur, cum iuxta moenia esset, illucque me placide deducunt. Deinde post turrim collis erat altus, longis et densis populis nigris opacus, unde Democriti domicilium conspiciebatur. Ipseque Democritus sub umbrosa et humillima platano sedebat, in brevi et substricta tunica crassa citra humeros desinente, exomide dicta; solus, squalidus; in lapidea sella, pallidus admodum et macilentus, barba promissa. Iuxta eum ad dextram tenuis aquula per de-

scivit Littr., vulgo om.; — καὶ ante οὗτοι C. b., Littr., vulgo om.; — sed idem καὶ οὗτοι μέντοι ὧδε εἶχον ὡς ἐπὶ μαινομένῳ τῷ Δ., in quibus ὧδε εἶχον om. unus cod. b.; et vero mihi emblema videtur, quo aposiopesin expleverint, quam ego malim explicare scribendo καὶ οὗτοι μέντοι παρῆσαν ὡς ἐπί, sed ipse auctor ellipsi omnino usus est; — ὡς om. K. indicio quam unum vitium facile alterum pariat; — μετὰ ἀκριβείας mss. 2.

ἐπεὶ — τοῦτο.] που omm. mss. 7.; — post που ferunt ἡδίους H. in marg., b.; — ἐφ᾽ omm. mss. 7.; — ἑωυτοῖσι b. ἑαυτοῖς C.; — ἐποιοῦντο vulg., ἐποιεῦντο b. Littr., ἐποιέοντο tres alii; — με ἐπὶ τὴν ξενίην mss. 8., ξείνην vulg., ξενίην Littr. cum codicum vi.

ἐγὼ — θεήσασθαι.] δὲ ἔφην ὦ Ἀβδ. mss. 7.; — οὐδέν om. C.

οἱ δ᾽ ἐπήνεσαν — θεράπευσον.] δέ plene mss. 3.; — ἤγοντο δέ pro ἦγον τε C.; — vulgo τέ με. sed με omm. mss. 16.; — αὐτῶν ξυντόμως solus b.; — ὦ ζεῦ pro σῶζε mss. 6., ὦ ζεῦ βασιλεῦ mss. 7.

κἀγὼ — ὅλη.] παρηγόρεον mss. 7., παρηγόρεον b. pro παρήνεον; — mss. 6. ἐόντος omm.; — δέ plene ante οὐδ᾽ mss. 2., οὐδέ plene alia tria; — ὅλη omm. mss. 6., αὐτή pro ὅλη cod. τ.

παρῆμεν — γένεια.] παρήειμεν οὖν vulg., παρῆμεν οὖν C., H. b., Littr.; — δέ pro γάρ C. b.; — τις ἦν mss. 4., ἦν omm. mss. 3.; λασίῃσι pro δασείῃσι mss. 7.; — ἐντεῦθεν pro ἔνθεν τε mss. 2., τε omm. codd. 7.; — ἑωρᾶτο mss. 7. pro ἐθεωρεῖτο; — δημοκρίτεια sec. m. in H., b.; — ἐκάθητο mss. 7.; — χθαμαλῇ mss. 8.; — ἀνήνυτος vulg., ἀνήλειφος Littr. cum mss. 10., ἀνήλειφος, quatuor alii, quod prae eo, quod Littr. recepit, praestare docet Lobeck ad Phryn. p. 572.; — Foës. ἀνηλειφὴς, vel ἀνηλιφὴς se legere monet in adn., quorum hoc recepi, collato Steph. in Thesauro; illud non admitti posse opinor. Dein ὠχριακώς Ald., mss. 15.; — λειπόσαρκος Littr. cum mss. 7.; — κουρειῶν edd. antt., mss. 9., κουριῶν Littr. cum mss. 7., κουρεῶν vulg.

παρ᾽ αὐτὸν — ἀμπέλοισι.] δεξιοῖς D. τ.; — θέον ἠρεμαίως vulg., θέον omm. Ald., mss. 10.; — καπειληφότι pro κατεικάζοντι J.; — νυμφέων mss. 5.; — ἱδρυμένων cod.

